LEONIS DIACONI

HISTORIA,

SCRIPTORESQUE ALII

AD RES BYZANTINAS PERTINENTES.

VENIT apud DE BURE fratres, Bibliopolas Regis Bibliothecæq. Regiæ, PARISIIS, via Serpent. n.° 7;

TREUTTEL et WÜRTZ, Bibliopolas, PARISIIS, via Borbonia, n.° 18; ARGENTORATI, via Serarior.; LONDINI, n.° 30, Soho-Square.

LEONIS DIACONI


CALOËNSIS

HISTORIA,

SCRIPTORESQUE ALII
AD RES BYZANTINAS PERTINENTES,
quorum Catalogum proximum folium indicabit.

E BIBLIOTHECA REGIA NUNC PRIMUM IN LUCEM EDIDIT,
VERSIONE LATINA ET NOTIS ILLUSTRAVIT

CAROLUS BENEDICTUS HASE, *in schola Regia speciali Linguarum Orientall. recentiorr. Professor, in Bibliothecæ Regiæ parte Codd. mss. Græcos et Latinos complectente Agens, Academiæ Scientiar. Regiæ Berolinensis &c. &c. Socius.*



PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DCCC. XIX.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ IN HOC VOLUMINE

CONTINENTUR.

INLVSTRISSIMO. ET. EXCELLENTISSIMO.

VIRO.

NICOLAO.

COMITI. DE. ROMANZOFF.

IMPERII. RVSSICI. CANCELLARIO.

ORDINVM. IMPERII.

PEREGRINORVMQVE. ALIORR. PLVRIMORR. EQVITI.

ETC. ETC. ETC.

QVI.

SINCERÆ. MAGNÆQ. GLORIÆ.

CVPIDITATE. INCENSVS.

LITTERARVM. ET. HONESTARVM. ARTIVM.

TVM. SVBLIMIORVM. OMNIVM. SCIENTIARVM.

STVDIA.

ITA. COMPLEXVS. EST. ET. FOVET.

VT. IISDEM.

CVM. REI. PVBLICÆ. VTILITATIBVS.

ARCTISSIMO. VINCVLO. CONSOCIATIS.

OMNI. EVROPÆ. TOTIQ. POSTERITATI.

SVMMO. SE. CVLMINE. DIGNISSIMVM. PRODIDERIT.

HISTORIÆ. BYZANTINÆ.

NOVVM. HOC. VOLVMEN.

D. N. E.

L. M. Q.

D. D. D.

EDITOR.

PRÆFATIONIS

IN

LEONIS DIACONI HISTORIAM,

ALIAQUE

QUÆ HOC VOLUMINE CONTINENTUR,

SYLLABUS

SEU

CONSPECTUS ET SUMMA.

a



LECTORI.

I. Si quis fortasse miratur, quid sit, quod Leonis Diaconi Historia, quam complures ante annos receperam me editurum, nunc demum exeat: is, ubi dilationis causam perspexerit, una et mihi facile veniam dabit procrastinationis, et eo majores gratias viro amplissimo, cujus munificentia conatui meo subventum est, habebit. Quapropter nihil prius exponam, quam qua fortuna scriptor diu retrusus nunc potissimum exstiterit. Deinde dicam de vita auctoris, et quæ mea quidem sit de ingenio ejus, de genere dicendi, de fide, existimatio: item de Codice, in quo uno, quantum scio, Historia est ejus conservata. Tum de Tacticis agam Nicephori Phocæ, deque fragmentis Joannis Epiphaniensis et Theodosii monachi, corollarii nomine in hoc volumen additis: postremo rationem et versionis et notarum mearum, et omnino editionis, explicabo.

I. De divisione quadripartita præfationis.

II. Ego, postquam in Bibliotheca Regia esse cœpi, ut primum penitius eam nosse licitum est, facile intellexi, etiam post Goari, Possini, Ducangii et, qui admodum multa veterum monumenta e situ eruit, Combefisii varios labores, quasi e quodam inexhausto fonte, hauriri inde non pauca posse ad collectionem auctorum Byzantinorum cumulatius augendam. E scriptoribus autem ibi servatis duos esse potissimum, Leonem Diaconum et Michaëlem Psellum, quorum editio et desideraretur dudum a viris doctis, et esset jam aliquando si minus confecta, concepta certe animo, atque affecta. Nam illum ipsum Combefisium testatum est ex Harles. Bibl. Græc. VII. 684. C. cum esset animo erecto ad indaganda in lucemque evocanda Græcorum scripta, ecclesiastica præsertim et Byzantina, Bibliothecam Regiam scrutantem cepisse cum Leonis tum Pselli cognitionem, editionemque utriusque adornasse. Quin ipse sic habet notis ad Auctar. noviss. Biblioth. Græcor. Patr. Paris. 1672. p. 545. subhorride (ut plerumque incomtus est in oratione Latina):

II. Editio Leonis Diac. a Combefisio affecta.

Photii technas malasque artes cum alii prosecuti sunt Græci æquales, aut parum suppares, tum meus Logotheta [hic est Simeon magister et Logotheta, de quo Harles. VII. 471. C.], *si quando, pace levius aspirante, ac Christianissimo Rege semper victore, Regia Lupara, historiæ Byzantinæ pæne necessario supplemento, cum Leone Diacono et Michaële Psello, regium vere multiplici titulo argumentum, juris publici regia munificentia faciat: ne sibi per moras Batavus, aut gens alia, eam gloriam rapiat.* Sed a. 1679 a vita discessit Combefisius, deque duobus tomis Auctarii Byzantini, quos edendos sibi proposuerat, ne priorem quidem potuit divulgare. Is enim, scriptores post Theophanem continens, videlicet Constantinum Porphyrogenetam de vita Basilii, Continuatorem anonymum Theophanis, Joannem Cameniatam, Georgium monachum, alios, non nisi sexennio post, curante Sebastiano Mabre-Cramoisy, ex typographia Regia a. 1685 in lucem prolatus est. Editio alterius, Leonem Michaëlemque Psellum complexuri, prope triginta annis post commissa est Michaëli Le Quien, ex schedis Combefisianis adornanda: vid. Echard. Scriptorr. ordinis Prædicator. II. 684. C. Nec segniter is se ad opus admovit, ita ut Leo in typographia Regia formulis jam cœptus sit describi, ipseque Le Quien sic habeat Orient. Christian. I. 255. D. *Quæ Leo Diaconus refert in Historia, cujus pars typis Regiis jam edita est.* Atenim intervenit impressioni ingravescens bellum, quod de Hispaniarum successione gestum est, *consiliumque*, ut scribit Echardus loc. cit., *quod Michaëli Le Quien commissum erat exequendum, jamque typis Regiis inceptum, bello tum atrociori ubique flagrante interruptum est ac prolatum.* Igitur neque Combefisii opera neque Lequienii, a. 1733 vita functi, Leoni potuit prodesse. Et mirari licet, plagulas illas tunc impressas interiisse, prope dicam, in nihilum, neque usquam jam comparere. Ego certe scrutatus sum quæ potui, et perquisivi, percontatus quoque agentes typographiæ Regiæ, viros non solum peritissimos artis suæ, verum historicos quoque, monumentorumque officinæ ipsorum percuriosos: reliquias editionis illius inceptæ nullas potui nancisci. Quapropter suspicor, exemplaria ea vel casu aliquo peculiari, vel data opera, fuisse deleta.

III. Quid de versione Combefisiana factum sit.

III. Reliquerat igitur Combefisius, ex hac vita migrans, cum alia præclare inchoata multa, tum confectam, ut videtur, Leonis Pselli que versionem Latinam. Sed illa priora, multis undique in schedas extincti involantibus (ut fere fit in eruditorum obitu), dissipata evanuerunt: versionem Leonis ac Pselli Parisiis in ædibus FF. Dominicanorum ad viam S. Honorati, ubi vita cessit Combefisius, multos annos asservatam esse constat, ejusque copiam viris doctis compluribus factam. Ita varii variis locis non solum mentionem fecerunt Leonis, verum illius fragmenta scriptis

scriptis quoque inseruerunt suis. Velut Bandurius Imper. Oriental. II. 465. C. 480. D. 481. B. 726. A. 728. D. Ducangius cum in Glossario non uno loco, tum in notis ad Zonaram II. 99. D. 103. C. 105. D. 107. A. D. omnium maxime autem Francisc. Pagius Critic. in Annales Baronii III. 873. D. *eam versionem opera Bernardi Montfauconi a se lectam, et quoad præcipua capita* (utor ipsius verbis) *descriptam esse* asseverans, ad historiam sæc. X vergentis *certius illustrandam.* Ac profecto ejus fragmentis refersit cum extremum tomum tertium Criticor. 873. D. 875. A. 876 A. tum exorsum tomi quarti 3. B. - 39. A. Unde eadem hausit partimque transcripsit Schlœzerus in *Nestore* s. Russische Annalen in ihrer Grundsprache u. s. w. V. 125. A. - 177. A. Alios contra nimium quantum neglexisse ea questus est Saxius Onomast. II. 156. C. *nobilissima illa fragmenta, latine edita, quomodo subinde homines eruditos, tanquam Guil. Cave* Histor. litterar. Scriptorr. ecclesiast. II. 106. A. *inprimisque J. A. Fabricium* Bibl. Gr. VI [is enim verus est numerus : apud Saxium legitur V]. 353. A. *et* XIII. 788. B. *latere potuerint*, cogitatione assequi se non posse. Tametsi in his erratum est ipsius Saxii. Nam cadat jam ejus reprehensio in Fabricium, cujus volumina exierunt alterum a. 1714, alterum a. 1726. Guil. Caveo certe, qui scripsit a. 1688, vitio nequit dari, quod tunc ignoravit, quæ Pagius a. 1705. erat editurus. Sed ut revertar ad versionem Combefisianam, superfuisse ea videtur usque ad motum repentinum, quo Gallia tota, vergente sæculo superiore, confusa est. Tunc illa ipsa procella, quæ viros studiis ac doctrinis exquisitioribus claros partim dejecit de statu omni, partim præcipites perturbavit ex patria; quo flatu collegia litteraria et religiosa universa evertit, eodem ut multa alia ingenii monumenta chartis reconditis mandata, sic item ultimas reliquias sedulitatis Combefisianæ dissipavit, aut obruit. Certe neque tum cum expilarentur libraria FF. Dominicanorum, neque cum post surreptiones varias libri inde residui per bibliothecas diversas diriberentur, quicquam de repertis Combefisii schedis auditum est, nedum de versionibus Leonis et Pselli : quæ vel in latebra aliqua ignorata delitescunt adhuc, vel (quod magis est credibile) omnino hodie interciderunt.

IV. Edi̇tio Leonis munificentia ill. Comitis Nicolai DE ROMANZOFF denuo instituta.

IV. Quare, ubi semel in animum induxeram Leonem in lucem proferre, fieri oportuit novam interpretationem ejus Latinam : extra pauca loca quæ supra dixi, in Criticis Pagianis conservata. Deinde conquisivi quæ ad illustrandum scriptorem spectarent. Sed, opera jam fere prelo parata, perspicere cœpi, quantas ejus editio difficultates esset habitura, cum alias, quas hic definite edisseri quid attinet! tum magnitudinem impensarum, quibus nec privati cujusvis unius suppeterent facile copiæ, nec

certe meæ. Accedebat, ut ipse in Bibliotheca Regia sub id tempus essem occupatissimus, notitiam Codd. Græcc. ex Italia recens allatorum conficere conans, qualem de Codd. Florentinis Bandinius, de Vindobonensibus Lambecius ediderunt. Quamobrem, quo saltem intelligerem, quale virorum doctorum judicium futurum esset de Leone, satis tunc habui, librum sextum, ut erat a me versus, seorsum speciminis causa in lucem proferre *Notices et Extraits des Mss. de la Bibliothèque du Roi &c.* VIII. 254-296. Neque quicquam posthac propius est factum, quam ut cogitationem editionis integræ omnino dimitterem. Aliquot anni cum sic effluxissent, me aliis sollicitudinibus curisque distento, ecce vir doctus, quo nemo omni antiquitatis septentrionalis memoria abundantior, nemo in monumentis historiæ Russicæ examinandis, comparandis, explicandis acutior aut felicior, Philippus KRUG, Academiæ Imperialis scientiarum Petropolitanæ decus et ornamentum, ultro me litteris mire puris, amicis, candidis adiit, nihilque opinanti commonstravit, quemadmodum rei pridem institutæ expediri exitus posset. Nempe imperii Russici Cancellarium, &c. ill. Comitem Nicolaum DE ROMANZOFF, virum ut omni magnarum rerum laude cumulatum, ita natum provehendis liberalibus studiis, cum in manus ejus incidisset specimen Leonis in Notitiis Mss. editum, optare, ut scriptor totus in lucem proferatur: sumtus necessarios eundem subministraturum. Mirifice igitur delectatus hoc nuncio, multo acrius exarsi ad cupiditatem edendi operis: ipsiusque illustr. Comitis litteris paulo post magis etiam confirmatus, evestigio orsus sum editionem. Neque aliunde amplissimorum hominum mihi defuit studium aut voluntas. Nam et vir summus Comes DE MONTESQUIOU, Franciæ par, Regis Christianissimi consiliarius intimus, cum administrationem interiorem, ut nunc vocamus, in Gallia haberet, redemto exemplarium, ut aiunt, numero haud exiguo, expeditissimum reddere totum imprimendi negotium dignatus est: quam ejus voluntatem ratam fecit post eum eodem munere fungens ill. Dom. Comes DECAZES, &c. immortalem laudem comparans, dum litteras et scientias, omninoque bonas quasvis disciplinas in Francia florere atque ornari omni conatu curat: et vir eruditione, auctoritate, virtutibus eminentissimus, doctrinæ Orientalis per orbem terrarum princeps, liber Baro SILVESTER DE SACY, Rector universitatis Parisiensis, institutionis publicæ constituendæ Vvir, ordinis Reg. Legionis honorif. præfectus, Academiæ Reg. Inscriptt. et litterarr. human. sodal. &c. interventu suo obtinuit, ut in typographia Regia Leo formulis describeretur. Ita, his auspiciis incepta, biennii spatio ad exitum adducta impressio est: tardius fortasse quam voluissem, obsequi continuo tantis viris jucundissimum existimans: satis cito, si molem voluminis difficilemque rationem commentarii characterumque Græcorum spectes.

V. Venio nunc ad ea quæ constant de vita Leonis, pauca sane, nec diversa fere ab iis, quæ Notitt. Mss. VIII. 257. C. pridem protuli. Vitam Leo adiit Caloë, quæ civitas est (τῆς Καλοηνῶν πόλεως Le Quien Orient. Christ. I. 726. C.) Asiæ proconsularis in Tmolo monte, prope fontem Caystri amnis (infra 2. C): is tractus omnis themati Thracensium tunc accensebatur. De parentum conditione non habemus quod liqueat: patri nomen Basilii fuisse ipse ait 2. B. Ac primam quidem ætatulam in patria parentumque disciplina videtur exegisse: inde studiorum causa Constantinopolim tanquam ad domum quandam doctrinæ profectus, ibi a. 966 mens. April. sacro solenni Ascensionis, motu populari in Nicephorum effecto, Imperatorem gradatim per urbem equitantem conspexit, virtutemque ejus et animi firmitatem vi furiosa plebis perturbari haudquaquam posse admiratus est. Hæc se adolescentulo accidisse scribit 40. B. Ita si statuimus, a. 966 eum egisse annum circiter sextum et decimum, sequitur, natum esse sub a. 950. Circa a. 973. quo Basilio exauctorato Antonius Patriarcha creatus est, in Asia fuit: ibi certe gemellos monstruosos, imperii provincias obeuntes, crebro se vidisse tradit 102. A. Post aliquanto in collegium sacerdotum palatinorum ascitus, a. 981. cum Basilius Imp. magno apparatu Bulgaris bellum inferret, castrisque ad Stoponium positis Triaditzam oppugnaret (Cedr. II. 695. C.), diaconi munere fungens secutus comitatum est: legionibusque retrorsum raptis, cum exercitus perterritus interneciva clade in itinere afficeretur, ipse e Bulgarorum undique provolantium manibus (107. B.) ægre evasit. Quare opinor in Historia, quoties Mœsiæ mentionem facit (velut 38. C.), tremere et exalbescere tanquam objecta terribili re videtur, nihil ut sit, quod æque ei formidinem dicas injecisse. Quem postea tenuerit vitæ cursum neque ipse indicat, neque alii tradunt: nisi vero si quis est, qui addita demum ætate a rerum ecclesiasticarum cura eum abduxisse sese putet, atque in secessum, Historiæ condendæ causa, se recepisse. Constat certe, non exisse scriptionem ante a. 989. quo Bardas Phocas contra Basilium Imp. rebellans oppressus est: quippe ejus interitus refertur 108. B. Expugnatio Chersonis, de qua 108. C. et mors Basilii præsidis (106. D.) anno ante acciderunt. Utrum consilium fuerit Leoni, ultra Tzimiscæ mortem deducere historiam, dubitari potest. Nam quod scribit 109. B. mala, per stellam crinitam præmonstrata (quæ posthac Basilio imperante evenerunt), suo quidque ordine ab historia dictum iri, id fortasse non sic intelligendum est, quasi ipse sibi ea seponeret narranda, sed generatim, aliis ea scriptoribus materiam dicendi præbitura.

V. Leonis ætas, et quando ad historiam se contulerit.

VI. Igitur tria potissimum bella, Creticum, Asiaticum, Russicum, formidolosa atque difficilia, scribenda sibi sumsit, afferreque lumen voluit

VI. Quæ Leoni vitio dari possint:

rebus sua ætate (959-975) gestis. Sed est magnum munus historia, et ex omni scripturæ genere prope dicam difficillimum. Sunt unicuique sæculo suæ cæcitates mentis: ut, quamvis cætera ratione recta judicet, in quibusdam tamen erroris atque hebetudinis sit condemnandum. Infinitam vim habent religiones, instituta, factiones, sectæ: non uno modo præstringi acies mentis solet sæculis cultis et eruditis, nedum asperis et tenebricosis. Accedit, ut Leonis ætas eloquentiam poneret in florida, ut ita dicam, oratione: cum magnam se quisque in dicendo laudem

1.) dicendi genus nimis altum et poëticum;

adeptum putaret, si, multa acervatim complexus ornamenta, poëticæ dictionis æmulatione grandioribus verbis, et duris, ne ineptis dicam, metaphoris esset usus. Atque haud scio an quicquam magis historiæ officiat, quam fucatus ejusmodi sine dignitate color: quando ita nimio calamistrorum usu incedit oratio, ut et sermoni lepos omnis adimatur, et rerum expositioni fides. Id vitium Leo, tametsi non adeo insaniat quam Theophylactus Simocatta aut Nicetas Choniates (in orationibus præsertim, ubi cumprimis cupiunt diserti videri), effugere tamen omni ex parte non potuit, felicisque fortasse ingenii cursum oppressit illud tanquam adipatæ dictionis studium. Cumque a Divo Julio, primo De analogia, dictum sit, tanquam scopulum sic fugiendum inauditum atque insolens verbum esse, Leo contra quasi quasdam cautes reformidat

2.) voces insolentes;

vocabula idonea et usitata. Vocem ἀδελφὸς raro usurpat: creberrime αὐτάδελφος, ὁμαίμων, σύναιμος. Πέλω, πελέθω (ut certe scripsi 90. C), τελέω, ὑπάρχω, πέφηνα (60. D. 93. A), πέφυκα, χρηματίζω, vel quidvis, potius adhibet quam εἰμί· ἀκουτίζομαι, διεπηχέω, διενωτίζω, ἐνωτίζω, potius quam ἀκούω. Passim quoque verbis vetustis e poëtisque erutis orationem tanquam stellis (ut sibi videtur) ornat. Ὑπωγαῖς 22. A. arripuit ex Odyssea E. 404. ubi nunc legimus ἐπιωγαί. Νέων, *vadens*, 27 B. e grammatico aliquo, opinor (vid. perspicacissimum Græcæ proprietatis arbitrum Frid. Aug. Wolf. Prolegom. IV. 18): nisi ibi dicas νεῶν legendum, ejusque glossam esse ἐκκλησίαν, excidisse autem ἀφικόμενος, vel tale aliquid. Ὄχθοις 32. C. significatione *ripæ*, rarum est, vel apud poëtas. Verbum obsoletum προσείπω, unde προσειπεῖν, habet 99. B. Sed nolo multus videri in re, quam inter legendum unusquisque facile per se notabit.

VII. 3.) tautologiæ.

VII. Aliud Leonis vitium est synonymorum vana accumulatio. Sicubi συβαρευόμενος scripsit (13. A.), ne parum multa verba scisse videatur, continuo et γαυρούμενος subjungit, et ἐπαιρόμενός τε καὶ βρενθυόμενος. Sic singulis pæne paginis. Ejusmodi tautologiis cumulati sunt Byzantini omnes medii ævi: nec nisi tempore Palæologorum ab acrioribus ingeniis Demetrio Cydonio, Chrysolora, Theodoro Gaza, Chalcondyla, id genus dicendi spretum est ac repulsum. Simul iidem primi cœperunt minus serviliter

veterum

veterum stylum ac scribendi rationem imitari. Nam ante, veluti emortua lingua, sibi ipsi diffiderant fere omnes; et erant tanquam anniculi infantes, qui nonnisi in curriculo, aut præeunte duce, inambulant. Non perennem ac perpetuam tum simplicium tum collocatorum verborum et totius structuræ concinnitatem numerumque æmulabantur, non (quod caput erat) animos erectos veterum: sed si quos existimabant imitatione dignos, eorum phrases undique arreptas ad verbum transferebant in propria scripta. Neque alio pacto Leo egit. Verumtamen inter eum et æquales ipsius illud interest, quod hi, quantum possent, omnes propemodum omnium auctorum nobilium consumerent arculas imitando, Leonis sermo e tribus demum fontibus fluxerit, ex versione LXX. interpretum (libros novi Fœderis minus crebro compilat), ex Homero, ex Agathia Myrinensi. Inde piscatus est locutiones, quibus scripta infercit et explet sua, tanquam in unum agrum plura inter se inimica spargens semina. Sed non refert alieno ornatu distinguere sermonem, nisi queas id cum judicio apteque facere: minusque genus dicendi ejus videretur inconcinnum, si, deposito omni rhetorices strepitu, Constantini Porphyrogenetæ exemplo vel ad infimæ plebis orationem Leo sese dejecisset. Is contra Agathia, cujus grandiloquentiam et cothurnum vix nunc ferimus, videtur præcipue delectatus. Hoc demonstravi allatis in Commentario (velut 206. C) illius locis, non ubique tamen: nam omnia minima maxima vestigia imitationis colligere putidum fuisset, nec quicquam conduxisset ad auctoris cum interpretationem tum emendationem. E Procopio, jejuniore stylo res tractante, nihil videtur sumsisse præter sententiolas quasdam, exordio et orationibus passim insertas. Neque usquam ullo vestigio deprehendere licet, primarios scriptores Thucydidem, Polybium, Plutarchum, ab eo esse pervolutatos. Præterea reperies in eo plerumque πάντως positum, ubi Attici οὕτως scripsissent. Similiter usum creberrimum præpositionis κατὰ, pro ἐν· velut, ut hoc utar, 108. C. τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν στασιάζουσι, *rebellantibus in Asia*. Verum hæc ei communia cum cæteris Byzantinis. Illud peculiare, ponere infinitivum futuri, ubi aoristi vel præsentis exspectes, præcipue post βούλεσθαι (ut 23. D. 24. D.): deinde, idem vocabulum, aliquot lineis interjectis, libenter iterari.

Auctores quos Leo consectatus est imitando.

VIII. Quibus rebus præcipue commendetur Leonis Historia.

VIII. Dixi, criminosius fortasse, quæ in Leone culpet aliquis: nec profecto ego is sum, qui laudes auctoris cujuspiam, cui studuerim, plus quam satis sit decantem. Nunc æquum est, quæ ab illo faciant, item enumerare. Ac primo quidem magna est Leonis commendatio, quod quæ ipse viderit litteris mandavit, habendusque est inter scriptores illos, unde alii, qui posterius fuerunt, quasi e fonte capiteque narrationes rerum deduxerunt. Sic Scylitzem mutuatum esse ab Leone multa

demonstravi in notis: a Scylitze autem omnia minima maxima sumsisse Cedrenum notum est. Zonaram item usum esse Historia Leonis arbitror: vid. Ducang. ad Zonar. II. 107. B. Pagium quoque ex nostro non pauca videmus emendasse, a recentioribus in ratione temporum conturbata. Ita ab hac parte non injucunda erit studiosis historicisque hominibus comparatio scriptoris nostri cum reliquis, qui eadem tradiderunt. Neque neget quisquam, res post obitum Romani Junioris in aula gestas (19. B. sq.), rebellionem Leonis Curopalatæ (90. A.), bella Tzimiscæ per Orientem (99. A sqq.) commode ab illo exponi, bellum Sphendosthlabianum fuse quoque ac diligenter. De Nicephoro perjurii reo 25. D. satis magna libertate, de Tzimisce hujus percussore severe et fortiter scripsit, ut hominem recti honestique studiosum facile agnoscas. Denique Leonem, temporibus miseris et cæcis ad historiam se conferentem, inique compares cum pronunciatoribus rerum gestarum florente Græcia, qui, curriculum nacti felicius, aurea orationis facultate usi, toti terrarum orbi atque omnibus sæculis cognitionis et eloquentiæ clarissima lumina accendere potuerunt. Noster judicio, doctrina, genere dicendi, exprimere debuit temporum suorum imaginem. Quapropter, modo lucem addat rebus ea ætate gestis (quod profecto facit), facile feramus eum astrologiæ fidem habuisse 104. C. exiguam geographiæ notitiam prodere 80. A. historiæ veteris 92. D.—Polybii acumen miramur, Plutarchi litteras, copiam Strabonis. Qui tanti viri atque tales, præsidiis sapientiæ circumsepti, si errores deponere, lapsus vitare omnes, non potuerunt, quis tam rudis est temporum Byzantinorum, qui Leonem id potuisse putet?

IX. Descriptio Codicis Regii, in quo uno, quantum scimus, servata est Leonis Historia.

IX. Hunc igitur, illa virtute historica, quæcunque est, præditum, conservavit nobis unus omnino Codex Bibliothecæ Regiæ, signatus prius n.° 2561. nunc 1712. olim in supellectile litteraria Raphaëlis Tricheti du Fresne: qui causidici Burdigalensis filius, cum magno duceretur librorum acquirendorum studio, Hispanias Italiamque semel et sæpius regnante Ludovico XIII. Rege Christianissimo sic obierat, ut, inspectis passim hominum historicorum librariis, propriam bibliothecam locupletare inde conaretur. Is ex Italia hunc Codicem in Galliam deportavit, testante Combefisio Origin. Cpol. 265. B. Deinde, cum vita excessisset Trichetus, J. B. Colbertus, Ludovico XIV. Magno ab intimis consiliis et generalis ærarii moderator, cujus immortalis vivit vivetque ob beneficia in Galliam collata memoria, emit de vidua in Bibliothecamque Regiam intulit omne Tricheti litterarium instrumentum. In quo erant libri impressi numero plurimi, mss. Latini et Italici plus minus C. Græci XL. Itaque in Bibliotheca publica collocatus Codex noster, Ducangio, Ban-

dinio, reliquis, quos initio nominavi, innotuit. Constat vero foliis membranaceis 422, chartaceis octo, continens præter alia minoris momenti (vid. Catal. Codd. mss. Græcc. Bibl. Reg. II. 391. D.) illa: 1.) Chronicon Simeonis Logothetæ maxima parte ineditum, a fol. 18 *verso* ad fol. 272 *rectum*; 2.) Leonis Diaconi Historiam, quæ nunc prodit, a fol. 272 *recto* ad 322 *rectum*; 3.) Michaëlis Pselli Chronographiam tomis novem, item ineditam, a fol. 322 *recto* ad 422 *rectum*. Exaratum esse si minus XI. at certe XII. sæculo forma litterarum demonstrat, haud absimilis illi quam Montefalconius protulit Palæogr. Græc. 291 n.° VII. ut igitur nesciam quid in mentem venerit confectoribus Catalogi Bibl. Reg. II. 391. C. dicere, eum sæculo decimo-quinto videri scriptum: nisi id de iis duntaxat intelligas, quæ in octo foliis chartaceis ad calcem exstent. Ipse Codex, tametsi non adeo multis profunde latentibus mendis scatet, habet tamen itacismos tot, quot in libris sæc. XII peraratis esse solent, ut videlicet ε et αι, η ι et ει, ο et ω, οι et υ, sæpius inter se confundantur, neque ita rarum sit, εἰς τὴν fol. 315 *recto* (ed. 95. C.) scriptum conspici sic, ἠςτὴν. Ejusmodi menda notavi interdum: plerumque, quando nihil habebant, quod fidem receptæ lectionis labefactare posset, omisi. In summa fateor, non majorem me laborem suscepisse, quam eos sustinere necesse est, qui Codice ex unicò pendent in auctore primum edendo. Ubi fere fieri non potest, quin pars mendorum Codicem contaminantium diligentiam vel minutissimam effugiat, inque ipsam editionem redundet. Ita quod erat reliquum tentavi, ut quæ possem, conjecturis et comparationibus emendarem, collato Cedreno et Scylitze, qui complura ex Leone ad verbum in historias suas transtulerunt (vid. supra ix. D. x. A. infra 225. A.): postremo, quæ ratio et doctrina præscribere videbantur, ea pro facultate in constituenda oratione Græca conatus sum præstare.

X. Libellus de velitatione bellica, NICEPHORI PHOCÆ Aug. jussu conscriptus.

X. Libellum περὶ παραδρομῆς πολέμου, *de velitatione bellica*, adhuc ineditum, secundo loco collocavi, ut historiam gestarum a Nicephoro Aug. rerum scriptio ejusdem jussu confecta exciperet. Quam non ab ipso Nicephoro litteris consignatam esse, quemadmodum Meursius existimabat (conf. Lambec. Comment. de Bibl. Cæs. VII. 433. B.), cum ex universo opere perspicitur, tum vero apertis verbis sub finem præfationis 119. A. declaratur. Nec tamen, si de nomine scriptoris non habemus quod liqueat, de tempore quo confectus sit is Commentarius, dubitatio infinita esse potest. Ait auctor, quisquis est ille, a Nicephoro Phoca Imp. mandatum sibi esse, ut genus hoc bellandi scriptura persequeretur. Illum autem ob res bene gestas laudibus iis effert, quibus quemque memoriam ejus renovasse, superstite et imperante percussore ejus Joanne

Tzimisce, vix est credendum. Etenim repentini homines, ac per scelus ad summa evecti, quo uberiores fructus patrati facinoris capiunt, eo vehementius ejus commemoratione commoventur. Ideo adducor ut credam, scripta ea demum esse sub Basilio et Constantino, rerum potitis a. 976. Accedit quod, quoties principis fit mentio, toties auctor numero plurali utitur: *οἱ ἅγιοι ἡμῶν βασιλεῖς* 155. C. *τῶν ἁγίων βασιλέων* 155. A. *τῶν βασιλέων ἡμῶν τῶν ἁγίων* 154. C. quod in geminatum Basilii et Constantini imperium quadrare apte videtur. Habemus igitur in hoc libello perscriptam notitiam, quemadmodum sæculo x. medio aut exeunte a Græcis vel administrabatur bellum in asperis Tauri, Antitauri, Amani locis, vel administrari debuisset. Ea una me permovit ratio, ut in volumen istuc reciperem opusculum, quod nisi pro commentario militari in expeditiones Phocæ Tzimiscæque a Leone expressas habere velis, alioquin facile fateor, neque rerum copia, neque auctoris doctrina, nedum elegantia dicendi, plus quam multa alia ejusdem ætatis, quæ editioni parata habeam, lucem commerere. Cavi certe, ut ne quid nimium a nobis in hac parte adjectum esse diceretur. Quatuor erant Codd. in quibus libellum hunc offenderam: I.) Regius 2437 fol. 371 *verso*-409 *recto;* II.) Regius 2445 fol. 320 *recto*-335 *verso;* III.) Codex n.° 26 Supplementi nostri, quem in ora modo indicavi littera B, modo siglo hoc, *Cod. suppl.* ibi legitur is libellus fol. 171 *recto*-172 *verso;* IV.) Palatinus n.° 393, a. 1797 ex urbe advectus in Bibliothecam, a. 1815 Romam reportatus. E quibus in edendo secutus sum potissimum Cod. Reg. 2437: cujus ut folia in margine editionis annotavi, ita lectiones intelligi oportet, quoties *Cod. A*, sive etiam *Cod.*, singulari numero, in ora ascriptum legitur. Ubi *Codd.* pluraliter, reliquos tres in subsidium vocavi, idque sæpe frustra: quippe erant tam depravati omnes, ut sententiæ complures, nisi aliqua magna medicina adhibita, constare omnino non possent. Ejusmodi loca ex conjectura emendare conatus sum: ita tamen ut, quotiescunque fieri posset, transpositis potius verbis quam mutatis, meo more nimium religiosus in exemplaribus sequendis, quam temerarius in corrigendis, esse mallem.

XI. Hujus libri pars posterior fortasse non ejusdem auctoris.

XI. Hujus autem auctoris, quisquis fuerit, dicendi genus caret omnibus ornamentis, horridiusque est, ac præfractius. Sermonem vulgarem quem frequentat, sæc. x jam plurimum a syntaxi elegantiore abfuisse demonstrant nominativi absoluti 125. D. Πλῆθος γὰρ-130. A. ὁρῶν - contra quam oportebat positi: genitivi absoluti item 123. A. *μαθανόντων*-- ὁρμήσωσι. 150. B. ἐγγιζόντων. 159. C. διαπεπεμένω· subjunctivus aoristi pro futuro usurpatus, ut 140. A. ἐκφύγωσιν *effugient* (quod idem in multis præcipitatæ Græciæ auctoribus usu venit: vid. Indic. s. v. Conjunctivus): ἐν perpetuo adhibitum pro εἰς 126. A. 127. B. 133. C. 152. D. σὺν constructum

cum

cum genitivo 158. B. casuumque omnino crebra confusio. Neque is certe quenquam, ut Leonem fecisse demonstravimus, exprimit dicendo: simplicibus utitur nativisque verbis. Quare fuissem nimius, si in scrutandis fontibus imitationis tantum egissem satis, quantum ad Leonem egi. Notas, præter oppido paucas, resecui: postrema undetriginta capita, quæ habebat unus Codex Palatinus, quod ab alio auctore ad hoc opusculum addita existimabam, in præsentia prætermisi. Sunt autem ejusdem prope argumenti quo superiora, ut ex titulis potest intelligi, qui sic se habent: XXVI. Ὅτι οὐ δεῖ ἀπληκεύειν ἐξ ἑτέρου θέματος λαὸν εἰς ἕτερον θέματος ἢ τάγματος ἄπληκτον. XXVII. Περὶ τῶν ἐν νυκτὶ ὀφειλουσῶν γίνεσθαι φυλακῶν, ἤτοι κερκίτων. XXVIII. Περὶ τῶν ὀφειλουσῶν γίνεσθαι ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ βιγλῶν. XXIX. Πῶς δεῖ σμικρύνεσθαι τὸ ἀπλήκτον, ὁλοκλήρου τῆς πεζικῆς στρατιᾶς ὑπαρχούσης, τῆς δέ γε ἱππικῆς ὀλιγοστῆς. XXX. Περὶ τῶν ἕξ ταξιαρχῶν. XXXI. Ὅτι δεῖ, ἐπισφαλῶν καὶ στενῶν τόπων ἀπαντώντων [a], εἰς δύο διαιρεῖν ἅπασαν τὴν στρατιὰν, καὶ διχῶς ἀπληκεύειν. XXXII. Περὶ τοῦ, ὁπόσον ἀριθμὸν ὀφείλει ἔχειν τὸ ἱππικὸν στράτευμα. XXXIII. Πῶς δεῖ ποιεῖν τὴν ἐκ τοῦ ἀπλήκτου στρατοπέδου παντὸς ἀποκίνησιν. XXXIV. Περὶ ὁδοιπορίας. XXXV. Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ ποιεῖν, ὅτε γνωσθῶσι πολέμιοι ἐν νυκτὶ βούλεσθαι ἐπελθεῖν τῷ χάρακι. XXXVI. Πῶς δεῖ ποιεῖν, εἴπερ ὁδοιπορούσης τῆς στρατιᾶς πολέμιοι μετὰ βαρείας δυνάμεως ταύτῃ ἐπέλθωσιν. XXXVII. Περὶ τοῦ, εἰ ἀπαντήσει στόνωμα, ἢ γεφύρας καὶ ποταμοῦ βαθέος περαίωσις, τί δεῖ ποιεῖν. XXXVIII. Περὶ τοῦ, μὴ ἐπάγεσθαι πλῆθος ἀργὸν ἐν τῇ πολεμίᾳ. XXXIX. Περὶ τῆς ἁρμοζούσης πανοπλίας. XL. Περὶ τοῦ, μὴ ἔχειν τοὺς εὐτελεστέρους τῶν ἀρχόντων σκηνάς. XLI. Περὶ δουκατόρων καὶ κατασκόπων. XLII. Περὶ διελεύσεως κλεισούρας μὴ κατεχομένης παρὰ τῶν πολεμίων. XLIII. Περὶ κλεισούρας κατεχομένης ὑπὸ τῶν πολεμίων. XLIV. Περὶ πολιορκίας. XLV. Πῶς δεῖ φυλάττεσθαι τοὺς εἰς συλλογὴν χρειῶν ἀποστελλομένους, καὶ τοὺς νέμοντας τοὺς ἵππους. XLVI. Πῶς δεῖ ἐνεδρεύεσθαι τοὺς πολεμίους, τοὺς ἐνέδρας τιθεμένους κατὰ τῶν εἰς συλλογὴν χρειῶν ἐξερχομένων. XLVII. Περὶ τοῦ, εἰ γνωσθῶσιν οἱ ἀρχηγοὶ τῶν πολεμίων μετὰ τῆς ὑπ' αὐτοῖς δυνάμεως κρύφα μέλλοντες ἐπιβουλεύσασθαι τῷ στρατοπέδῳ, ἢ τοῖς πρὸς συλλογὴν ἐξιοῦσιν ὑπουργοῖς. XLVIII. Πῶς δεῖ νυκτὸς τῷ ἀπλήκτῳ τῶν πολεμίων ἐπελθεῖν. XLIX. Πῶς δυνατόν ἐστι, μετ' ἐπελεύσεως τοὺς πολιορκουμένους πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐπισπάσασθαι, καὶ τραυματίσαι αὐτούς. L. Περὶ τειχομαχίας. LI. Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ τὸν στρατηγὸν ἀναγκάζεσθαι [b]. LII. Περὶ ἀδνουμίων. LIII. Περὶ τοῦ διδάσκειν τὸν στρατὸν καὶ ἐθίζειν ἔτι ἐν τῇ ἰδίᾳ ὄντα, κατὰ τάξιν ἀπληκεύειν καὶ ὁδοιπορεῖν. LIV. Περὶ τοῦ ὑπαλλάττεσθαι τὰς ἐκπληρούσας τάξεις τὴν τοῦ σίκα διακονίαν, διὰ τὸν πολὺν κόπον τοῦ ἄρχοντος [c]. LV. Περὶ τῶν ὑποκειμένων δουλειῶν, ὅτι χρὴ περὶ ἡμετέρας ταύτης λελογισμένης [l. ἡμέρας ταύτας λελογισμένας] τυποῦν καὶ διατίθεσθαι. Ea, inquam, capita, qualiacunque sunt, et descripsi jampridem et latine converti, ut in subsequenti aliquo volumine facile vulgari queant, si modo tanti videntur eruditis. Quorum judicium hac de re exquiro, meum nullum interponens.

[a] Fort. ἀπαντώντων.

[b] Codex male, γυμνάζεσθαι.

[c] Sic Codex: sed lecto capite malim finem tituli mutare sic: — αὐτῶν, τοῦ ἄρχοντος, ὡς δυνατὸν, μένοντος αὐτοῦ.

XII. Fragmentum Historiarum JOANNIS EPIPHANIENSIS.

XII. Fragmentum JOANNIS EPIPHANIENSIS, quod proxime collocavi,

reperi in Cod. Vaticano 1065, constante foll. bombycinis C, initio et fine mutilo. Ubi post Theophylacti Simocattæ Dialogos de quæstionibus physicis, Constantinum Porphyrogenetam De thematibus, Procopium De ædificiis, alia, habetur fol. 94 *verso*-100 *verso* exordium Historiæ Joanneæ, inscriptum : *Ἰωάννου, σχολαστικοῦ καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, περὶ τῆς τοῦ νέου Χοσρόου παραχωρήσεως πρὸς Μαυρίκιον, τὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα, ἱστοριῶν τόμος α΄.* Sed ne is quidem tomus integer ad nos pervenit, abjuncta amissaque post fol. 100 *versum* maxima parte Codicis. Est præterea in pagellis superstitibus passim charta erosa, verbaque exciderunt : quas lacunas, in impresso punctis notatas 172. A. 173. A. D. 175. B. D. ad oram utcunque explere conatus sum. An opus absolverit Joannes incertum : absolvisse tamen colligas ex testimonio Evagrii Histor. eccles. in extremo quinto ed. Vales. 442. D. *καὶ τὰ ἐχόμενα δὲ τοῦ Ἀγαθίᾳ τῷ ῥήτορι καὶ Ἰωάννῃ ἐμῷ τε πολίτῃ καὶ συγγενεῖ καθ' εἱρμὸν ἱστόρηται, μέχρι τῆς Χοσρόου τοῦ νέου πρὸς Ῥωμαίους φυγῆς — εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες·* unde patet, tunc cum hæc scriberet Evagrius (circa a. 593), Agathiam et Joannem non edidisse quidem eorum scripta, absolvisse tamen. Sed, quantumvis licet ediderit Joannes, ad miram paucitatem redigi exemplaria Historiæ ejus necesse fuit, cum effervescentes in Asiam atque erumpentes Arabes Syriam omnem Ægyptumque armis tenuerunt, litteris Græcis per has partes obsolescentibus : liberque Joannis adeo jam evanuerat sæc. XII. ineunte, ut Anna Comnena, cum præfationem Alexiadis pangens ab Joanne nostro complures locutiones compilarit (vide quæ dixi Prolegomen. ad Joann. Lydum De magistratt. Roman. xviij. C. et Notitt. mss. Bibl. Reg. VIII. 261. D.), propter raritatem exemplarium Joanneorum latiturum furtum ipsius sperasse videatur. Historiæ autem sic deperditæ desiderium quo tolerabilius feramus, ita reputemus, superesse apud Theophylactum Simocattam Libb. IV et V. 90. D. 139. D. de Chosrois fuga atque per Narsem in regnum reductione narrationem admodum diligentem, quales oculatorum testium esse soleant. Ac nisi omnia me fallunt, quæcunque habet de expeditione illa Theophylactus, habet ex scriptore nostro, ut adeo velut excerptor aliquis præcipuorum capitum Historiæ Joanneæ sit putandus. Sed turgidis et quasi anhelatis gravius verbis fudit, quæ vix XXX annis ante (tam subita fuit litterarum in imperio Orientali sæc. VII ineunte ruina) congruenter exposuerat Joannes. Is enim, in his certe quæ nunc prodeunt, studiosum se ostendit dictionis Thucydideæ, nec fere utitur verbis senescentis Græcitatis : si tamen excipis *χρόνοις* pro *ἔτη* 172. D. De ipso, quem alii cum Joanne Antiocheno scholastico patriarcha Cplitano, alii cum Joanne Malala, alii cum alio Joanne confuderunt, vide Henr. Valesium ad Evagr. 122. B. — Fabricius eum Joannem Antiochenum vocat Bibl. Gr. VI. 686. A. Harles. VIII. 82. A. Joannes historicus, de quo Codex Lip-

siensis Genesii (Fabric. Bibl. Græc. VI. 622. B. Harles. VII. 532. A.), si quidem Diocæsareæ presbyter fuit, alius videtur ac noster. Cujus de vita nihil notum esse existimo præter ea quæ ipse exponit in operis exordio 172. B.

XIII. THEODOSII monachi Epistola de expugnatione Syracusarum.

XIII. Venio nunc ad Epistolam THEODOSII monachi: de quo, item ad quem scripserit, quoque anno, cum jam multus fuerit Octavius Cajetanus apud Murator. Scriptt. rer. Italic. Tom. I. Part. II. 257. A. nihil fere relictum mihi est, quam quæ verborum ambitu prope infinito ille dilatavit, ea ut compressius dicam. Theodosium monachum et grammaticum, hominem pro conditione sæc. IX satis litteratum, ex ipsius epistola constat in clerum Syracusanum fuisse cooptatum: dein, urbe capta, Panormum abductum, ubi regiam sedem Saraceni constituerant, in tenebricosumque carcerem conjectum, unde has litteras dederit. Nec pedestri solum sermone expeditum, sed poëtæ quoque partes explesse nonnunquam eum, æque Cajetanus auctor est, habuisse penes se affirmans cum Anacreontica ejus de excidio Syracusarum, ad S. Sophronium, tum alia hujusmodi poëmatia. Leonem Diaconum ad quem scripsit, nostri historici Leonis gentilem, sed ab eo prope annorum C spatio disjunctum, in Græcia ipsa tunc fuisse credendum est. Syracusas expugnatas mense Maio a. 880. Basilio Macedone imperante, idem Cajetanus demonstrat ibid. II. 258. C. conf. Constant. Porphyrog. Basil. Maced. 190. C. et Nicetam Paphlag. Vita S. Ignatii patriarch. V. 1008. E. Epistolam autem, cujus partem nunc græce proferimus, e codice in monasterio S. Salvatoris apud Mamertinos asservato primus latine vertit monachus ordinis S. Basilii, nomine Joasaph, qui Messanæ græce profitebatur: vid. Albert. Piccolum De antiquo jure eccles. Sic. 145. A. Eundem Josaphat Azzalum Spartanum vocat Joann. Franc. Abela *Descrittione di Malta* 301. B. Hanc versionem habuit penes se Octavius Cajetanus, ut ipse testatur Idea de vitis Siculor. SS. vulgata Panhormi 1617. 4.° 21. B. ediderunt que postea cum ipse Cajetanus SS. Sicul. II. 272. C. tum alii, vel integram, vel ex parte: Jo. Bapt. Carusius Biblioth. hist. Sicil. I. 24. A. Rocchus Pirrus Notit. Sicil. eccles. I. 613. D. Joann. de Joanne Cod. diplomat. Sicil. I. 332. A. Ducangius ad Zonaram II. 87. C. Muratori Scriptt. rer. Ital. Tom. I. Part. II. 257. A. Sed hi omnes unice pendebant ex interpretatione Josaphati, qui et a mente auctoris sæpe discessit, et fere ubique in patentissimos paraphraseon campos longe est lateque vagatus. Quare cum offendissem priorem Epistolæ partem græce in Cod. Reg. 3032 fol. 150 *recto*-152 *verso*, non sum arbitratus alienum, efficere in hoc volumine, quod editores versionis Latinæ optasse sæpenumero videbam, ut textus Græcus, ad hunc diem ineditus, item

evulgaretur. Omissa quoque omnino Josaphati interpretatione, novam addidi, singularum vocum retinentiorem. Est autem is Cod. Reg. 3032. olim 3514. bonæ notæ, sæc. X, Hermogenis Rhetorica complectens, cum ab aliis tum a Montefalconio celebratus Palæograph. 351. A. ob notas tachygraphicas, in margine paginarum prima manu appictas.

XIV. De versione Latina.

XIV. Jam quod ad interpretationem Latinam Historiæ Leonis attinet, loca versionis Combefisianæ, in Criticis Pagi (vide supra v. D.) servata, nisi ubi manifesto lapsus erat, iisdem propemodum verbis in editionem meam retuli. Cujus rei unumquemque admonitum esse velim : ne, si quem in versione aut styli inconstantia, aut quippiam fortasse non satis pure atque emendate dictum offenderit, continuo id in reprehensionem vertendum putet. Nam erat Combefisius homo pius quidem et in rebus sacris singulariter doctus, sed qui nunquam ab orationis asperitate mœstitiaque abesse potuit. Nobis quoque in universo volumine linguæ atque elocutionis cura (vereor) non tanta fuit, quanta esse potuerit, fortasse etiam debuerit. Sed veniam ejusmodi facilius dari posse existimo Byzantinæ historiæ studiosis, omninoque iis qui in auctoribus medii ævi, nescio quid barbarum et inconcinnum sonantibus, cogitationem perdiu ponunt. Præterea, bonorum auctorum exemplum consecutus, vel in verbis ad religiones persuasionesque pertinentibus, ubi difficillimum erat, malui interdum aliquid audere potius, quam Latinam orationem multis Græcis vocabulis inquinare. *Nomina rerum Græca quæ convertimus* (ut Cornificii verbis utar, quarto Rhetoricorum), *ea remota sunt a consuetudine : quæ enim res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant esse usitata.* Designationes dignitatum, Patriarcha, Domesticus, Drungarius, aliaque id genus, necessario retinui, tametsi ex nitidissimo latinitatis fonte haudquaquam profluxerint. Quas si quis aut nimia Romani sermonis religione silentio præterire, aut per circuitionem explicare voluerit, næ ille mihi imprudens, et cujus sententia minime standum sit, videtur judicandus.

Recensio critica textus.

Versioni Leonis ad marginem exteriorem lectiones Codicis sunt appositæ, sicubi vocem, a librariis manifesto corruptam, in textum recepi. Ubi dubitatio suberat, lectionem Codicis in textu servavi, conjecturam meam adjeci in ora, si valde probabilem, præfixa littera *l.* hoc est *lege*, sin minus, præfixa *f. fortasse* (nam *forte* siquando impressum est, id æquus lector oscitantiæ operarum ascribat). In summa id egi, ut de suspicionibus meis, quam quæque probabilis sit sive vana, penes lectorem judicium relinqueretur.

XV. De triplici ratione illustrandi scriptores Byzantinos:

XV. Superest, ut de instituto notarum mearum, ad Leonem præsertim, si qui vagatum me in iis latius atque deflexisse sæpenumero de via putent, apud existimatores harum rerum intelligentes et æquos paucis me

me purgem. Etenim intellexi tripliciter fieri posse, ut editoris in opere exequendo sedulitas fautorum nostrorum benevolentiæ aliquatenus responderet. Uno modo, si auctores ipsos, quales in membranis offendissem, sublatis tantum manifestis mendis, addita Latina versione, arbitrio eruditorum permitterem. Deinde, cum plurima essent nuper in Bibliotheca Regia, multa supersint ad hanc diem, ad res Byzantinas quodammodo pertinentia, neque edita adhuc, neque unquam opinor (ut nunc sunt tempora) integra lucem visura, Vitæ Sanctorum, epistolæ fratrum devotorum, antistitum, patriarcharum, tractatus dogmatici, ascetici, polemici magno numero, annales quoque inediti, pervolutare ea studiose atque excerpere cœpi quicquid lucem afferre poterat annis sedecim, qui a morte Constantini VII. Porphyrogenetæ (XV. Novembr. 959) ad Tzimiscem, X Januar. 976 veneno sublatum, effluxerunt, quorumque memoriam Leo complexus est. Ubi cum præcipue usui mihi fuerint historiæ duæ, altera Simeonis Logothetæ (vid. Harles. Bibl. Gr. VII. 685 *l.*), altera Julii Pollucis (de qua infra 179. B.), hic facere non possum, quin Italicorum quoque eruditorum in me animum, quam singulari officio fuerit, gratus commemorem. Nam repentino anni 1815 tempore, cum statuæ, tabulæ, reliqua civitatum ornamenta Parisios olim convecta undique repeterentur, accidit ut inter codices in urbem reportandos esset Vaticanus n.° 163. illam ipsam Julii Pollucis historiam complectens. Ibi cum intellexissent procuratores Summi Pontificis, me in conficiendis notis hoc Codice ægre cariturum, perhumaniter negaverunt se commissuros, ut a se studiis meis obesset quicquam, permiseruntque, ut usque ad editionem libri is Codex Parisiis remaneret. Quocirca maximas gratias et ago et habeo Viro reverendo atque ill. Marino Marini, ab intimo cubiculo Summi Pontificis, et archivi Apostolici Vaticani Præfecto, cujus in hoc negotio eximia studiique plena officia erga me exstiterunt. Quod autem ejusmodi notionum historicarum ne sic quidem in hoc Tomo permagna est accessio facta, non hercle penuriæ Bibliothecæ nostræ, sed paucitati annorum, quorum gesta tradit Leo (vide supra viij. A.), tribui id velim. Ad Psellum, annorum prope centum (975-1060) memoriam persecutum, plurima ejusmodi inedita subjungere me posse spero, quibus vel stabilitur, vel emendatur, vel ratione multiplici amplificatur ejus narratio.

1.) notis criticis, ad menda librariorum tollenda;

2.) adjectis excerptis auctorum ineditorum;

XVI. Atenim non me fugiebat, etiam ut cumulate officio meo hoc duplici nomine satisfacerem, tamen fore ut sic neque ad litterarum Græcarum neque ad historiæ studiosos ita multos mei officii utilitas pertineret. Nam, cum omnino in studiis nostris, Græcis dico, non sit maxima copia eorum qui, via trita relicta, interiores scrutentur ac reconditas litteras,

XVI. 3.) notis philologicis, de græcitate cum universa, tum maxime Byzantina.

tum vero ex iis ipsis exquisite doctis quotus quisque est, qui lectionem scriptoris Byzantini ad subtiliorem cognitionem linguæ quicquam conferre putet! Historici autem homines pæne omnes vel ad veterum illorum prorsus antiquorum divinam memoriam, vel ad res nostra patrumque memoria aut subtilius et temperantius aut splendide ac mirabiliter gestas, vel certe ad origines populorum hodie vigentium illustrandas, cura omni studioque rapiuntur: pauci, iique ipsi invitius aut fastidiosius, annales excutiunt senescentis imperii, ac ruituri. Quapropter per notas obtinere volui, ut paulo latius mea opera pateret, ad eosque item pertineret, qui alieniores sint a rebus Byzantinis: ideoque de significatione vocum nondum satis definita parumve intellecta uberius passim disputavi in notis, et fusius. Qua in re sæpius auctorum Atticorum rationem habere potuissem, fortasse etiam debuissem. Verum ego sic judico (dicam enim non reverens in re obscura gloriandi suspicionem): quod in quoque plurimum est, hoc ipsum is potissimum conferre debet ad locupletanda communia studia nostra. Jam vero post complurium annorum assiduum laborem, quo Catalogum codd. Græcorum in Bibliothecam maximam Parisiensem recens illatorum ad finem perduxeram, post pueritiam et primam adolescentiam in hoc studiorum genere positam, neminem esse auctorem paulo illustriorem arbitror, neque profanum neque sacrum, qui a temporibus Theodosianis usque ad ruinam imperii Orientalis græce scripserit, quem non ita tractarim, ut non aliqua ejus pars in memoria mea penitus insideret. Scholia, catenas, paraphrases, commentaria, partim minus legi solita, partim omnino nondum edita, fieri non potuit quin ita pertractarem, ut eorum aliquam certe notionem caperem. Quamobrem, si passim ex Patribus, scholiastis, rhetoribus, illustrare quæstiones aliquot, afferre phrases, locupletare Lexica, notare errores quosdam superiore memoria commissos (nam ab æqualium censura, quæ mea natura est, omnino abstinui) conatus sum, non ideo id feci, quod hos recentiores auctores ullo modo comparandos esse cum antiquioribus capitalibusque illis ducebam, quos nemo opinor est quin crebro regustare cupiat, in iisque acquiescat; neque quod meum studiorum genus proponere in exemplum aliis, adolescentibus præsertim, velim: sed quia in eo loco in eoque munere constitutus, ut tractare ejusmodi scripta cum ad voluntatem possim, tum pro officio debeam, id malui, quod alii minus commode possent, agere, quam quod iidem æque bene atque ego, aut etiam multo me melius.

XVII. Quinam auctores Byzantini supersint posterius edendi.

XVII. Accedebat, quod in Britannia novam editionem Thesauri Stephaniani parari audiebam, ad eamque locupletandam viros doctos editioni præpositos voces nondum in Lexica receptas undique aucupari.

Quare vocabula, quibus adhuc, quantum scio, Lexica carent (enotavi autem multiplici lectione complura millia), passim subjunxi, gratificans Lexicographis potius, quam quod in ejusmodi verbis addendis magnum ponendum esse momentum, aut gloriandum putem. Egi id quoque, ut vocabula phrasesque præcipue ex auctoribus illis sumerem, qui a sæculo tertio ad Heraclium Aug. floruerunt: nam apud hos potius aliquid integri sanique remansisse credendum est, quam apud illos qui sæc. VII. et deinceps fuerunt, usque ad captam urbem. Ab historicis illustrationibus plerumque me continui. Sunt qui materia a nobis parata recte utantur, scriptores probabiles multi, aliquot etiam summi, ut componendæ historiæ clara ipsi exempla, ita compositarum optimi judices. Velut in Germania Fredericus Christophorus SCHLOSSERUS, qui libro paucos ante annos edito impetus Imperatorum, Constantinopoli Sanctorum imagines infestantium, non minore acumine quam facundia felicissime exposuit. In Russia Nicolaus KARAMSIN, historiæ probatissimæ auctor, qua patrias antiquitates rara dicendi facultate mirabiliter illustravit : et cumprimis Philippus KRUG, cui jam superius debitas gratias meritasque egi, cujus in Tentamine critico ad illustrandam chronologiam Byzantinam, Petropoli 1810 (omitto alia ejus scripta, quæ multa sunt), perfecta rerum tum Slavicarum tum septentrionalium cognitio, summa ratione consideratissimaque prudentia adjuta, eluxit, cujusque eruditissimis observationibus in hoc quoque opere edendo non mediocriter me adjutum esse nunquam dissimulabo. In Gallia, omni politioris litteraturæ et antiquitatis, omni scientiarum genere excellens, Ant. Joann. LETRONNE, multis mihi nominibus carus, non modo ingenio splendidissimo, sed κριτικῇ quoque singulari atque exquisita præstans. Neque ibi post Ameilhonis, scriptoris politi, neque post lib. Bar. de Sainte-Croix, viri venerandi, obitum, neque in Britannia post Gibbonem vita functum, desunt alii summa doctrina summoque judicio homines, in exploranda scriptorum medii ævi fide exercitati. His ego, transactis jam meis partibus, Leonem historica ratione illustrandum, si velint, trado. Mihi satis fuit, materiam illis, non indignam facultate et copia ipsorum, subjicere, interimque in opere sic versari, ut quædam otii mei exstaret ratio, indeque litteræ Græcæ aliqua ex parte locupletarentur. Id totum consilium factumque meum si a doctis probabitur, nullo alio decorari laborem meum præmio postulo, ad aliosque Byzantinos, simili ratione edendos, minus verecunde cunctanterque, quam adhuc feci, aggrediar. Habeo enim prelo jam pridem parata Michaëlis Pselli Annales, Georgii Hamartoli Chronicon, Nicephori Gregoræ libros aliquot adhuc ineditos, Sanctorum Vitas item ineditas, historiam sæculi decimi et deinceps sequentium illustrantes, Gregorii Palamæ libellum de captivitate sua ad Thessalonicenses, aliaque id genus.

II. Etenim, cum in curriculo imperiorum bella gessisset plurima, nunquam tamen inferior discessit ab hoste, sed victoriæ palmam semper consecutus est. Velut cum tunc exercitus Scythicus Istrum trajecisset (Hunnus gentem nominant), neque Leo dux aperto Marte decernere cum illo posset, quod acies hostium innumerabili multitudine superbiret, ipse vero exiguam infirmamque militum manum contra duceret, statuit in perspicuum periculum se suosque minime præcipitatum ire, insidiisque potius Scythas adoriri, ut sic præclaro aliquo ac forti facinore edito gloriam singularem adipisceretur. Ita cum per silvas clam accessisset, consideratis undique ex occulto Hunnorum castris, numeroque accurate perspecto, intempesta nocte exercitum trifariam partitus Scythas invasit, subitoque incursu tantam puncto temporis cædem fecit, ut ea multo maxima multitudine oppido pauci elaberentur. [a]Hunc Leonem ducem Romanus Augustus in Asiam transmisit, si quo modo barbarorum perniciosas grassationes cohibere posset, et mala, quæ impudenter inferre non verebantur, reprimere. Dux, ubi ex Europa profectus in Asiam venisset, Chambdanique audaciam ac duritiem auditu acciperet, templa et oppida succensa videret, diruta castella, desolatam incolis regionem, iis violenter in captivitatem abductis, operæ pretium duxit, ne in apertum periculum quas ducebat copias projiceret, neve aperto Marte cum tanta barbarorum multitudine aciem componeret, quæ multas jam victorias retulisset, felicique, quam experta erat præter exspectationem, fortuna superbiret: cum præsertim innumera pæne multitudine hominum probe armatorum confertas turmas inferret; ipse exiguam infirmamque manum ductaret, Saracenorum faustis adeo successibus pavidam, iisque tropæis, quæ quotidie erigebant: sed ut potius opportunissima præruptaque loca occuparet, inque locatis insidiis hinc inde transeuntes hostes observaret, atque illis in lubricis ancipitibusque viarum angustiis occurrens, in transitu fortiter cum eis dimicaret[d].

Leo Phocas in Oriente.

[a] Sequentia, a Combefisio versa, servata sunt apud Pagium III. 576.

[b] Codex, ἀναιδῶς τε.

Fol. 277 recto.

[c] Codex, ἀτραπιτῶν.

[d] Hactenus Combefisius.

[e] Cod. γνωσιμαχήσαντα.

γ'. Οὕτω δὲ γνωσιμαχήσαντι[e] καὶ βουλευσαμένῳ τῷ στρατηγῷ Λέοντι ἐπῆλθε, καὶ λόγοις ὑπαλεῖψαι τὴν στρατιὰν καὶ παραινέσεσιν

III. Sic animo attento deliberanti Leoni duci in mentem venit, verbis quoque exacuere exercitum, eumque

exhortationibus firmare, quando ex re foret adversus barbaros signa movere, et alacriorem ad bellum reddere. Ita in concionem ascendens, cum paulisper siluisset, cohortationem ejusmodi instituit: *Omnes legiones vestras, commilitones, communis noster Dominus et Imperator, quod firmas, nec virtute in bellis minus quam usu in re militari præditas esse sciret, in Asiam Chambdani incursionibus populationibusque defessam jam atque ruentem, summa imperii mihi tradita, transmisit. Quamobrem hortor et suadeo, non ut fortiter rem geratis contra adversarios (neque enim cohortatione vos puto indigere, qui virtutem et audaciam a puero præstitistis), sed ut quam prudentissimo consilio hostem expugnetis. Nam non tantum violento impetu bellum solet provehi, quantum judicii prudentia et victoriis per calliditatem opportune partis. Copias hostium per hos campos effusas probe nostis tot esse ut numerum superent; exercitum nostrum intrepidum et alacrem virtute animoque esse vel ipse fateor: multitudine catervisque militum firmissimum ad pugnam nemo facile dixerit. Proinde debemus, quandoquidem Romani sumus, acumen consiliumque debitum adhibere, quemadmodum in loco difficili constituti convenientia inveniamus, utiliaque potius quam exitiosa consilia capiamus. Ne igitur inconsiderato impetu ausisque temerariis in apertam ruamus perniciem. Nam effrenata audacia in periculum solet conjicere, cunctatio cum judicio conjuncta servare potest illos qui ea utuntur.*

Leonis ad exercitum oratio.

IV. *Quare vos hortor, commilitones, ne locis campestribus in discrimen vos adversus barbaros intemperatis incursionibus offeratis, verum ut, in regionibus natura munitis illis insidiantes, eorum præstolemini adventum ac transitum: tunc autem ut fortiter eos adorti acriter rem geratis. Sic enim opinor (pace numinis dixerim), nos et superaturos hostes, et prædam omnem popularibus nostris ereptam recepturos. Habent enim hoc adversarii, ut improvisis percellantur incursibus, atque aggressionibus repentinis elati atque impotentes animi eorum frangantur. Ita juvenilem virtutem servantes, et assuetam in præliis generositatem, adversariis occurrite, ubi tubis signum dedero.* Hac habita oratione a duce, exercitus clamore plausuque sublato

Fol. 277 verso.

A ἐπιῤῥῶσαι, κατὰ τῶν βαρβάρων ἡνίκα δέοι χωρεῖν, καὶ θαῤῥαλεωτέρους ἐργάσασθαι πρὸς τὸν πόλεμον. Διαναστὰς οὖν ἐπὶ τοῦ πλήθους καὶ μικρὸν ἐπισχὼν, τοιαύτην εἰσηγεῖτο παραίνεσιν· Ἅπαν μὲν τὸ καθ' ὑμᾶς στῖφος εἰδὼς ἄριστον, ὦ συστρατιῶται, αὐτουργόν τε τὰ πολέμια, καὶ τακτικῆς ἐμπειρίας ὑπόπλεων, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ὁ κοινὸς ἀμφοτέρων δεσπότης καὶ βασιλεὺς, κάμνουσαν ἤδη καὶ ἐπὶ γόνυ κεκλιμένην ταῖς τοῦ Χαμβδᾶν καταδρομαῖς τε καὶ προνομαῖς, ἐμοὶ τὴν τῆς ἡγεμονίας ἐγχειρίσας ἀρχὴν, διεβίβασε. Παραινῶ τοίνυν καὶ συμβουλεύω, οὐχ ὅπως γενναίως ἀντιτάξοισθε τοῖς ἐχθροῖς (οἶμαι γὰρ μὴ B δεῖσθαι λόγων ὑμᾶς ἐναγόντων ἐς εὐτολμίαν, οἷς ἐξ ἁπαλῶν ἀνδρία μετὰ τόλμης ἐξήσκηται)· ἀλλ' ὡς ἂν ἄριστα βουλευσάμενοι καταγωνίσαισθε τὸν ἐχθρόν. Πόλεμος γὰρ οὐ τοσοῦτον ἐξ ἀντιπάλου κατορθοῦσθαι ῥοπῆς εἴωθεν, ὅσον εὐβουλίας προνοίᾳ καὶ τροπαίων ἐπαγωγῇ ῥᾳδιουργουμένη κατὰ καιρόν. Τὴν μὲν οὖν παράταξιν τῶν ἐχθρῶν ἴστε σαφῶς, ὅση διὰ τῶν τῇδε πεδίων ἐκκέχυται, ὡς πολλή τέ ἐστι καὶ ἀριθμὸν ὑπερβαίνουσα· τὴν δὲ καθ' ὑμᾶς στρατιὰν γενναίαν μὲν καὶ νεανικὴν τῇ τε ῥώμῃ καὶ τοῖς φρονήμασι καὶ αὐτὸς εἶναί φημι· πλήθει δὲ καὶ ταῖς φάλαγξιν οὐκ ἄν φαίη τις ἀξιόμαχον. Δεῖ οὖν C Ῥωμαίους ὄντας μεμηχανῆσθαί τε καὶ βεβουλεῦσθαι δεόντως, ἐν τοῖς ἀπόροις ἐξευρίσκειν τὰ πρόσφορα, αἱρεῖσθαί τε πρὸ τῶν δεινῶν τὰ ξυμφέροντα. Μὴ οὖν ἀλογίστῳ φορᾷ καὶ παραβόλοις τολμήμασιν εἰς προὖπτον αὐτομολήσωμεν ὄλεθρον. Τόλμα γὰρ ἀχαλίνωτος ἐς κίνδυνον εἴωθε συνωθεῖν, ἡ δὲ μετὰ λογισμοῦ μέλλησις διασώζειν οἶδε τοὺς κεχρημένους αὐτῇ.

δʹ. Παραινῶ τοιγαροῦν, ἄνδρες, μὴ διακινδυνεύειν πρὸς τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τόπων τῶν πεδινῶν, ἀκαθέκτοις ὁρμήμασιν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐρυμνῶν ἐλλοχῶντας τουτωνὶ χωρίων τὴν ἐκείνων D ὑπομένειν ἄφιξιν καὶ διάβασιν· τηνικαῦτα δὲ τούτοις ἐῤῥωμενέστερον ἐπιτίθεσθαι καὶ γενναίως ἀντικαθίστασθαι. Ταύτῃ γὰρ οἶμαι (σὺν Θεῷ φάναι), κρατήσειν τε τῶν ἐχθρῶν, καὶ τὴν λείαν ἅπασαν τῶν ὁμοφύλων πρὸς ἡμᾶς ἀνασώσασθαι. Τῷ γὰρ ἀπροσδοκήτῳ τῶν ἐπιδρομῶν δουλοῦσθαι εἴωθε τὰ πολέμια, καὶ ταῖς αἰφνιδίοις ὑπεξελάσεσι τὰ ὑπέραυχα καὶ ἀλαζονικὰ πέφυκε φρονήματα θραύεσθαι. Τήν τε οὖν ἡλικιωτῶν ἀρετὴν διατηροῦντες καὶ τὴν σύντροφον πρὸς τοὺς ἀγῶνας εὐγένειαν, τοῖς ἐναντίοις ὑπαντιάζετε, ὅτε σημήνω ταῖς σάλπιγξι.

Τοιαύτην

A Τοιαύτην μὲν ὁ στρατηγὸς τὴν παραίνεσιν ἐξηγήσατο· ὁ δὲ στρατὸς ἠλάλαξέ τε καὶ ἐπεκρότησε, καὶ ὡς τὰ κράτιστα ὑποθεμένῳ ᾗ ἂν ἡγοῖτο ἕπεσθαι προθύμως[a] ἦν. Ἐνέδραις οὖν διειλήφει τὴν ὁδὸν, ἀποτόμους τὰς ἀκρωρείας προβαλλομένην, κρημνώδεις τε καὶ σηραγγώδεις ὡς τὰ πολλὰ, τὰς ὑπωρείας δὲ βαραθρώδεις τε καὶ ἀμφιλαφεῖς δρυμῶν τε καὶ παντοδαπῶν ἰδέαις φυτῶν. Ταύτῃ προλοχίσας ὁ στρατηγὸς καθῆστο, τὴν τῶν βαρβάρων προσμένων ἐπήλυσιν. Ὁ δὲ Χαμβδᾶν, τῷ τε πλήθει τῶν ἑπομένων καὶ ταῖς φάλαγξι σοβαρευόμενος καὶ γαυρούμενος, τῇ τε τῶν λαφύρων πλησμονῇ καὶ τῇ τῶν αἰχμαλώτων ἀπαγωγῇ ἐπαιρόμενός τε καὶ βρενθυόμενος, B πολλὰς κατὰ θάτερα τὰς ἐπεξελάσεις ἐποιεῖτο, ἐφ' ἵππου θηλείας καὶ μέγεθος καὶ δρόμον ὑπερφυοῦς ἐποχούμενος, καὶ τῆς στρατιᾶς πῇ μὲν οὐραγῶν, πῇ δὲ προοδεύων, καὶ τὸ δόρυ σείων, καὶ ταῖς αὔραις μεθιεὶς, εἶτ' αὖθις ἀνθέλκων πρὸς ἑαυτὸν κραδαινόμενον. Ἐπεὶ δὲ τὴν ἱππήλατον ὁδὸν διελθὼν ταῖς δυσχωρίαις προσέβαλλε, καὶ ταῖς στενωπαῖς καὶ ἀνωμάλοις συνειληθέντες τῶν τόπων οἱ βάρβαροι τὴν φάλαγγα διελύσαντο, καὶ ὡς πῃ ἐνὸν ἦν ἑκάστῳ, κατὰ κρημνώδη διῄεσαν, τηνικαῦτα ταῖς σάλπιγξι τὸ ἐνυάλιον ἀποσημήνας ὁ στρατηγὸς καὶ τῶν λόχων διαναστήσας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, ἀπήντηξε τοῖς βαρβάροις. C

A paratus erat eum, ut optima suadentem, sequi quacunque duceret. Proinde insidiis iter cingit, quod cum cacumina prærupta, ardua et cavernosa sane protendebat, tum dorsa montium voraginosa, silvis et cujusque modi stirpibus opacata. Ibi insidiis ante positis prætor consederat, barbarorum exspectans adventum. Chambdan, subsequentium multitudine catervisque fretus et insolens, neque minus elatus atque superbus ob prædæ copiam quam ob abstractionem captivorum, frequenter utroque procurrebat, vectus equa tum magnitu- B dine tum pernicitate singulari, modo claudens modo antecedens agmen, lanceam vibrans, ac nunc permittens auris, nunc rursus crispatam ad se recipiens. Ubi vero emensa equitabili via ad fauces appropinquaverat, angustisque et asperis locis conclusi barbari acie soluta ut quisque poterat per crepidines nitebantur, tum dux, signo tubis dato, excitatis circa sese insidiis, obviam se barbaris obtulit.

Leo Phocas hostibus insidias struit.

[a] Sic Codex.

ε'. Καὶ πάντες ἐπὶ τῶν ξιφῶν εἶχον τὰς δεξιὰς, καὶ ταῦτα σπασάμενοι[b] ἐπιστροφάδην ἔκτεινον τὸ ἀντίπαλον κεκμηκὸς τῇ ὁδοιπορίᾳ, ἀκμῆτες[c] αὐτοὶ τούτῳ πελάζοντες. Καὶ κἂν καὶ αὐτὸς ὁ Χαμβδᾶν ἧλω μικροῦ πρὸς τῶν Ῥωμαίων δοριάλωτος· εἰ μὴ, τὴν ἄλλως ἀγχίνους ὢν καὶ τοῖς ἀπόροις ὀξὺς ἐννοῆσαι τὰ δέοντα, τὸν ὃν ἐπεφέρετο ἄργυρον καὶ χρυσὸν χύδην ἐπὶ τῆς ἀτραπιτοῦ διασπείρειν προσέταξεν· ᾧ καὶ περισπάσας τὴν τῶν Ῥωμαίων ὁρμὴν, ἀσχοληθέντων τῇ τοῦ χρυσοῦ συλλογῇ, μετ' ὀλίγων ὑπασπιστῶν μόγις τὸν τοιοῦτον διαπέφευγε κίνδυνον. D Λέγεται δὲ τοσοῦτον αὐτουργηθῆναι φόνον τοῦ βαρβαρικοῦ πλήθους πρὸς τῶν Ῥωμαίων κατὰ τουτονὶ τὸν πόλεμον, ὡς πολλαχοῦ τῶν χώρων ἐκείνων σωρείας ἀνθρωπείων ὀστῶν ὁρᾶσθαι μέχρι καὶ νῦν. Ἐπεὶ δὲ τοιούτοις τροπαίοις καὶ στρατηγήμασι τὴν πολυάνθρωπον πληθὺν τῶν βαρβάρων ὁ στρατηγὸς ἠγωνίσατο[d] καὶ διέφθειρε, καὶ τὸ ὑψαύχενον τοῦ Χαμβδᾶν καὶ τετυφωμένον εἰς ἀγεννῆ καὶ ἄνανδρον δειλίαν καὶ φυγαδείαν κατέσπασε καὶ συνέκλεισε, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν συναγηοχὼς καὶ τὴν λείαν ἐπισυνάξας, ὅση τε

V. Ita cuncti, gladios districtos in manus sumentes, hostes itinere defatigatos strenue ceciderunt, cum ipsi integri ad illos accessissent. Neque multum abfuit quin ipse Chambdan a Romanis caperetur: nisi, ut erat alias acutus et promtus ad recta consilia in difficultatibus invenienda, argentum et aurum, quod secum portaverat, temere per viam spargi jussisset: qua re Romanorum in colligendo auro occupatorum distracto impetu, cum paucis protectoribus peri- D culum effugit. Tanta autem dicitur hoc prælio barbaræ multitudinis facta esse clades, ut per agros illos acervi ossium humanorum ad hunc usque diem conspiciantur. Dux, hujusmodi victoriis ac stratagematis ingenti barbarorum multitudine debellata ac deleta, postquam arrogantem jactationem Chambdani in ignobilem atque ignavam timiditatem fugamque convertisset compulissetque, suis unum in locum congregatis, convecta tum barbarica tum etiam Romana præda, quam in populatione barbari collegerant, ejus majorem partem exer-

[b] Codex, σπασάμενος.
[c] Codex, ἀκμῆτας.

Chambdani clades et fuga.

Fol. 278 recto.

[d] Codex, ἐστρατηγήσατο. Lege, κατηγωνίσατο. vid. 14. B.

citui distribuit: captivos viatico donatos ad suam quemque domum reverti jussit: deinde Saracenis, quos hoc bello captivos fecerat, in vincula conjectis, conclamata victoria, gratulatione rei bene gestæ providentiæ facta, ad Imperatoris numen ire contendit, Constantinopoli triumphaturus. At milites ducem plausu efferebant, admirantes haud immerito, et virum prædicantes, qualem neminem alium tulisset ea ætas: neque minus a felicitate eum celebrabant, cum viderent, ex sententia in bellis illi uni omnia procedere. Ipse ut Constantinopolim venit, cum præda quamplurima et captivis Saracenis permultis ingressus, a Romano Imperatore magnifice receptus est, perque Circum triumpho acto, captivorum ac spoliorum copia in stuporem spectantes rapuit, præmiis subinde et honoribus pro laborum magnitudine a principe acceptis. Leo dux, fuso, fugato, exagitato Chambdano, hunc in modum Asiam servavit.

Leonis Phocæ triumphus de Chambdano.

A ἢν βαρβαρικὴ, καὶ ὁπόση Ῥωμαϊκὴ ἐκ τῆς προνομῆς τοῖς βαρβάροις συνήθροιστο, ταύτης τὸ πλεῖστον τῇ στρατιᾷ διένειμε· καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐφοδιάσας ἐπὶ τὰ σφῶν ἤδη ἀποτρέχειν ἐξέπεμπε· τοὺς δὲ τῷ πολέμῳ ληφθέντας πέδαις ἀσφαλισάμενος τῶν Ἀγαρηνῶν, ἐπαιώνιζεν ἐπινίκια, καὶ τῇ προνοίᾳ τὰς εὐχαριστηρίους ἐποιεῖτο προσευχὰς, καὶ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα δυναστείαν ἠπείγετο, θριαμβεύσων εἰς τὸ Βυζάντιον. Ὁ δὲ στρατὸς ἐν κρότοις εἶχε τὸν στρατηγὸν, ἀγάμενοι τοῦτον ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἄνδρα ἐπιφημίζοντες, οἷον μὴ φέρειν ἄλλον τὴν τότε γενεὰν, καὶ τῆς εὐτυχίας αὐτὸν ἐξε-
B θείαζον, κατὰ ῥοῦν αὐτῷ προχωροῦντα τὰ τῶν πολέμων ὁρῶντες ὡς μάλιστα. Ὁ δὲ κατειληφὼς τὸ Βυζάντιον, ἐπεὶ μετὰ πλείστης ὅτι λείας καὶ μυρίων δορυαλώτων Ἀγαρηνῶν εἰσῄει, ὑπεδέχθη τε ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμανοῦ φιλοτίμως, κἀπὶ τοῦ θεάτρου θριαμβεύσας, τῷ πλήθει τῶν ἀνδραπόδων καὶ τῶν λαφύρων τοὺς θεωμένους ἐξέπληξεν· ἀμοιβάς τε καὶ τιμὰς, ἀναλογούσας τοῖς πόνοις, παρὰ τοῦ κράτους ἀπείληφεν. Ἀλλ' οὕτω μὲν ὁ στρατηγὸς Λέων τὴν Ἀσίαν ἔσωσε, καταγωνισάμενος τὸν Χαμβδᾶν, φυγάδα τε καὶ ἀλήτην ἀπεργασάμενος.

VI.[a] Nicephorus autem Phocas, Leonis, de quo diximus, frater (oportet enim repetita narratione in serie historiarum procedere), cum admotis ad Cretensem urbem[c] castris illic hiberna duceret, ac exercitum militaribus studiis exerceret, obsidionalesque machinas fabricaret, cum omnia illi ex sententia cessissent, verna paulatim tempestate ex hiberna mutante ac apparente, armato qui præsto erat exercitu, inque altam phalangem instructa acie, clangentibus tubis, tympanisque perstrepentibus, contra oppidum proficiscitur[d]. Dum vero dux turmas a fronte firmat, et in agmen quadratum copias constituit, impudica quædam, procax, fastidiosa muliercula, petulans admodum ac proterva, a propugnaculis prospiciens, præstigias quasdam et incantamenta peregit. Ferunt enim Cretenses vaticinationibus, fraudibus impiis et erroribus addictos esse, harumque rerum scientiam a Manichæis et a Moamethe antiquitus accepisse. Neque hac sola re petulans muliercula protervitatem atque audaciam manifestam reddidit: verum, sublata quoque plus quam tempus postulabat tunica nudatoque cor-

[a] Hæc sunt a Combefisio versa apud Pagi III. 875.

[b] Ea vox in Codice omissa, recenti manu superscripta est. Paulo post auctor vel librarius vere hæc deleverat, ἀνακεφαλαιωσάμενοι, aut ἀνακεφαλαιούμενοι.

[c] Sic Combefisius.

[d] Hactenus Combefisius.

[e] Cod. ἐταιρικόν.

Fol. 178 verso.

C ς'. Νικηφόρος δὲ ὁ Φωκᾶς, ὁ τοῦ ῥηθέντος Λέοντος σύναιμος[b] (δεῖ γὰρ ἀνακεφαλαιουμένους τὸν λόγον καθ' εἱρμὸν πρόσω τῆς ἱστορίας χωρεῖν), ὡς τῇ τῶν Κρητῶν πελάσας ἐκεῖ διεχείμαζε, καὶ τόν τε στρατὸν τὰ πολεμικὰ διεγύμναζε, καὶ τὰς ἑλεπόλεις ἐτεκταίνετο, ἐπείπερ κατὰ νοῦν αὐτῷ πάντα προὐκεχωρήκει, ἄρτι τοῦ ἦρος ἐκ τῆς χειμερινῆς τροπῆς ἠρέμα προκύπτοντος, τὸν περὶ αὐτὸν καθοπλίσας στρατὸν καὶ εἰς βαθεῖαν παραταξάμενος φάλαγγα, τάς τε σάλπιγγας ἐπαυλήσας καὶ τὰ τύμπανα πατάγησας κατὰ τοῦ ἄστεος ἤλαυνεν. Ἐν ᾧ δὲ ὁ στρατηγὸς τὴν ἴλην κατὰ μέτωπον ἐκρατύνετο, καὶ εἰς πλαίσιον τὰς δυνάμεις συνέταττε,
D γύναιον ἑταιρικὸν[e], ἀκκιζόμενόν τι καὶ θρυπτόμενον, ἰταμὸν ἐπιεικῶς τυγχάνον καὶ ἀναιδὲς, τῶν προμαχεώνων προκύπτον, γοητείας ἐποιεῖτό τινας καὶ ἐπῳδάς. Λέγονται γὰρ κατόχους εἶναι Κρῆτας μαντείαις καὶ βωμολοχίαις καὶ πλάναις, πρὸς τῶν Μανιχαίων καὶ τοῦ Μωάμεθ παρειληφότας ἀνέκαθεν. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον τὸ ἰταμὸν ἐκεῖνο γύναιον τὸ ἀναιδὲς καὶ ἀκόλαστον ἐπεδείκνυτο· ἀλλὰ καὶ, τὸν χιτωνίσκον παρὰ τὸ μέτριον ἀνασεσυρκὸς καὶ ἀπογυμνοῦν τὰ μέρη τοῦ σώματος, ἐς τὸν στρατηγὸν ἐπέσκωπτεν ἐπιρρώμενον. Καὶ δή τις τῶν εὐστόχων τοξοτῶν,

τὴν νευρὰν ἐντεινάμενος, βάλλει τὸ ἀκόλαστον γύναιον, καὶ χαμαιρριφὲς τῶν πύργων κατήνεγκε, διαρραγὲν αὐτίκα, καὶ τὸ ψυχίδιον ἀποφυσῆσαν, καὶ τίσιν τῆς ὕβρεως τὸν οἰκτρὸν ἐπισπασάμενον ὄλεθρον. Ἄρτι δὲ τῆς μάχης καρτερᾶς ἀναρριπισθείσης, χρόνον μέν τινα ἀντεῖχον οἱ Κρῆτες, ἐκ τῶν τειχῶν ἐκθύμως ἀγωνιζόμενοι, καὶ πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων τιτρώσκοντες.

ζ΄. Ὁ δὲ στρατηγὸς, τοῦτο καταμαθὼν, τὰς ἀφετηρίους θᾶττον παρῆγε μηχανὰς, καὶ βάλλειν τοὺς βαρβάρους ἐκέλευε. Καὶ πρὸς τούτοις τοῖς τείχεσι προσπελάζει τὴν ἑλέπολιν· κριὸν Ῥωμαῖοι τὸ τεχνούργημα ὀνομάζουσι, τῷ δίκην κριοῦ προτομῆς τὸν σίδηρον ἀπεικάζεσθαι, ὃς ἐνηρμοσμένος ὢν τῇ δοκῷ παίει[b] τὸν δόμον τοῦ ἄστεος. Τῶν δὲ πετροβόλων βάρη θαμινὰ τῶν λίθων ἐπαφιέντων, εὐπετῶς οἱ βάρβαροι ἀνεστέλλοντο· καὶ τοῦ κριοῦ τοῖς τείχεσιν ἐγχριμφθέντος καὶ κραταιῶς ταῦτα τύπτοντος, ἄνδρες ὑποδύντες τὴν τάφρειαν συχνοὶ, λιθοτόμα ὄργανα φέροντες, καὶ ἀνορύττειν ἐκεῖθεν ἀρξάμενοι, ἐξεκόλαπτον ἠρέμα, καὶ τὸν λίθον διέκοπτον, ἵνα τοῦ τείχους ἡ βάσις ἠρήρειστο. Παρὰ τύχην δὲ ψαμμῶδες ταύτῃ τὸ μέρος ἡ λίθος λαχοῦσα ὑπεῖκέ τε καὶ ἐνεδίδου ὡς μάλιστα. Ὁ δὲ κριὸς τύπτων οὐκ ἀνίει τὸ ἔρυμα, καὶ κατὰ μικρὸν διασείων τὴν οἰκοδομίαν, ἐς τὸ ἀκριβὲς συμπεπιλημένην οὖσαν καὶ δυσαπόσπαστον. Ἐπεὶ δὲ τὰ γεῖσα[c], ἅπερ διώρυττον οἱ ἐπὶ τοῦτο ταχθέντες, ἐκκρεμῆ καὶ ὑπόκενα, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐξειργάσαντο, ὀρθοστάδην ξύλοις ὑπήρειδον, ὕλην τε ταχυδαῆ καὶ αὖον συννήσαντες καὶ πῦρ ἐνιέντες, τῆς διώρυχος ὑπεξῄεσαν. Τῆς δὲ φλογὸς ἀναφθείσης καὶ τῶν στηριγμάτων ἀνθρακωθέντων, δύο πύργοι ὁμοῦ τῷ διαμέσῳ[d] τούτων δομήματι τοῦ τείχους ἐξαπιναίως ἀπορραγέντες, ὑφίζανόν τι, καὶ ὑπωλίσθαινον, καὶ πρὸς τοὔδαφος κατεφέροντο. Οἱ δὲ Κρῆτες, τῷ καινῷ τοῦ ὁράματος θαμβηθέντες, ἐπ' ὀλίγον χρόνον τὴν μάχην ἐξέκλιναν, τῷ τερασίῳ καταπλαγέντες τοῦ πράγματος. Εἶτ' αὖθις τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καὶ δουλείας ὑπολογισάμενοι κίνδυνον, εἰς ἀρραγῆ παράταξιν συνηθροίζοντο, καὶ διὰ τῶν κατερειπωθέντων τειχῶν τὴν Ῥωμαϊκὴν διαβαίνουσαν φάλαγγα ἐρρωμενέστατα ὑπεδέχοντο, δαιμονίως τε διηγωνίζοντο, περὶ ψυχὴν[e] κινδυνεύοντες. Ἄρτι δὲ πολλῶν ἀναιρεθέντων, ἐπεὶ πρὸς τοσαύτην ἀνανταγώνιστον ῥοπὴν οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἀντικαθίστασθαι (ἐπέβρισαν γὰρ αἱ δυνάμεις κατόπιν, καὶ ὠθισμὸς ἀνυπόστατος ἦν),

A pore, in ducem dicteria et execrationes jecit. Tum vero sagittariorum peritorum aliquis intento arcu importunam mulierem coafixam de turribus in terram dejecit, ut, evestigio disrupta, efflata animula pœnam insolentiæ acerbo interitu consequeretur. * Jam vero acri pugna conserta, restiterunt per tempus aliquod Cretenses, strenuo fortique aaimo ex muris dimicantes, ac Romanorum non paucos vulneraates.

VII. Qua re perspecta, prætor petrarias celeriter adduxit, barbaros la-
B pidibus peti jussit. Ad hæc muris admovit helepolim : arietem hoc inventum Romaai vocaat, propterea quod ferrum, quod trabi præfixum oppidi mœnia pulsat, ad capitis arietini formaai efficium est. Petrariis crebra saxorum poadera rotaatibus, parvo aegotio barbari repressi sunt. Interim, ariete muris iasinuato, majoreque impetu eos quatieate, viri non pauci, lapicidarum instrumenta gereates, fossam ingressi ouat : inde suffodere orsi exsciadebant paulatim dirimebaatque lapides, quibus muri fundameata nitebaatur. Casu autem accidit ut lapis, propterea
C quod erat illa ex parte arenosior, facillime cederet locumque daret. Neque aries iatermisit interea pulsare munitionem, murique contextum, quaatumvis densum ac coagmentatum, paulatim distrahere. Fastigia muri cum submissi fossores peadula atque concava, id quod necesse erat accidere, reddidissent, lignis erectis suffulserunt, materiaque facile flagranti atque arida ingesta, ubi igaem subdiderant, cuaiculo excesserunt. Flamma excitata cum fulcimenta absumereatur, turres duæ cum muro intermedio repente divulsæ subsederunt, ruinaque edita in terram delatæ sunt.
D Cretenses, novitate spectaculi stupefacti, parumper pugnam declinaverunt, prodigii immanitate attoaiti. Tum rursus captivitatis periculum ac servitutis animo recolentes, constipato agmine aciem coëgerunt, perque murorum rudera Romanorum phalangem pervadentem fortissime excipientes, majoribus quam pro humana virtute animis in vitæ discrimine dimicarunt. Tandem multis cæsis, cum contra tam vehementem impetum diutius resistere non possent (iagruebat enim vis a tergo, impressione prorsus intolerabili), in

Candia expugnata à Nicephoro Phoca.

* Inde denuo Combefisiana.

b Codex. παίει.

c Cod. ταγεῖσα, uno verbo.

d C. διαμέσῳ.

e f. ψυχῆς.

Fol. 179 recto.

fugam conversi in angiportus se dejecerunt: Romani vero insecuti dire eos trucidabant. Tum qui hacteous superstites erant, ac quotquot bellum non demessuerat, projectis armis ad preces confugerunt. Qua re visa, prætor, calcaribus equo subditis, concitato cursu oppidum intrat et militum impetum inhibuit: non esse trucidandos suadens, qui arma abjecissent, nec in nudos ac inermes crudeliter et sine humanitate irruendum: *inhumanitatis esse* aiebat, *eos qui cedant et se subjiciant, non secus atque hostes perdere et obtruncare.* His verbis ægre dux crudelem impetum exercitus inhibuit ac sedavit.

VIII. Oppido vi expugnato, prætor subtractas manubiarum primitias captivosque valentiores in servitutem redactos seposuit, ad triumphumque, quem ducturus erat, diligenter reservavit: reliqua militibus diripienda proposuit. Illi per domos effusi prædam plurimam et magnificam fecerunt. Fertur enim Cretensium oppidum opes ingentes atque
a L. τὴν, sive τὴν τῶν inexhaustas continuisse: propterea quod diu non parum felix, propitiam facilemque expertum fortunam, calamitatum nullam pertulisset, quas mutabilis temporum cursus tanquam aliquot pestes infligere solet: tum maxime, quod piraticis excursionibus et latrociniis usum, utriusque continentis populando littora, ejusmodi artibus divitias ineffabiles coacervasset. In hunc modum oppidum expugnatum Romanorumque
b Cod. εἴσω τό. manibus captum est. Evecta post hæc omni supellectile, murorum ambitum perfodi atque disjici Nicephorus jussit: quo multis in locis destructo, in agrum rursus educit copias. Quem populatus, hominibus in servitutem redactis, cum quicquid infestum super-
Creta recepta. fuerat sine sanguine subegisset, in tumulum sublimem arduumque haud procul ab excisa urbe imminentem contendit, militesque omnes castellum ibi munire jussit. Tutus enim locus videbatur et ad munitionem opportu-
c Cod. κρημνοῖς κρημνώδεις nus, quod ex utraque parte despectus vallesque præruptas haberet, fontesque perpetuo manantes de vertice eructaret, quorum aquis irrigabatur. Castello tutissime ac firmissime structo, justo imposito præsidio oppidum Temenos
Fol. 279 verso. vocavit, omnique in mitiorem habitum

A εἰς φυγὴν τρέπονται, χωροῦντες διὰ τῶν στενωπῶν· Ῥωμαῖοι δὲ ἐφεπόμενοι τούτους ἀνῄρουν ἀνηλεῶς. Οἱ δὲ περιλειφθέντες καὶ ὅσους οὐκ ἔφθη ἐκθερίζειν ὁ πόλεμος, τὰ ὅπλα ῥίψαντες εἰς ἱκετείαν ἐτράποντο. Ὅπερ ὁ στρατηγὸς θεασάμενος, τὸν ἵππον κεντρίσας καὶ τὸν δρόμον ἐπιταχύνας, εἰσήλαυνέ τε καὶ τῶν στρατιωτῶν τὴν ὁρμὴν ἀνετείχιζε, μὴ κτείνειν ἀναπείθων τοὺς τὰ ὅπλα ῥίψαντας ἄνδρας, μηδὲ κατὰ ψιλῶν καὶ ἀόπλων ὠμῶς καὶ ἀπανθρώπως χωρεῖν, ἀπανθρωπίας λέγων εἶναι, τὸ ὑπείξαν καὶ γεγονὸς ὑποχείριον διαφθείρειν ἤδη καὶ ἀποκτιννύειν ὡσπερεὶ πολέμιον. Τούτοις τοῖς λόγοις B μόλις ἐπέσχεν ὁ στρατηγὸς τῆς στρατιᾶς τὴν μιαιφόνον ὁρμήν.

η΄. Ἐπεὶ δὲ κατὰ κράτος ἥλω ἡ πόλις, τὰ ἀκροθίνια ὑφελὼν ὁ στρατηγὸς, καὶ τὸ ἀκμαῖον τῶν αἰχμαλώτων ἀνδραποδισάμενος, διειληφώς τε ταῦτα καὶ εἰς ὃν ἔμελλε κατάγειν θρίαμβον διατηρήσας ὡς μάλιστα, τὰ λοιπὰ τοῖς στρατιώταις προνομεύειν προτέθεικεν. Οἱ δὲ διὰ τῶν δωμάτων χωροῦντες πολλὰς καὶ πολυτελεῖς ἐκαρποῦντο τὰς ὠφελείας. Πλεῖστον γὰρ καὶ ἀνεξάντλητον τὸν[a] Κρητῶν λέγεται πόλιν ἔνδον τὸν ὄλβον περικατέχειν, ἐπὶ συχνὸν οὐχ ἥκιστα C εὐημερήσασαν, εὐμενοῦς τε καὶ μειλιχίου πειραθεῖσαν τῆς τύχης, καὶ μηδέν τι τῶν ἀπευκταίων καθυπομείνασαν, ἃ ἡ παλίντροπος τῶν χρόνων φορὰ ὡσανεί τινας κῆρας ἐπικυλίνδειν εἴωθε· μάλιστα δὲ πειρατικαῖς καὶ λῃστρικαῖς κεχρημένην ἐκπλεύσεσι, τῶν γαιῶν ἀμφοτέρων λῄζεσθαι τὰ παράκτια, κἀκ τῶν τοιούτων ἐπιτηδευμάτων ἀποθησαυρίσαι πλοῦτον ἀμύθητον. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν τὸν τρόπον ἥλω τὸ[b] ἄστυ καὶ πρὸς τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐλήφθη χειρῶν. Ἐπεὶ δὲ τὰ ἔνδον ἐκκεκόμιστο ἅπαντα, τὸν περίβολον ὁ Νικηφόρος κατασκάπτειν διακελεύεται· τοῦ δὲ πολλαχῆ καθερειπωθέντος, ἐπὶ τὴν χώραν αὖθις ἀπῆγε τὴν δύναμιν. Ἀνδραποδισάμενός τε ταύτην καὶ λῃσάμενος, καὶ τὸ ἀντίξουν ἅπαν ἀναιμωτὶ παραστησάμενος, ἐπί τινα λόφον ὑψηλὸν D καὶ ἀνάντη, οὐκ ἀπωτάτω τοῦ κατηριπωθέντος ἄστεος ὑπερκείμενον, ἵεται, καὶ παμπληθεὶ τειχίον οἰκοδομεῖν ἐγκελεύεται. Ἀνεπισφαλὴς γὰρ ὁ χῶρος ἐδόκει, καὶ πρὸς ἔρυμα καρτερὸς, κρημνοῖς τε[c] διερρωγὼς καὶ φάραγξιν ἀποτόμοις ἑκατέρωθεν, κἀκ τῆς κορυφῆς ἀεννάους ἀναδιδοὺς πίδακας, καὶ τοῖς ὕδασι τούτων καταρρεόμενος. Τοῦ δὲ ἐρύματος ἀσφαλέστατά τε καὶ στερεώτατα ἐξεργασθέντος, στρατιὰν ἀξιόχρεων τῷ χώρῳ ἐγκατοικίσας, Τέμενος τὸ ἄστυ ὀνόμασε,

ὀνόμασι, καὶ τὴν νῆσον ἐξημερώσας ἅπασαν, A Ἀρμενίων τε καὶ Ῥωμαίων καὶ συγκλύδων ἀνδρῶν φατρίας ἐνοικισάμενος, καὶ πυρφόρους τριήρεις ἐς φυλακὴν ταύτης καταλιπὼν, αὐτὸς τὴν λείαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀνειληφὼς, ἀνέπλει πρὸς τὸ Βυζάντιον. Μεγαλοπρεπῶς τε παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμανοῦ ὑποδεχθεὶς, θρίαμβον ἐπὶ τοῦ θεάτρου κατήνεγκε, παντὸς συναθροισθέντος τοῦ δήμου, καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ κάλλος τῆς λείας θαυμάζοντος. Ἑωρᾶτο γὰρ χρυσὸς καὶ ἄργυρος παμπληθὴς, καὶ νόμισμα βαρβαρικὸν ἀπέφθου χρυσοῦ, πέπλοι τε χρυσόπαστοι, καὶ τάπητες ἁλουργοὶ, καὶ παντοδαπὰ κειμήλια, εἰς ἄκρον τέχνης ἐξειργασμένα, χρυσῷ B καὶ λίθοις μαρμαίροντα· πανοπλίαι τε, καὶ κράνη, καὶ ξίφη, καὶ θώρακες ἀληλιμμένα χρυσῷ, ἔγχη τε καὶ ἀσπίδες καὶ τόξα παλίντονα ἀριθμὸν ὑπερβαίνοντα (εἶπεν ἄν τις ἐκεῖσε παρατυχὼν, τὸν τῆς βαρβάρου γῆς τὸν ἅπαντα πλοῦτον συγκομισθῆναι τότε κατὰ τὸ θέατρον), τοσαῦτα τὸ πλῆθος ἐτύγχανον, ὡς μιμεῖσθαί τινα ποταμὸν ἀφθόνως εἰσρέοντα. Τούτοις εἵποντο καὶ οἱ ἀνδραποδισθέντες βάρβαροι, εἰς πολυάριθμον πληθὺν συναγόμενοι.

θ'. Θριαμβεύσαντι δὲ τῷ Νικηφόρῳ καὶ παρὰ τοῦ δήμου θαυμασθέντι[b] πάντος, ὁ αὐτοκράτωρ C Ῥωμανὸς δωρεὰς τε φιλοτίμους δωρεῖται, καὶ τὴν τῆς Ἀσίας αὐτῷ ἐγχειρίζει ἀρχήν. Ὁ δὲ, τὴν τοῦ Δομεστίκου τιμὴν καὶ αὖθις ὑποζωσάμενος, τὸν βόσπορόν τε περαιωθεὶς, καὶ τὰς δυνάμεις ἀγηοχὼς[c], καὶ εἰς φάλαγγα δυσάντητον καὶ δυσεκβίαστον παραταξάμενος, ᾔει διὰ τῆς τῶν Ἀγαρηνῶν γῆς. Οἷς τὴν ἔφοδον ἐνωτισθεῖσι τοῦ Νικηφόρου, οὐκ ἀνεκτὸν ἐδόκει κατὰ χώραν τε μένειν, καὶ λόχους καθίζειν, ἐξ ἀντιστάσεώς τε διαμάχεσθαι· ἐκτρέχειν τε[d] πρὸς τὰ φρούρια, καὶ τὰς ἐπιδρομὰς ἐκ τῶν ἐρυμάτων ἀποτροπιάζεσθαι, ἀκροβολιζομένους κατὰ τὸ ἐγχωροῦν. Δεινῶς γὰρ ἐδεδοίκεισαν κατὰ συστάδην διαγωνίζεσθαι πρὸς ἄνδρα καρτερικὸν καὶ ἰσχυρογνώμονα. Ὁ δὲ σκηπτοῦ δίκην τὴν περίχωρον D ἐπεβόσκετο, δηούμενος[f] μὲν τὰς ἀρούρας, πολυανθρώπους δὲ κώμας ἀνδραποδιζόμενος. Ἐπεὶ δὲ τὰ ἐν ποσὶ πυρὸς καὶ μαχαίρας ἔργον πεποίητο, τοῖς φρουρίοις προσβάλλει, ὧν αὐτοβοεὶ τὰ πλεῖστα ἑάλω. Ὅσα δὲ τούτων ἐρυμνὰ τοῖς τείχεσι καὶ τῷ πλήθει τῶν ἔνδον ἐτύγχανον, τούτοις ἀντεπῆγε τὰς μηχανὰς, καὶ ἀκήρυκτον ἐπέφερε πόλεμον, ἐνθύμως τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀγωνίζεσθαι προτρεπόμενος. Εὐεἰκτως δὲ τοῖς κελεύσμασιν ἐκείνου πᾶς τις ἐπείθετο. Ἦν γὰρ ὁ λόγοις μόνον ἐπαγωγός τε καὶ πιθανὸς πρὸς

A mutata insula, contuberniis Armeniorum, Romanorum, convenarum hominum eo in coloniam deductis, triremibusque igniariis ad ejus custodiam relictis, ipse assumta præda ac captivis Byzantium enavigat. Ubi magnifice a Romano Augusto acceptus, triumphum in theatrum invexit, congregato omni populo, copiamque ac pulchritudinem spoliorum admirante. Cernebatur immensa auri vis ac argenti, numi barbarici ex auro probatissimo, vestes auro contextæ, purpurei tapetes, atque omnis generis pretiosa supellex, subtilissima arte elaborata, auro[a] atque lapillis micantia: arma, galeæ, enses, thoraces auro illita, hastæ, scuta, arcus reflexi numerum superantes (dixisset qui tunc præsens fuisset, barbaricas opes omnes in theatrum fuisse comportatas) tanta copia aderant, ut fluminis affatim irruentis speciem referrent. Sequebantur post hæc barbari captivi, multitudine plurima collecti.

Nicephori Phocæ triumphus Creticus.

[a] Hic Combefisius addidit III. 875. A. et margarit.

IX. Nicephoro, postquam triumphum ad totius populi admirationem C egerat, Romanus Imperator dona magnifica dedit, Asiæque procurationem tribuit. Ille, Domestici dignitate rursus auctus, copias quas in phalangem invictam et inexsuperabilem constituerat, in fines Agarenorum duxit. Hi, audito Nicephori adventu, committendum non putaverunt, eo in loco uti insidias ponerent, acieque instructa dimicarent: statuunt in castella concurrere, locisque munitis incursiones propulsare, parvulis præliis quoad fieri possit institutis[e]. Magnopere enim reformidabant acie decertare cum viro forti ac pertinace. Ille vero, instar D fulminis, omnem circum regionem depopulabatur, agros vastans, vicos hominum multitudine longe frequentes in potestatem redigens. Ubi autem quæ erant obvia cuncta igni ferroque vexasset, castellis copias admovit, quorum pleraque primo statim assultu cepit. Quod si qua vel muris vel multitudine præsidiariorum munita erant, iis, machinis actis, bellum implacabile inferebat, ad acriter pugnandum suos cohortans. Promte autem ejus imperiis unusquisque obtemperabat. Neque enim verbis solis erat impulsor ac suasor

[b] Cod. male, θαυμασθέντος.

[c] f. ἀπονητοχῶς.

[d] f. δὲ.

[e] Hæc sequentia usque ad finem libri (præter tamen caput X, quod pæne totum quæ traduxi) a Combefisio versa apud Pagium IV, p. 6. sunt servata.

[f] Cod. δ' οὖ.

5

Sexaginta de Saracenis castella capta.

Fol. 280 vers.

fortitudinis, verum etiam re ipsa, semper ante aciem mirandum in modum prælians, adventansque periculum cum excipiens tum fortiter repellens. Captis igitur eversisque brevi tempore Saracenorum supra sexaginta castellis, præda quamplurima evecta, et victoriam clarissimam, qualem alias nemo, consecutus, revocatos inde milites ad suas quemque sedes remisit, cum immensam divitiarum vim congessissent: ipse ad Imperatorem contendit, laborum præmia accepturus.

Romani Imperatoris mors.

X. Jam vero cum dux in medio itinere esset, fama quædam pervasit, Romanum Imperatorem humania excessisse. Quo ille inexspectato rumore perterritus iter inhibuit, eodemque in loco substitit. At Imperator Romanus hunc in modum e vita excessisse dicitur. A principio imperii cum bonum ac moderatum sese et beneficum in subditos præbuisset, postea surrepentes nonnulli captantesque hominem, improbi illi quidem, ventri et iis quæ sub ventre sunt inservientes, bonam adolescentis indolem depravaverunt: quod ad luxum eum immoderatamque voluptatem revocarent, ad mirasque libidines excitarent voluntatem. Proinde tempore jejuniorum, quæ ad purgandos rapiendosque sublime animos viri divino spiritu pleni instituerunt, Romanum nactæ illæ pestes cervos venatum eunt, per montes impeditos equos agitantes. Inde reversi Imperatorem graviter laborantem jamque animam agentem secum referunt. Sunt qui affirment, ex equitatione intempestiva convulsiones ei circum vitalia accidisse. Plerorumque suspicio est, venenum ei esse de gynæcio datum. Sed, sive sic est, sive illo modo, Romanus ætate florens interiit, postquam principatum obtinuerat annos tres menses quinque. Quo vita functo, filii ejus Basilius et Constantinus, infantes admodum et inter nutrices versantes, una cum matre Theophano imperium a Polyeucto patriarcha atque Patribus conscriptis traditum accipiunt. Hæc Theophano, obscuro loco nata, pulchritudine vero corporisque elegantia inter mulieres suæ tempestatis omnes præstans, Romano Imperatori collocata fuerat. Nicephorus vero (rursus enim ad seriem narrationis redeo), mutatione principatus audita, in omnem partem

A τὸ εὔψυχον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς, ἐκτόπως ἀεὶ ἀγωνιζόμενος πρὸ τῆς φάλαγγος, καὶ κίνδυνον τὸν ἐπιόντα ὑποδεχόμενος, καὶ κρατικῶς ἐκκρουόμενος. Ἠρεικὼς δ' οὖν καὶ καταβαλὼν ἐν εὐαριθμήτῳ καιρῷ τῶν Ἀγαρηνῶν ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα φρούρια, καὶ λείαν ὅτι πλείστην συνεκφορήσας, καὶ νίκην ἐπιφανεστάτην καὶ οἵαν οὐκ ἄλλος ἀναδησάμενος, ἐκεῖθεν τὴν δύναμιν ἀνελάμβανε, καὶ κατὰ τὰ σφῶν ἔστελλεν ἤθη, ἀμύθητον τὸν πλοῦτον ἀθροίσασαν[a]· αὐτὸς δὲ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ᾔει[b], τῶν πόνων τὰ γέρα ληψόμενος.

B ι. Ἄρτι δὲ μεσοῦντι τὴν ὁδοιπορείαν τῷ στρατηγῷ φήμη τις ὑπηντίαζε, τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν τοῦ ἄνακτος Ῥωμανοῦ διαγγέλλουσα. Ὁ δὲ, τῷ ἀπροσδοκήτῳ τῆς φήμης ἐκπλαγεὶς, ἐπέσχε τι τὴν διαπορείαν, καὶ κατὰ χώραν ὑπέμενε[c]. Λέγεται δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἐκπλῆσαι τὸν βίον τὸν αὐτοκράτορα Ῥωμανόν. Ἐπειδὴ παρειληφὼς τὴν ἀρχὴν ἐπιεικῆ τε καὶ μέτριον αὐτὸν καὶ εὐεργετικὸν τῷ ὑπηκόῳ παρείχετο, ὑποδύντες τινὲς καὶ μετελθόντες τὸν ἄνθρωπον, μοχθηροί τε καὶ δοῦλοι γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα, διαφθείρουσι τὸν καλοκἀγαθον τρόπον τοῦ νέου, τρυφὴν ὑποτιθέντες καὶ ἀκόλαστον ἡδονὴν, διεγείροντές τε πρὸς ἀλλοκότους ἐπιθυμίας τούτου τὴν
C ὄρεξιν. Ἐντεῦθεν περὶ τὸν καιρὸν τῶν νηστειῶν, ἃς πρὸς κάθαρσιν ψυχῶν καὶ πορείαν τῶν κρειττόνων ἐξεῦρον ἄνδρες θεοφορούμενοι, παρειληφότες τὸν Ῥωμανὸν οἱ λοιμοὶ, ἐπὶ θηρείαν[d] ἐλάφων ἵενται, ἐν δυσβάτοις ἐλαύνοντες ὄρεσιν. Ἐκεῖθέν τε ἀναζεύξαντες τὸν αὐτοκράτορα συγκομίζουσι περικαμπτέοντα καὶ τὰ ἐπιθανάτια πνέοντα. Καί τινες μὲν ἐκ τῆς ἀκαίρου φασὶν ἱππασίας σπασμὸν ἐγγενέσθαι τούτῳ περὶ τὰ καίρια. Ὡς δὲ ἡ τῶν πλειόνων ὑπόνοια ἔχει, κώνειον αὐτὸν πεπωκέναι πρὸς τῆς γυναικωνίτιδος. Εἴτε δὲ ἐκείνως, εἴτε καὶ οὕτως, ἀμείβει τὸν βίον ὁ Ῥωμανὸς τὴν τῆς ἡλικίας
D ἐλαύνων ἀκμὴν, τρεῖς ἐνιαυτοὺς πρὸς πέντε μησὶ τὴν αὐτοκράτορα διιθύνας ἀρχήν. Τούτου δὲ ἐξ ἀνθρώπων γεγονότος, τὴν τῆς βασιλείας ἀρχὴν παρά τε τοῦ πατριαρχοῦντος Πολυεύκτου καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς οἱ ἐκείνου παῖδες Βασίλειος καὶ Κωνσταντῖνος, νήπιοι κομιδῇ τελοῦντες καὶ τιθηνούμενοι, μετὰ Θεοφανοῦς τῆς μητρὸς ἐγχειρίζονται· ἥτις ἐξ ἀσήμου μὲν γένους φῦσα, κάλλει δὲ καὶ σώματος ὥρᾳ πασῶν τῶν τότε γυναικῶν ὑπερφέρουσα, Ῥωμανῷ συνηρμόσθη τῷ αὐτοκράτορι. Ὁ δὲ Νικηφόρος (αὖθις γὰρ πρὸς τὸν εἱρμὸν ἐπάνειμι τῆς διηγήσεως) τὴν μεταβολὴν τῆς μεγίστης

[a] Codex, ἀθροίσαντα.
[b] Codex, ᾔει, et paulo post, ληψόμενος.
[c] f. ὑπέμενε.
[d] Sic Codex

ἀρχῆς διανισταθεὶς, περιδεής τις ἦν, ἄλλοτε ὑπ' ἄλλων λογισμῶν διαπειραττόμενος. Τὸ γὰρ ἄπιστον τῶν πραγμάτων καὶ τὸ παλίντροπον τῆς τύχης καὶ ἄστατον οὐκ εἴα τὸν ἄνθρωπον ἀτρεμεῖν, ὑποιδόμενον μάλιστα τὴν τοῦ Ἰωσὴφ δυναστείαν, ὅς γε ἐκτομίας ὢν καὶ μάλιστα παρὰ τὴν βασιλείαν ἐξίαν δυνάμενος (τῷ τοῦ παρακοιμωμένου γὰρ ἀξιώματι ἐσεμνύνετο), δυσμενῶς τῷ Νικηφόρῳ διέκειτο.

ια. Ἔγνω γοῦν αὐτίκα νεωτερίζειν· ἀλλὰ δύναμιν ἐκ τοῦ παρατυχόντος ἀποχρῶσαν οὐκ ἐπαγόμενος (τὰ γὰρ στρατεύματα πρὸς τὰς σφῶν ἐνεδεικνυμένας αὐτοῦ προστεταχότος ἀπήεσαν), ἐδεδίει τὸν τοσοῦτον ἀγῶνα τέως ἐπαποδύσασθαι. Ἔδοξεν οὖν ὑπερθέσθαι τὸν νεωτερισμόν· εἰσελάσαντι δὲ εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ κατάγοντι τὸν θρίαμβον, εἴγε τὴν στρατιὰν οἱ κρατοῦντες αὐτῷ ἐγχειρίσοιεν (ᾔδει γὰρ αὐτοῦ περιόντος μὴ ἂν ἄλλον καρτερῆσαι πρὸς τὴν τῶν βαρβάρων ἀντίστασιν παρατάττεσθαι)· ἀναλαβεῖν τε τὰς δυνάμεις, καὶ λελογισμένως καὶ ἀνεπισφαλῶς ὑπὲρ τῶν ὅλων διαγωνίσασθαι. Οὕτω δὴ γνωματεύσας καὶ βουλευσάμενος πρὸς τὸ Βυζάντιον ἵεται· ἀσμενέστατά τε ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ τῆς συγκλήτου δεχθεὶς, καὶ ὅσην ἐπήγετο λείαν θριαμβεύσας, καὶ τῷ δημοσίῳ ταμείῳ τὸν βαρβαρικὸν πλοῦτον καταθέμενος, ἐφ' ἑστίας ἡσύχαζεν. Ὁ δὲ Ἰωσὴφ (ἐδεδίει γὰρ τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον τοῦ Νικηφόρου διατριβὴν, μή τι κατὰ τῶν κρατούντων νεωτερίσῃ, μάλιστα τοῦ στρατιωτικοῦ ἐκτόπως αὐτὸν στέργοντος καὶ τοῦ δήμου θαυμάζοντος, διά τε τὰ τρόπαια καὶ τὰ κατὰ πολέμους ἀνδραγαθήματα) ἐπὶ τὸ ἀνάκτορον τοῦτον ἐκαλεῖτο, εἴ πως αὐτὸν ψιλὸν τῆς δυνάμεως ἀπειληφὼς τῶν τε ὄψεων στερήσῃ καὶ ὑπερορίᾳ παραπέμψῃ. Ἀλλὰ τὸ κακοῦργον καὶ περιπόνηρον τοῦ Ἰωσὴφ ὁ στρατηγὸς συνιεὶς (δραστήριος γὰρ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἦν, καὶ κατασχάσασθαι κακοτροπίαν ἀνδρὸς προχειρότατος), ἐς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν φοιτᾷ, καὶ τῷ ἱεραρχοῦντι Πολυεύκτῳ εἰς λόγους ἐλθὼν, ἀνδρὶ τήν τε θείαν καὶ ἀνθρωπίνην φιλοσοφίαν εἰς ἄκρον ἐκμελετήσαντι, καὶ βίον αἱρετισαμένῳ ἐκ νεότητος μοναδικόν τε καὶ ἄσκευον, καὶ παῤῥησίαν ὑπὲρ ἄνθρωπον κεκτημένῳ, ἣν οὐχ ἡ φύσις ἐνεποίει αὐτῷ μόνον, τομίᾳ γε ὄντι καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἐλάσαντι, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀκτησία, καὶ τὸ ἀνεπίληπτον, καὶ τὸ λιτὸν τοῦ βίου καὶ ἀπέριττον· τούτῳ δὴ τῷ Πολυεύκτῳ, ἐπεὶ εἰς λόγους ἦλθεν ὁ Νικηφόρος, Καλῶς γε, ἔφη, παρὰ τοῦ τῶν βασιλείων κατάρχοντος τῶν τοσούτων ἀγώνων

A anxius variis cogitationibus varie perturbabatur. Rerum enim infida lubricitas, fortunæque vicissitudo et instabilitas tranquillo in statu virum agere non sinebat, quod maxime Josephi potentiam suspectam haberet. Is cum spado esset, atque in aula imperatoria plurimum posset (quippe cubicularii dignitate glorians), eximio erat in Nicephorum odio.

Fol. 280 verso.

XI. Statuerat igitur evestigio res novas moliri: sed cum minores copias, quam par esset, in promtu haberet B (legiones enim in suam quæque patriam ipsius jussu discesserant), tantum tunc certamen suscipere verebatur. Proinde præstare ei visum est differre motum, et redux Constantinopolim, ubi triumphum duxisset, si Imperatores ipsius fidei exercitum commisissent (noverat enim, se superstite alium neminem fore, qui auderet adversus barbarorum impetum se opponere), uti tum copias resumeret, tutoque consilio de summa rerum[a] decertaret. Hoc igitur consilio secum animo constituto ac deliberato, Constantinopolim venit: ubi studiosissime a senatu populoque receptus, C præda, quantam adduxerat, triumpho traducta, divitiisque barbaricis in ærarium depositis, domo se tenebat. Josephus (metuebat enim Nicephori in urbe commorationem, ne quid novarum rerum adversus principes moliretur, præsertim cum et militares ordines insigniter eum diligerent, et populus admiraretur, ob tropæa et res optime bello gestas) in palatium eum vocavit, si forte eum nudum a protectoribus nactus, oculis privatum in exilium pelleret. Dux, intellecto Josephi crudeli dolosoque consilio (ut erat mirifice industrius, et promtissimus ad perspiciendam homi- D nis malam mentem), in magnam ecclesiam se conjicit, et, collato sermone cum Polyeucto sacris præfecto, viro qui divinam atque humanam philosophiam summopere meditatus, electo sibi a pueritia monastico atque expedito vitæ genere, plus quam humana erat fiducia præditus: quam non natura solum illi attulerat, spaduni nimirum et longe ætate provecto, sed etiam abdicatio bonorum, et inculpata, simplex, deliciis carens vitæ ratio: cum hoc, inquam, Polyeucto collato sermone, Nicephorus, *Egregias sane*, ait,

[a] *Combefisius IV 3. vertit*, aliorum causa decertaret: *nam in Codice manuscripto est* ὅλων, *non* ἄλλων.

Josephus cubiculi præfectus insidias struit Nicephoro.

tot tantorumque certaminum atque laborum vices percipio ab eo qui aulæ præest. Is eum, quem nil latet, magnum oculum se
Fol. 381 recto,
latere posse arbitratus, mihi, qui Deo propitio Romani imperii fines propagaverim, machinandæ mortis nullum finem fecit; tametsi nihil hactenus in rem publicam deliqui: contuli autem in eam tanta, quanta nemo hujus temporis hominum; tantam Saracenorum regionem igni ferroque populatus sum, tam multa oppida a fundamentis dirui. Ego arbitrabar, ordinis senatorii hominem placidum et modestum esse debere, neque ullas vanas insidias incassum meditari.

A καὶ πόνων καρποῦμαι τὰς ἀμοιβάς· ὅς γε τὸν ἀλάθητον καὶ μέγαν ὀφθαλμὸν λήσειν οἰόμενος, τὰ Ῥωμαϊκά μοι πλατύνοντι ὅρια ταῖς τοῦ κρείττονος εὐοδώσεσιν, οὐκ ἀπάρκησε σκαιωρήσασθαι θάνατον, μηδέπω μηδὲν εἰς τὸ κοινὸν πλημμελήσαντι, συνεισενεγκόντι δὲ μᾶλλον ὅσα μή τις τῶν νῦν τελούντων ἀνθρώπων, καὶ τοσαύτην μὲν χώραν τῶν Ἀγαρηνῶν πυρὶ καὶ μαχαίρᾳ δῃωσαμένῳ, τηλικαύτας δὲ πόλεις ἐκ βάθρων κατηριπώσαντι. Ἐγὼ δὲ ἠξίουν, τὸν συγκλητικὸν ἄνδρα ἐπιεικῆ τε εἶναι καὶ μέτριον, καὶ μή τινα δυσμεναίνειν, καὶ ταῦτα μάτην, ἀπέραντα.

B

XII. His patriarcha ex Nicephoro auditis, animique ardore succensus, in palatium venit, una comitem adducens Nicephorum: convocatoque senatu,
Polyeucti patriarchæ in aula oratio.
Haud æquum, inquit, *eos qui pro salute Romanorum, nulla sui ratione habita, labores ac pericula sustinuerunt, quique erga suos cives viros sese probos ac modestos exhibent, probro et ignominia afficere, sed honore potius habere ac coronare. Ergo, si mihi creditis, quæ meliora sunt suasuro, meam sententiam statim dicam. Oportet ut nos, qui Romani sumus et divinis legibus regimur, tenellos Romani Imperatoris liberos, quandoquidem nostro universique populi suffragio Imperatores renunciati sunt, in honore avito conservemus, eundemque eis cultum, quem majoribus eorum, tribuamus. Quoniam vero barbaræ gentes Romanam ditionem diripere non cessant, auctor vobis sum, ut virum hunc* (ostenso Nicephoro), *ut solertis ingenii est, rei militaris apprime gnarus ac bello fortis, quandoquidem victorias quamplurimas retulit, quod et agnoscitis vos ipsi, eumque præ cæteris ut Deum veneramini, jurejurando obstricta fide, nihil inconsulti adversus principes ac senatum moliturum, ducem summo cum imperio renunciemus, eique tradamus copias Asiaticas, quibus barbarorum impetum coërceat ac repellat. Hanc enim ei dignitatem Romanus quoque Imperator et vivus tribuit, et moriens testamento cavit, ne vir optime animatus ejusmodi imperio moveretur.* Patriarcham in hæc verba sententiam ferentem cum senatus comprobavit: tum vero etiam ipse Josephus cubiculi præfectus assensus est, non sponte ille quidem, sed studio senati coactus. Ita horribilibus juramentis obstricto Nicephoro, ne infantibus pueris Augustis superstitibus aliquid mali adversus majestatem

ιβʹ. Τούτων τῶν ῥημάτων ὁ πατριάρχης ἐνωτισθεὶς, καὶ τὴν προθυμίαν ἀναφλεχθεὶς, εἰς τὰ βασίλεια εἰσελαύνει, τὸν Νικηφόρον ἔχων συνεφεπόμενον· καὶ τὴν σύγκλητον εἰσκαλέσας, Οὐ δίκαιον, ἔφη, τοὺς ὑπὲρ τῆς Ῥωμαϊκῆς εὐετηρίας ἑαυτῶν ἀφειδήσαντας, καὶ πόνους καὶ κινδύνους καθυπομείναντας, εὐγνώμονάς τε καὶ μετρίους ἑαυτοὺς παρεχομένους πρὸς τὸ ὁμόφυλον, προπηλακίζειν καὶ ἀτιμοῦν, κυδαίνειν δὲ μᾶλλον καὶ ταινιοῦν. Εἰ οὖν πείθεσθέ μοι τὰ λῷονα συμβουλεύσοντι, τὴν ἐμὴν αὐτίκα γνώμην ἐρῶ. Δεῖ Ῥωμαίους ὄντας ἡμᾶς, καὶ
C θείοις ῥυθμιζομένους προστάγμασι, τὰ νεογνὰ τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμανοῦ τέκνα, ἐπεὶ πρὸς ἡμῶν καὶ τοῦ δήμου παντὸς ἀνερρήθησαν αὐτοκράτορες, εἰς τὴν προγονικὴν τιμὴν συντηρεῖν καὶ σέβας ἀπονέμειν, οἷον καὶ τοῖς προγόνοις αὐτῶν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ βαρβαρικὰ φῦλα ληΐζεσθαι τὴν Ῥωμαϊκὴν οὐκ ἀπέχονται γῆν, συμβουλεύω, τὸν ἄνδρα τουτονὶ (τὸν Νικηφόρον ὑποδεικνὺς), ἀγχίνουν τε ὄντα καὶ ἀγαθὸν τὰ πολέμια, καὶ νίκας ὅτι πλείστας ἐπανῃρημένον, ὃ καὶ αὐτοὶ συνομολογεῖτε, καὶ τοῦτον τῶν ἄλλων ἐκθειάζετε* μάλιστα, ὅρκοις κατασφαλισαμένους μή τι κατὰ τοῦ κράτους
D καὶ τῆς βουλῆς μελετῆσαι ἀβούλητον, ἀνειπεῖν αὐτοκράτορα στρατηγὸν, καὶ τὰς τῆς Ἀσίας δυνάμεις ἐγχειρίσαι αὐτῷ, ὡς ἀμύνοιτο καὶ ἀναχαιτίζοι τῶν ἀλλοφύλων τὴν ἔφοδον. Ταύτην γὰρ αὐτῷ καὶ ὁ αὐτοκράτωρ Ῥωμανὸς, ἔτι βιοὺς, ἐνεχείρισε τὴν τιμὴν, καὶ τελευτῶν ἐν ταῖς διαθήκαις ὡρίσατο, μὴ μετακινεῖν τῆς τοιαύτης στρατηγίας εὐγνωμονοῦντα τὸν ἄνθρωπον. Ταύτην ἀνειπόντος τοῦ πατριάρχου τὴν γνώμην, ἐπιψηφίζει τε ἡ βουλὴ, συνῄνει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ παρακοιμώμενος Ἰωσὴφ, οὐχ ἑκὼν, τῇ δὲ ῥοπῇ τῆς συγκλήτου ἐκβιαζόμενος. Καὶ δὴ ὅρκοις φρικωδεστάτοις τὸν Νικηφόρον ἐμπεδωσάμενοι,

μὴ

* Codex. ἐκθειάζεται.

μή ποτε περιόντων τῶν νεογνῶν παίδων καὶ βασιλέων ἀπαίσιόν τι κατὰ τοῦ σφῶν κράτους βουλεύσασθαι· ἐπομοσάμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ, μηδένα τῶν ἐν τέλει ἀπευδοκίας τῆς ἐκείνου γνώμης μεθακινεῖν, ἢ πρὸς μείζονα ἐπαναβιβάζειν ἀρχὴν, μετὰ δὲ καὶ τῆς αὐτοῦ διασκέψεως κοινῇ γνώμῃ διευθύνειν τὰ τοῦ κοινοῦ, αὐτοκράτορα στρατηγὸν τῆς Ἀσίας τοῦτον ἀνακηρύξαντες τόν τε σύλλογον διαλύουσι, καὶ, τῶν βασιλείων ἀπάραντες, ἐφ' ἑστίας ἀπῄεσαν ἕκαστοι.

A eorum moliretur: cum ipsi adjurassent, neminem se primariorum hominum Nicephoro invito vel moturos loco, vel ad majorem dignitatem provecturos, verum ejus coosilio de communi sententia administraturos rempublicam; hunc ubi ducem Asiæ summo cum imperio pronunciaverant, consilium dimiserunt, ac, palatio egressi, ad suam quisque domum se receperunt. Fol. 281 verso.

ΛΈΟΝΤΟΣ ΤΟΥ͂ ΔΙΑΚΌΝΟΥ

ἹΣΤΟΡΊΑΣ Γʹ.

LEONIS DIACONI HISTORIÆ

LIBER III.

a Hæc partim sunt e Combefisii versione. Pag. IV. 6.

I. a MEDIO jam vere, cum lucifer ad arcticum polum paulatim cursum flecteret, ac versus taurum currum agitaret, Constantinopoli profectus Nicephorus ad oppositum Asiæ tractum sese confert: cumque in Cappadociam venisset (Troglodytæ ea gens antehac appellabatur, quod in troglas, latibula ac flexus saxorum, quasi in specus quosdam et recessus, se subducebant), collocato ibi tabernaculo, dimissis quoquoversus litteris, omnes copias excitatas ad se convocat. Exercitus dum cogebatur, interea quos secum habebat bellicis institutis erudiebat, exacuebat animos, confirmabat exercitatione quotidiana, armatam rotationem edocebat, tubis crebro canere jubens, tympana pulsari, cymbala percuti, in equos insilire, arcubus scopum petere, jaculis collineare: denique eorum, quæ ad belli artem inventa sunt, nihil omnino negligebat.

b Vide infra 62. A.

Nicephori bellum contra Tarsenses.

Dux dum sic copias exercebat, adventumque reliqui exercitus exspectabat (instituerat enim adversus Chambdanum et Tarsenses potissimum educere), Josephus cubicularius cum solertem animum Nicephori consultumque reputans, tum præterea viri fortitudinem et virtutem, veritus ne collecto circa eum exercitu novarum rerum aliquid adversus se moliretur, palpitante corde suam ipse vituperabat præcipitantiam, quod cum virum bellatorem quasi captum intra casses inclusum teneret, haud oppressisset, sed imprudenti consilio tantis eum muniisset copiis. Totus igitur cogitabundus, spreta requie, vitam minime vitalem ducebat. Consideranti autem, multasque rationes

A αʹ. Ἤδη δὲ τοῦ ἦρος μεσοῦντος, καὶ τοῦ φωσφόρου πρὸς τὸν ἀρκτικὸν πόλον ἠρέμα ὑπανακάμπτοντος, καὶ περὶ τὸν ταῦρον τὴν διφρείαν ἐλαύνοντος, τοῦ Βυζαντίου ἀπάρας ὁ Νικηφόρος ἐπὶ τὴν καταντιπέραν τῆς Ἀσίας χώραν καταίρει· καὶ πρὸς τὴν Καππαδοκῶν ἀφικόμενος (Τρωγλοδύται τὸ ἔθνος τὸ πρόσθεν κατωνομάζετο, τῷ ἐν τρώγλαις καὶ χηραμοῖς καὶ λαβυρίνθοις, ὥσπερ τισὶ φωλεοῖς καὶ ὑπωγαῖς, ὑποδύεσθαι), καὶ τὴν σκηνὴν ἐκεῖσε πηξάμενος, πανταχόσε διαγράμματα ἔστελλε, τὴν στρατιὰν πανσυδὶ ὡς αὐτὸν συνεγείρων καὶ ἐκκαλούμενος. Ἐν ᾧ δὲ συνήρχετο τὰ στρατεύματα, B τοὺς ἀμφ' ἑαυτὸν ἐξήσκει τὰ πολέμια, καὶ τὸν θυμὸν ἔθηγε, καὶ ἐπεῤῥώννυε ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις, καὶ τὴν ἐνόπλιον ἐξεπαίδευε περιδίνησιν, θαμὰ ταῖς σάλπιγξιν ἐγκελευόμενος ἐπηχεῖν, καὶ τὰ τύμπανα πατάγειν, καὶ ἀλαλάζειν τὰ κύμβαλα[b], ἐφ' ἵππων τε ὑπεράλλεσθαι, καὶ τόξοις βάλλειν κατὰ σκοπὸν, καὶ ἀκοντίζειν εὐστόχως· καὶ οὐδὲν ὅ, τι παρεῖτο τούτῳ τῶν πρὸς τὸ πολεμεῖν ἐξευρημένων. Ἐν ᾧ δὲ ὁ στρατηγὸς ἐξεπαίδευε τὸν στρατὸν, καὶ τὴν ἄφιξιν τῆς λοιπῆς στρατιᾶς ἐξεδέχετο (διεδογμένον γὰρ ἦν αὐτῷ, κατὰ τοῦ Χαμβδᾶν καὶ τῶν Ταρσέων ἐκστρατεύειν ὡς μάλιστα), ὁ παρακοιμώμενος Ἰωσὴφ, C τὸ τοῦ Νικηφόρου μεμεριμνημένον καὶ λελογισμένον ἐννοῶν, καὶ πρὸς ἔτι τὸ ἀνδρικὸν αὐτοῦ καὶ γενναῖον παράστημα, ὑπειδόμενός τε, μή πως τῆς στρατιᾶς συναλισθείσης περὶ αὐτὸν νεώτερόν τι σκαιωρήσοιτο, ἐπάλλετό τε τὴν καρδίαν καὶ τῆς ἀβουλίας αὐτὸν κατεμέμφετο, ὅπως ζωγρίαν κατέχων ὡς ἐν δικτύῳ αἱμάτων ἄνδρα οὐ κατειργάσατο, ἀλλ' ἔλαθε τοιαύτῃ πανοπλίᾳ τοῦτον ὀχυρωσάμενος. Συννοίας οὖν ὑπόπλεως γεγονὼς, ἠρεμεῖν οὐκ ἠνείχετο, ἀλλ' ἀβίωτον τὸν βίον ἐτίθετο. Ἀνασκοποῦντι δὲ τούτῳ καὶ πολλοὺς

διαλέγοντι λογισμοὺς, τίνα τὸν τρόπον τῆς τοσαύτης δυναστείας μετακινήσῃ τὸν στρατηγὸν, μία τις εἰσῄει μηχανὴ, δι' ἧς ᾤετο τὴν ἐκείνου ἀρχὴν, ὡσεί τινα πέλεκυν τῷ αὐχένι προσεπικειμένην, ἀποσκευάσασθαι.

β΄. Τὸν Μαριανὸν ὅθεν εἰσκαλέσας, ἄνδρα μὲν τῷ τῶν πατρικίων τετιμημένον[b] ἀξιώματι καὶ τῶν Ἰταλικῶν στρατευμάτων ἤδη κατάρξαντα, εὐεξίτηλον δὲ τὸν ἄλλως καὶ θερμουργὸν, ἐξοίσει τὸ ἀπόρρητον, ἐν παραβύστῳ που κοινολογησάμενος, καὶ, Εἴ μοι, φησὶ, πεισθεὶς τὴν τῆς ἀνατολῆς ἀναδέξῃ ἀρχὴν, αὐτοκράτορά σε θᾶττον ἀποφανῶ, καὶ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν θρόνων ἐπαναβιβάσω. Εὐφήμει, ἔφη πρὸς τὸν λόγον ὁ Μαριανός· πίθηκον διερεθίζων καὶ προσεπιτόμενος καθωπλισμένῳ γίγαντι διαμάχεσθαι, ὃν οὐ μόνον τὰ πρόσοικα φῦλα πέφρικε τῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἀνίσχων τε καὶ δυόμενος ὁ ἥλιος ἐφορᾷ. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ συνεισηνεγκεῖν τινὰ γνώμην ἀμηχανοῦντι καὶ σκυθρωπάζοντι, αὐτίκα ἐρῶ. Τὸν Ἰωάννην, ὃν κικλήσκουσι Τζιμισκῆν, οἶσθα τὸν ἄνδρα φιλότιμόν τε ὄντα καὶ λίαν φιλόνεικον, καὶ ἀγαθὸν τὰ πολέμια· ὃν δεύτερον μετά γε τὸν στρατηγὸν ἡ στρατιωτικὴ φάλαγξ τίθεται καὶ τιμᾷ. Τὴν τῶν στρατευμάτων οὖν, εἰ δοκεῖ, τούτῳ ἐπίστρεψον[c] ἀντίληψιν· καὶ, οἶμαι, παραβολώτατος ὢν ὁ ἀνὴρ καὶ τολμητίας ἐπιεικῶς, ὑποστήσεται τὸ ἐγχείρημα· καὶ ᾗ ἂν ἡγοῖτο, ἕψεται ἡ πληθὺς, καὶ τὸ δοκοῦν σοι περαιωθήσεται. Ἄλλως δὲ μὴ οἴου σὺ κατασείειν πύργον ἀτίνακτόν τε καὶ ἀδιάσειστον. Ταύτην δεξάμενος ὁ Ἰωσὴφ τὴν εἰσήγησιν, τοὺς ἐξ αἵματος Νικηφόρῳ προσήκοντας, καὶ τοὺς ἄλλους[d] ἀνημμένους αὐτῷ τῶν ἀξιωμάτων τε παραλύει, καὶ εἰς ὑπερορίαν ἐκπέμπει· γραμματεῖον δὲ σφραγῖσιν ἐνσημηνάμενος τῷ προρρηθέντι Ἰωάννῃ στέλλει ἐν τοῖς πατρικίοις τελοῦντι καὶ στρατηγοῦντι τῶν ἀνατολικῶν, ἀνδρὶ ῥωμαλέῳ καὶ νεανικῷ, καὶ τὴν ὁρμὴν δυσανάντητον κεκτημένῳ καὶ δυσεκβίαστον. Ἡ δὲ τοῦ γραμματείου ὑφήγησις ταυτὶ διηγόρευε· Τὸ δύσνουν καὶ κακόηθες τοῦ Φωκᾶ ὑπιδόμενος, καὶ τὴν κακοῦργον σκέψιν, ἣν ἐκεῖνος τρέφει καθ' ἑαυτὸν, ἐκκόψαι βουλόμενος, ἔγνων ἀνακαλύψαι τὸ ἀπόρρητον τῇ περιφανείᾳ σου, εἴ πως τὴν ἐκείνου δυσκάθεκτον ὁρμὴν, σοῦ συνεργοῦντος, ἀναχαιτίσωμεν. Βούλεται γὰρ ὅσον οὔπω τυραννήσειν[e], καὶ τὴν τῆς βασιλείας ἀρχὴν σφετερίσασθαι. Ἀλλ' αὐτὸς τὴν ὑπόσπονδον ἐκείνου ἐκκόπτων ὁρμὴν, τὴν τῶν στρατευμάτων πρόνοιαν ἐξαυτῆς ἐκείνου μὲν ἀφαιροῦμαι, τῇ δὲ σῇ ἀνατίθημι ἐνδοξότητι. Μετὰ μικρὸν δὲ σὲ καὶ εἰς αὐτὴν ἀναβιβάσω τὴν τῆς βασιλείας περιωπήν. Σὺ δὲ τὸν ὑπέρμαχον καὶ ἀλαζόνα Φωκᾶν δεσμώτην ἀποφηνάμενος θᾶττον παράπεμψον ὡς ἡμᾶς.

A versanti, quo pacto Domesticum tanto imperio moveret, cujusdam fraudis in mentem venit, qua illius potentiam, quasi securim quandam cervici suæ imminentem, everteret[a].

A bellicaque explosa peritia. Ita et quos circa se habebat ad bellum exercebat diligenter, et opportunum anni tempus præstolans sese continebat. Commode autem ver illuxerat, hiberna asperitate in vernum teporem jam transfusa, cum ex mandato copiæ ad Imperatorem convenerunt. Ita cum optime instructo exercitu, ad numerum plus quadringentorum millium coacto, signo sublato viam Tarsum versus ingressus est.

B

β'. Ἐν ᾧ δὲ τὴν πορείαν διήνυε, τῶν ψιλῶν τις στρατιωτῶν, πρὸς τὴν δυσχωρίαν ὀκλάσας (ἔτυχε γὰρ δι' αὐλῶνος τὴν στρατιὰν βαθυτάτου, εἰς ἀπορρῶγας καὶ σήραγγας κατακλειομένου, διαπορεύεσθαι), τὸν ὃν ἐπὶ τῶν ὤμων ἔφερε θυρεόν, κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπέρριψεν ἀποφορτισάμενος. Ἐπεὶ δὲ παροδεύων ὁ βασιλεὺς τοῦτον τοῖς ὀφθαλμοῖς καθεώρακε, τῶν ἑπομένων τινὶ διάρασθαι τὸν θυρεὸν ἐγκελεύεται· ἄρτι δὲ φθάσας πρὸς τὴν καταγωγήν, ὑπὸ τίνα τῶν λοχαγῶν διηρεύνα τεταγμένος ἂν εἴη ὁ δίχα μάχης καὶ κινδύνων χωρὶς ἀποφανθεὶς ῥίψασπις καὶ τὸ ἴδιον ὅπλον ἀποβαλών. Ἐπεὶ δὲ οὐ διέλαθεν ὁ τοῦτο δεδρακώς, ἀλλὰ τὴν ταχίστην συνελαμβάνετο, βλοσυρόν τι τούτῳ καὶ λοξὸν ἐνατενίσας ὁ βασιλεὺς καί, Λέγε μοι, ἔφη, ἀγεννέστατε σύ, εἴ γε τις ἐπῆλθεν ἐξ ἀποστείου[c] πολέμου καταδρομή, τίνι ἂν ἔρκει πρὸς ἀποτροπὴν ἐχρήσω τῶν δυσμενῶν, τὸν θυρεὸν ἀποβαλὼν παρὰ τὴν ἀτραπόν; Ὁ δέ, πεπηγὼς ὑπὸ τοῦ δέους, διέμενεν ἀχανής. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ αἰκίαις καταξᾶναι τὸν αὐτοφονευτὴν ἑαυτοῦ τῷ λοχαγῷ ἐγκελεύεται, ἐκτεμόντι τε καὶ τὴν ῥῖνα θεατρίσαι κατὰ τὸ στρατόπεδον. Ἐκεῖνος δέ, εἴτε οἴκτῳ ληφθεὶς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, εἴτε καὶ δώρων ἐπιβολῇ χαυνωθείς, ἀσινῆ διαφῆκε τὸν ἄνδρα. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ διιόντα τοῦτον ὁ βασιλεὺς ἑωρακώς, τὸν λοχαγὸν εἰσκαλεῖ καί, Ὦ, φησίν, ἀτέραμνε καὶ θρασυκάρδιε σύ, πῶς ἔτλης μὴ παραγαγεῖν εἰς ἔργον τὸ κελευσθέν; Ἢ δοκεῖς πλεῖον ἐμοῦ τουτουΐ[d] κήδεσθαί σοι τοῦ στρατοῦ; Εἰς παιδείαν ἐγὼ τῶν λοιπῶν τὴν τοιαύτην διωρισάμην ἐκτῖσαι ποινὴν τὸν τὸ ἑαυτοῦ ὅπλον ἀπορριψάμενον· ὡς μήπως τὸ τούτου ἀμελὲς καὶ νωθρὸν μιμησάμενοι ταὐτὸ τοῦτο διαπράξοιντο, καὶ τῷ καιρῷ τῶν ἀγώνων γεγυμνωμένοι τῶν ὅπλων καταλαμβάνοιντο, καὶ οὐκ ἂν φθάνοιεν πρὸς τῶν ἐναντίων ἀναιρούμενοι. Σφοδρῶς οὖν αἰκίσας τὸν λοχαγὸν καὶ

Nicephori severitas in disciplina militari. Fol. 287 verso.

II. Iter dum faciebat, aliquis levis armaturæ miles, viæ difficultate fessus (forte enim per convallem profundissimam, crepidinibus hiatibusque circumclusam, ibat agmen), quem humeris ferebat clypeum detractum præter viam projecit. Hunc transiens Imperator conspicatus, quendam ex comitatu clypeum tollere jubet : vixdumque in hospitium venerat, cum exquisivit, quo sub centurione mereret ille, qui absque prælio et periculis, clypeo ab-
C jecto, armis propriis se exuisset. Cum non delituisset qui deliquerat, sed evestigio esset comprehensus, torvum ac transversum tuens Imperator, *Dic mihi*, inquit, *ignavissime tu, si qua demisisset se ex longinquo hostilis incursio, quo tandem tutamento usus fuisses ad avertendos hostes, quoniam clypeum ad viam projecisti!* Ille, mortuus præ formidine, stabat stupens. At Imperator centurioni mandat, ut eum, qui se ipse morti dicasset, verberibus cæsum nasoque præciso per castra traduceret. Verum enimvero is, sive misericordia captus hominis, sive numis traditis mollitus,
D incolumem dimisit militem. Postridie ejus diei prætereuntem illum ipsum Imperator conspicatus, centurionem introvocari jubet, et, *O præfracte et temerarie tu*, inquit, *qui fit ut ausus sis, ad exitum non perducere imperatum! Num putas minus mihi quam tibi curæ esse istum exercitum! Ad erudiendos reliquos ego decreveram, ut ejusmodi pœnam is ferret, qui arma abjecisset sua : ne qui incuriam ejus ignaviamque imitati id ipsum facerent, temporeque prælii nudi armis deprehensi ab hostibus actutum oppressi interirent.* Ita centurione vehementer verberato, nasoque ei amputato, metum incussit omni

[a] f. καταμωκώμενοι
[b] Cod. Ἦρος.
[c] f. ἀποστείου vide notas.
[d] Cod. τουτ' et paulo post Leo [illegible] scribere debuisset. [illegible]

exercitui, ne jam indiligenter ageret in curandis armis.

III. Cum in agrum Tarsensem pervenisset, castris factis oppidoque circumvallato, campos atque prata, floribus variarumque arborum formis læta, penitus vastari cædique jussit, ut in conspicuo prælium fieret, neque ullas barbaris liceret in contectis locis ponere insidias, in Romanumque exercitum ex occulto cooriri. Vidisses tunc agrum suo decore spoliari: etenim erat ubique opimus, pabulo lætus, stirpium varietate comans, fundentium pomorum cujusque generis sapores. Tarsenses, superioribus victoriis ex Romanis reportatis elati, feroculos sese de principio arrogantesque præbuerunt: cumque in se continere animos non quirent, egressi oppido in firmam phalangem ex adverso constipabantur, audaces se atque fidentes plus quam satis erat ante belli periculum ostendentes. Imperator item quicquid firmum valensque erat in exercitu, ex castris educit, infesta acie legiones constituit[d]. In fronte collocat equites cataphractos, post hos sagittarios et funditores: hos tela in adversarios mittere jubet. In dextro cornu ipse consistit, innumeram equitum catervam inducens: in sinistro Joannes cognomento Tzimisces, Ducis officio decoratus, præliabatur, vir ardenti ingenio, qui audacem se et fervidum si quis alius ostenderat, tametsi corpore brevis plus quam attinebat erat, ad effigiem fabulati Tydei bellipotentis; verum heroica quædam inerat virtus ac vis in parum specioso corpore. Imperator ubi classicum cani jussit, videndas se præbuerunt admirabili ordine commotæ legiones Romanæ, et campus totus fulgore armorum micuit. Nec tulerunt hanc impressionem Tarsenses: sed, strue hastarum telisque eorum qui a tergo jaculabantur propulsi, evestigio in fugam se converterunt, inque oppidum turpiter conclusi sunt, plurimis suorum hoc in conflictu deperditis. Magnus præterea timor eos incessit, postea quam tantum exercitum ordine procedentem conspexerant. Ita murum oppidi a se occupatum tormentis missilibus firmant: ipsi mœnibus abditi obdurabant, adventum hostium excepturi.

Marginalia: a Cod. εὔοσπν. sed vide 5. A. εὐδαίμων γὰρ ἡ χώρα ... καὶ ὕδασι. — Fol. 288 recto. — b Codex τερεκροῦντο. — c l. τό. — d Hæc Combefisius vertit, IV. p. 12 mediasque inter cohortes stetit. — Prælium ad Tarsum. — e ἀποβάλλοντες

A τῆς ῥινὸς ἀφελόμενος, δέος ἐνῆκε παντὶ τῷ στρατῷ, μηκέτι ἀμελῶς διακεῖσθαι περὶ τὸν οἰκεῖον ὁπλισμόν.

γ'. Ἄρτι δὲ κατὰ τὴν περίχωρον γενόμενος τῆς Ταρσοῦ, ἐνταῦθα στρατοπεδεύεται καὶ χάρακα κυκλόθεν πηξάμενος, καρτερῶς τά τε λήϊα καὶ τοὺς λειμῶνας, τοῖς ἄνθεσι καὶ παντοίων δένδρων ἰδέαις κομῶντας, δῃοῦν καὶ ἀποκείρειν προσέταττεν, ὡς ἐξ ἀποπτίου ἡ διαμάχη τούτῳ εἴη, καὶ μή τινα τοῖς βαρβάροις ἐξῇ ἐν τοῖς ἀμφιλαφέσι χωρίοις λόχον ἐγκαθιστάνειν, καὶ τῇ B Ῥωμαϊκῇ στρατιᾷ ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐπιτίθεσθαι. Ἦν οὖν τὴν χώραν ἰδεῖν τὸν οἰκεῖον ὡραϊσμὸν ἀποβάλλουσαν· εὐδαίμων γὰρ ἅπασα καὶ εὔβοτος[a], καὶ φυτῶν ἰδέαις κατάκομος, ὅσα οἶδε φέρειν ὀπώρας παντοίας χυμούς. Ταρσεῖς δὲ ταῖς κατὰ Ῥωμαίων ἤδη προβάσαις νίκαις ἐπαιρόμενοι, θρασεῖς τέως καὶ ἀγέρωχοί τινες ἐξηπτάζοντο, οὐκ ἠνείχοντό τε κατέχειν ἐν ἑαυτοῖς τὸν θυμόν, ἀλλ' ὑπεξιόντες τοῦ ἄστεος ἐς καρτερὸν ἐξ ἀντιπάλου παρεκροτοῦντο[b] συνασπισμόν, τολμητίαι τινὲς καὶ θαρραλεώτεροι τοῦ μετρίου πρὸ τῆς τοῦ πολέμου πείρας ἀναδεικνύμενοι. Ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ αὐτὸς τὸν[c] ἄλκιμον καὶ ῥωμαλέον τῆς στρατιᾶς ὑπεξῆγε τοῦ χάρακος, C ἐν μεταιχμίῳ τε καθίστη τὰς φάλαγγας[d], κατὰ μέτωπον μὲν τοὺς πανσιδήρους ἱππότας ἱστῶν, ἐξόπισθεν δὲ τοξότας καὶ σφενδονήτας βάλλειν τοὺς ἐναντίους προστεταχώς. Εἰς τὸ δεξιὸν δὲ κέρας αὐτὸς εἱστήκει, μυρίανδρον ἱππέων ἴλην ἐπιφερόμενος· κατὰ δὲ τὸ εὐώνυμον Ἰωάννης, ᾧ τὸ ἐπώνυμα Τζιμισκῆς, τῇ τοῦ Δουκὸς τιμῇ σεμνυνόμενος, διηγωνίζετο, ἀνὴρ σφαδάζων τι τῷ θυμῷ, καὶ τολμητίας ἐκτόπως καὶ θερμουργὸς εἰ καί τις ἄλλος ἀποδεικνύμενος, εἰ καὶ τὸ σῶμα βραχύς τις ὑπὲρ τὸ μέτριον ἦν, κατὰ τὸν μυθολογούμενον Τυδέα τὸν μαχητήν· ἀλλά τις ἡρωϊκὴ ἐνῆν ἀλκὴ καὶ ῥώμη ἐν τῷ μικροπρεπεῖ D ἐκείνου σώματι. Τοῦ δὲ αὐτοκράτορος ἐγκελευσαμένου τὸ ἐνυάλιον ἐπαυλεῖν, ἦν ἰδεῖν ἀμηχάνῳ κόσμῳ τὰς Ῥωμαϊκὰς κινουμένας φάλαγγας, καὶ τὸ πεδίον ἅπαν τῇ αὐγῇ τῶν ὅπλων καταστραπτόμενον. Οὐκ ἤνεγκαν τὴν τοσαύτην ῥοπὴν οἱ Ταρσεῖς· τοῖς δὲ ὠθισμοῖς τῶν ἀκόντων καὶ τοῖς ἀκροβολισμοῖς τῶν βαλλόντων ἐξόπισθεν βιαζόμενοι, ἐξαυτῆς ἔκλιναν εἰς φυγήν, καὶ πρὸς τὸ ἄστυ συνεκλείοντο ἀκλεῶς, πλείστους τῶν οἰκείων παρὰ ταύτην ἀποβαλόντες[e] τὴν προσβολήν. Δεινὴ δέ τις ὑπεισῄει τούτοις δειλία, τηλικαύτην μεθ' ἐμπειρίας ἀθρήσασι χωροῦσαν πληθύν. Τὸν περίβολον οὖν διειληφότες τοῦ

ἄστεος

ἄστεος καὶ τοῦτον ταῖς ἀφετηρίοις κατοχυρωσάμενοι μηχαναῖς, διεκαρτέρουν ἀπρόϊτοι, τὴν ἐπήλυσιν τῶν ἐναντίων ὑποδεχόμενοι.

δ'. Νικηφόρος δὲ ὁ αὐτοκράτωρ, ἐπεὶ δυσπρόσοδον[a] ἀτεχνῶς ᾔδει καὶ δυσέμβολον οὖσαν τὴν πόλιν, καὶ μὴ ἐξ ἐφόδου ἁλώσιμον, ἔγνω μὴ διακινδυνεύειν πολεμησείων ἀβουλεύτως, ἀλλὰ τῷ λιμῷ παραδώσειν[b], ὅς γε τῇ χαλεπῇ κατανάγκῃ καὶ ἄκουσαν παραστήσει. Τοῦτο δὴ βουλευσάμενος ἀκριβέσι φρουραῖς τὸ ἄστυ διέζωσε. Ταρσεῖς δὲ, ἕως μὲν οὔπω μὴ ἐμβαθύνας ὁ λιμὸς ὁλοτελῶς αὐτοὺς ἐξεπίεζεν, ἀπὸ τῶν πύργων ἀκοντίζοντες ἐς τοὺς Ῥωμαίους ἔβαλλον. Ἐπεὶ δὲ τούτους οἰκτρῶς ἐπεβόσκετο, καὶ ἀπορία τῶν ἀναγκαίων τὰ σώματα ἐλυμαίνετο, ἣν ἰδεῖν ἀμηχανίαν δεινὴν, καὶ χαλεπὴν σκυθρωπότητα, ἥτις κατεῖχε τὴν πόλιν, ὠχροὺς τε τοὺς ἄνδρας, καὶ σκιᾶς εἰδώλων οὐδὲν διαφέροντας. Τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ πάθος οἰκτιστον[c], καὶ λίαν ὀλέθριον· ἐκτήκει γὰρ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος καὶ τὸ θερμὸν ἀποσβεννύον ψυχρότητι, ὡσπερεὶ ὂν[d] ἀράχνιον τοῖς ὀστέοις τὸ ἔλυτρον περιτείνεσθαι διατίθησι, κατὰ μικρὸν ἐπιέναι τὸν θάνατον ἐκκαλούμενον. Ἐπεὶ δὲ οὐχ οἷοί τε ἦσαν πρός τε τὸ ἄμαχον τοῦ λιμοῦ πάθος καὶ πρὸς τοσαύτην στρατιὰν διαμάχεσθαι, σπένδονταί τε τῷ βασιλεῖ, καὶ ὑπείκουσιν[e], ἐφ' ᾧ τὸν βουλόμενον ἐπὶ τὰ ἐνδοτέρω Συρίας ἀκωλύτως χωρεῖν. Ὁ δὲ, εἴξας καὶ τούτοις σπεισάμενος, θᾶττον ἐξιέναι τῆς πόλεως ἐκελεύσατο, τὰ σφῶν σώματα καὶ τὸν ἀναγκαίων[f] μόνον περιφέροντας ἱματισμόν. Οὕτω δὴ τὴν πόλιν αἱρεῖ, καὶ τῆς λείας τὸ μὲν τῇ στρατιᾷ διανείμας εἰς ἀναρίθμητον πλοῦτον συνηγμένον, καὶ τοὺς σταυρικοὺς τύπους ἀνειληφὼς, οὓς ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων ἐξειργασμένους κατὰ διαφόρους μάχας, τὴν Ῥωμαϊκὴν δύναμιν τρέψαντες, οἱ Ταρσεῖς ᾐχμαλώτισαν[g], καὶ τὴν πόλιν ἀποχρώσῃ στρατιᾷ κατασφαλισάμενος, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἵετο. Παραληφθεὶς δὲ ταύτην, καὶ παρὰ τοῦ δήμου δεχθεὶς μεγαλοπρεπῶς, ἐν τῷ περιπύστῳ τε καὶ θείῳ σηκῷ τοὺς αἰχμαλωτισθέντας σταυροὺς ἀναθεὶς, ταῖς τῶν ἵππων ἁμίλλαις καὶ τοῖς λοιποῖς θεωρίοις ἐπὶ τὸν δῆμον εὐφραίνων. Φιλοθεάμονες γὰρ[h] τῶν ἄλλων ἀνθρώπων Βυζάντιοι.

IV. Nicephorus Imperator cum accessu plane expugnatuque difficile esse oppidum sciret, neque corona capi posse, constituit, non in discrimen se inferre inconsiderata certandi cupiditate, sed fami civitatem tradere, quæ crudeli necessitate esset vel invitam subactura. Hoc inito consilio diligentibus custodiis oppidum cinxit. Tarsenses, quoad intensior fames non penitus eos exhauserat, e turribus jacula in Romanos conjiciebant. Posterius vero, cum miserabiliter eos consumeret, rerumque necessariarum inopia corpora infirmaret, vidisses desperationem ultimam, diram mœstitiam quæ occupaverat oppidum, mortuosos homines, ab umbra spectri nihil differentes. Nam inediæ calamitas miserrima est, penitusque letalis: corporis formositatem emacerat, calorem frigore extinguit, ut aranei texti instar tegmina circa ossa pendeant efficit, mortemque ut pedetentim accedat evocat. Ad extremum, cum intolerabili famis incommodo tamque magno exercitui obsistere non possent, pactionem cum Imperatore faciunt, seque ei dedunt, iis conditionibus, ut qui vellent potestatem haberent ad interiora Syriæ libere se conferendi. Id cum concessisset, induciis factis incunctanter exire ex oppido eos jussit, corpora et necessarium vestitum solum efferentes. Sic urbe occupata prædæ partem, divitias innumerabiles comportatas, exercitui distribuit; receptisque crucium effigiebus, quas ex auro atque gemmis factas variis præliis fuso Romano exercitu Tarsenses ceperant, ubi oppidum idoneo præsidio firmaverat, ad urbem imperatoriam est reversus. Quo cum pervenisset, a populo susceptus magnifice in nobili ac divino templo captas cruces deposuit: sedebatque ludis equestribus ac muneribus reliquis populum delectans. Spectaculorum enim avidi sunt præter cæteros homines Constantinopolitani.

[a] C. δυσπρόσοδον.

[b] Melius, παραδιδόναι.

[c] Odyss. M, 342. Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

[d] Nisi mavis scribere, ὡς ἀράχνιον, hoc est ὡς ἀν ἀράχνιον. Fol. 288 verso.

[e] Codex, ὑπείκουσαν.

[f] F. τῶν ἀναγκαίων.

Tarso capto.

[g] Codex, αἰχμαλωτίσαντες, sed rectius ᾐχμαλωτίσαντο.

[h] Deest hic μᾶλλον aut τι, quod Leonem arbitror studio omisisse, ut supra ad A.

ε'. Ἄρτι δὲ περὶ ταῦτα σχολάζοντι ἄγγελοι, τῶν Μυσῶν, πρὸς αὐτὸν ἀφιγμένοι, τοὺς εἰθισμένους ἀπαιτεῖν ἔλεγον φόρους τὸν ἀρχηγὸν ἑαυτῶν, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτοὺς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα στεῖλαι τὰ νῦν. Ὁ δὲ θυμῶν παρὰ τὸ εἰωθὸς πληρωθεὶς

V. Quibus rebus cum esset occupatus, ecce advenerunt legati Mœsorum dicentes, regem suum solita tributa poscere: hujus rei causa illum se ad Imperatorem nunc misisse. Is vero sto-

Legatio Bulgarica.

10

machi præter consuetudinem plenus (lentus enim erat alias, neque subitæ iracundiæ obnoxius), inflatus supra modum, contentiore quam qua uti solebat voce, *Ærumnæ Romanos*, inquit, *circumsistunt nunc, si, adversario quolibet armis subacto, genti Scythicæ, eique inopi atque impuræ, ritu mancipiorum tributum pensuri sunt.* In Bardamque patrem conversus (forte enim assidebat is, Cæsar renunciatus), percunctatus est velut ambigens, *quid sibi vellent Mœsi hac tributorum, quam Romanos poscunt, exactione! An vernam me genuisti inscientem! et Romanorum Imperator Augustus genti egentissimæ ac spurcæ tributarius obnoxiusque ero!* Tum alapis evestigio legatos cædi jussit, et, *Abite*, inquit, *et pellivoro mastrucato regi vestro nunciatote, potentissimus maximus Imperator Romanorum jamjamque obibit tuam regionem, integrumque tibi tributum persolvet: ut discas, ter servule, a majoribus verna natus, dominos nuncupare Romanorum principes, neque illos ut mancipia tributum poscere.* His dictis, eos ut in patriam recurrerent missos fecit: ipse justo contracto exercitu[c] adversus Mœsos profectus est: castella Romanis finitima prima aggressione cepit. Regionem vero considerans, eamque saltuosam atque præcipitiis asperam videns (nam, ut poëtice loquar, in Mœsorum terra *malum malo gravius super ingruit usque*: saltuosum ac silvestrem locum cavernosus et abruptus excipit, et hunc rursus paluster ac madidus: aquosa plane regio, nemoribus densa, montibus inviis undique clauditur, ad Æmum atque Rhodopen sita, amnibusque maximis circumflua): hanc Nicephorus Imperator videns, committendum non putavit, ut copias Romanas incomposito ordine per loca parum tuta ductas, velut pecora Mœsis concidendas præberet. Aiunt enim haud semel offendisse Romanos in angustiis Mœsiæ, esseque ad internecionem trucidatos.

VI. Constituit igitur, per aspera atque ancipitia loca minime subire periculum. Proinde revocato exercitu Constantinopolim revertit, et Calocyrem, patricia dignitate auctum, temerarium præterea calentisque ingenii hominem, ad Tauroscythas, quos vulgaris lingua Russos nominare consuevit,

[a] Oportebat, καταστρεψάμενοι, aut καταστρεφομένοι.

[b] Fortasse, vitium, quod non sæpe occurrit, inveniri quoque apud S. Joannem Chrysostomum, duntaxat τοῖς γεγεννηκόσι Homil. XXVI in prior. ad Cor. III. 415. 26. accusativum τὰς γεγεννηκυίας ibid. 408. 4 415. 19 et Oratione in illud, Saulus spirans &c. VIII. 42. 14. item passim apud alios auctores minus bonos. Codex mendose, γεγεννηκώς: (sic) λέληθας.

Fol. 289 recto.

[c] Hæc et sequentia usque ad finem capitis pleraque ex Combefisiana versione sunt. Pag. IV. 13.

[d] Cod. ςρατιάν.

[e] Iliad. II, ...

[f] Codex, σπηλαιγγώδης.

Bellum Bulgaricum.

A (ἰσχυροθυμῶν γάρ τις ἦν, καὶ μὴ εὐάλωτος ὀργῇ ἁλισκόμενος), καὶ ἀνοιδήσας ὑπὲρ τὸ μέτριον, γεγωνοτέρᾳ τε χρησάμενος, ἤπερ εἴθιστο, τῇ φωνῇ, Δεινὰ Ῥωμαίοις, ἔφη, περιέστηκε νῦν, εἰ τοῖς ὅπλοις τὸ ἀντίξουν ἅπαν καταστρεφόμενοι[a], ἔθνει Σκυθικῷ, πενιχρῷ τε τὴν ἄλλως καὶ μιαρῷ, δίκην ἀνδραπόδων φόρους ἐκτίσουσι. Βάρδαν δὲ τὸν αὐτοῦ γενέτην ἐπιστραφεὶς (ἔτυχε γὰρ συνεδριάζων αὐτῷ, Καῖσαρ ἀναδειχθεὶς), ἤρετο διαπορούμενος, ὅ, τι βούλοιτο τοῖς Μυσοῖς ἡ τῶν φόρων, ἣν τῶν Ῥωμαίων αἰτοῦσιν, εἴσπραξις; Οἰκέτην ἄρα με γεγεννηκὼς[b] λέληθας; καὶ ὁ τῶν Ῥωμαίων σεβάσμιος βασιλεὺς ἔθνει B πενεστάτῳ καὶ μιαρῷ φόρους τελῶν ὑποκείσομαι; Ῥαπίζειν οὖν κατὰ κόρρης αὐτίκα τοὺς ἀγγέλους προσέταττε, καὶ, Ἄπιτε, ἔφη, καὶ τῷ σκυτοτρώκτῃ καὶ διφθερίᾳ ὑμῶν ἄρχοντι ἀπαγγείλατε, ὡς ὁ τῶν Ῥωμαίων κράτιστος καὶ μέγιστος βασιλεὺς ἐξαυτῆς τὴν σὴν μετελεύσεται χώραν, ἐντελεῖς σοι τοὺς φόρους ἀποδιδούς· ὡς μάθῃς, τρίδουλος ὢν ἐκ προγόνων, δεσπότας τοὺς Ῥωμαίων ἡγεμόνας ἀνακηρύττειν, οὐχ ὡς ἀνδράποδα τούτους φόρους αἰτεῖν. Ταῦτα εἰπὼν, τοὺς μὲν εἰς τὴν ἑαυτῶν χώραν ἀνατρέχειν ἐξέπεμπεν· αὐτὸς δὲ στρατιὰν[d] ἀξιόμαχον συναγηοχὼς, ἐχώρει κατὰ Μυσῶν· καὶ φρούρια μὲν, ὅσα Ῥω- C μαίοις ὅμορα ἦν, εἷλεν ἐξ ἐπιδρομῆς. Τὴν δὲ χώραν περισκεψάμενος, καὶ ταύτης τὸ ἀμφιλαφὲς καὶ κρημνῶδες ἰδὼν (ποιητικῶς γὰρ εἰπεῖν, τῇ τῶν Μυσῶν χώρᾳ πάντη κακὸν κακῷ ἐστήρικται[e], καὶ τὴν ἀμφιλαφῆ καὶ λοχμώδη χώραν σπηλαιγγώδης[f] καὶ κρημνώδης ἐκδέχεται, εἶτ' αὖθις ἐκείνην τελματώδης τε καὶ σομφώδης· ὑδρηλὴ γὰρ ἐκτόπως ἡ χώρα, καὶ λίαν ἀλσώδης, καὶ ὄρεσι δυσβάτοις ἑκασταχοῦ περικλείεται, παρὰ τὸν Αἷμον καὶ τὴν Ῥοδόπην κατῳκισμένη καὶ ποταμοῖς τοῖς μεγίστοις περιῤῥεομένη)· ταύτην Νικηφόρος ὁ βασιλεὺς θεασάμενος, οὐκ ᾤετο δεῖν δύναμιν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀσύντακτον δι' ἐπισφαλῶν χωρίων ἐξάγοντα, ὡσανεὶ βοσκήματα D παρασκευάσαι κατακοπῆναι πρὸς τῶν Μυσῶν. Λέγεται γὰρ, πολλάκις πταῖσαι Ῥωμαίους ταῖς δυσχωρίαις Μυσίας, καὶ πανωλεθρίᾳ περιπεσεῖν.

ϛʹ. Ἔγνω οὖν, μὴ διὰ δυσεμβόλων καὶ περισφαλῶν χωρίων διακινδυνεύειν. Ὅθεν ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν πρὸς τὸ Βυζάντιον ἤλαυνε, καὶ Καλοκύρην ἐκεῖνον τῷ τῶν πατρικίων τιμήσας ἀξιώματι, ἄνδρα ὁρμητίαν τὴν ἄλλως καὶ θερμουργὸν, ἐς τοὺς Ταυροσκύθας ἐξέπεμψεν, οὓς ἡ κοινὴ διάλεκτος Ῥῶς εἴωθεν ὀνομάζειν, ἐφ' ᾧ

διανείμαντα τούτοις χρυσὸν, ὃν αὐτῷ ἐνεχείρισεν, εἰς κεντηνάρια πεντεκαίδεκα συγκεφαλαιούμενον, ἐς τὴν χώραν καταγαγεῖν τῶν Μυσῶν, ταύτην αἱρήσοντας. Ἀλλ' ὁ μὲν Καλοκύρης ἐς τοὺς Ταυροσκύθας ἠπείγετο· αὐτὸς δὲ παρὰ τὸ θέατρον ἀναβὰς, ἱππικὸν ἀγῶνα καθῆκε τελεῖν. Καὶ δῆτα τοῖς περὶ αὐτὸν στρατιώταις ἐκέλευε, καταβαίνειν ἐπὶ τὸ στάδιον καὶ εἰς ἀντιπάλους ἀποκριθείσας φάλαγγας ἀπεσπασμένοις τὰ ξίφη, κατὰ παιδιὰν ἐπαλλήλοις[a] χωρεῖν, καὶ ταύτῃ γυμνάζεσθαι πρὸς τὸν πόλεμον. Βυζάντιοι δὲ, πολεμικῶν ἔργων ἀγνῶτες τυγχάνοντες, τὴν τῶν ξιφῶν καταπλαγέντες αὐγὴν, καὶ τὴν ὁμόσε τῶν στρατιωτῶν ὁρμὴν καὶ τὸν πάταγον ἐκδειμάναντες, ἐκδειματωθέντες δὲ τῷ καινῷ τοῦ θεάματος, εἰς φυγὴν ἐτράποντο καὶ πρὸς τὰς σφῶν οἰκίας ἀπέτρεχον. Ἐκ δὲ τοῦ ὠθισμοῦ καὶ τῆς ἀτάκτου φορᾶς[b] οὐκ ὀλίγος φόνος συμβέβηκε, πλείστων συμπατηθέντων καὶ ἀποπνιγέντων οἰκτρῶς. Τοῦτο τὸ δρᾶμα μίσους[c] ἀφορμή τις γέγονε Βυζαντίου πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. Ταύτῃ περιέπεπτε καὶ τὸ τοῦ συναίμου αὐτοῦ Λέοντος καὶ Κουροπαλάτου πλημμελές· ὅστις τὸν ἀνδρώδη καὶ στρατιωτικὸν αὐτοῦ βίον παρωσάμενος πρὸς τὸν ἀστικὸν καὶ φιλοκερδῆ μετετάξατο, ἥττων τε χρημάτων καὶ λημμάτων γενόμενος, σιτοδείας εἰργάσατο καὶ σπάνιν τῶν ἀναγκαίων ἀφιλάνθρωπον. Ὀλίγου γὰρ τὸν σῖτον ὠνούμενος ἀπεδίδου πολλοῦ. Καὶ ψιθυρισμὸς ἀνὰ τὸ ἄστυ ἐχώρει, καταβοώντων τῶν ἀστικῶν, εἰ τὰς τοῦ κοινοῦ συμφορὰς ἴδια κέρδη ποιήσειεν τῶν αὐταδέλφων ἡ ξυνωρὶς, ἐς τὴν κερδαίνουσαν συνωθοῦσα πήραν τὰ τῶν πολλῶν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς φόρους τοὺς μήπω ἐπινοηθέντας ἀπαραιτήτως ἐκαινοτόμει, ἐς τὸ στρατιωτικὸν λέγων χρημάτων ὅτι δεῖσθαι συχνῶν, καὶ τούτοις κατέτρυχε τὸ ὑπήκοον. Λέγεται δὲ, εἴτε πρός τινων τὰ μετέωρα περισκοπούντων τινὸς, εἴτε καὶ τῶν μονάδα βίον ἐπανῃρημένων καὶ ἄζυγα, διενωτισθῆναι τὸν αὐτοκράτορα, ὡς παρὰ τὴν βασίλειον ἑστίαν ἐκπλήσοι τὸν βίον, ἀναιρεθεὶς παρὰ τῶν ὁμοεθνῶν. Περιδεὴς οὖν τῷ χρησμῷ γεγονὼς, περίβολον ἐκ τοῦ θατέρου μέρους τοῦ πρὸς θάλατταν ἐπικλινοῦς τῶν ἀνακτόρων τειχίζειν ἀρξάμενος, κατὰ θάτερον πρὸς θάλατταν συνεπέρανε, καὶ τεῖχος τὸ νῦν ὁρώμενον ὑψηλόν τε καὶ ὀχυρὸν ἐδομήσατο, καὶ τὴν βασίλειον ἑστίαν, ὡς ὑπετόπαζεν, ἠσφαλίσατο.

ζ. Προκειμένου δὲ κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν κατὰ τὸ εἰθισμένον ἔξω τειχῶν ἐπὶ τὴν καλουμένην Πηγὴν πομπευομένου τοῦ βασιλέως (νεὼς δὲ ταύτῃ περικαλλὴς τῇ Θεοτόκῳ δεδό-

A misit, ut his aurum distribueret a se illi traditum, ad centenaria quindecim pondo, eosque in Mœsorum fines perduceret, quos occuparent. Ita Calocyres quidem ad Tauroscythas profectus est: ipse in circum ascendens equestres ludos editurus consedit. Inter quæ imperavit scholis, ut in arenam descendentes inque acies oppositas separatæ, districtis gladiis per ludum inter se concurrerent, ad bellumque ita exercerentur. Constantinopolitani vero, rei militaris ignari, gladiorum fulgore perterrefacti, simulque militum concursum strepitumque veB riti, atque ob spectaculi novitatem formidine affecti, in fugam se conjecerunt, ad suosque quisque lares cursim perrexit. Ibi impulsu temere ruentium haud exigua strages facta est, conculcatis suffocatisque misere plurimis. Hæc calamitas odii civitatis in Imperatorem origo exstitit. Accessit fratris ejus Leonis Curopalatæ iniquitas: qui virili militarique vitæ genere relicto ad sedentarium et quæstuosum se transtulerat, hiansque avaritia atque cupiditate cum annonæ angustias inferebat, tum rerum necessariarum immanem penuriam. Parvo enim emtum frumentum vendebat magno. C Manabatque susurratio per civitatem, querelas spargente plebe, quasi geminum par fratrum, publicas calamitates quæstui habeos, in eandem turgentem peram corrivaret bona multitudinis. Quinetiam Imperator tributa nunquam antehac excogitata inexorabili aviditate comminiscebatur, ad militares sumtus dictitans opus sibi esse pecuniam permagnam, tributisque illis vexabat subditos. Aiunt autem, sive astrologorum aliquo divinante, sive quodam monachorum cælibemque vitam profitentium, in Imperatoris aurem venisse, vitam illi in palatio explendam, à civiD busque suis eum necatum iri. Qua prædictione timidus factus, munitionem ab altera parte palatii in mare vergente ad alteram item mare spectantem perduxit, muroque qui adhuc cernitur sublimi sane ac firmo exstructo imperatorium limen tutum, ut arbitrabatur, reddidit.

VII. Ascensione autem Servatoris, cum Imperator pompam more solito extra muros ad Pegam, quam vocant, ageret (templum ibi miræ pulchritudinis

[a] Forte ἐπ' ἀνάπαυς.

Nicephorus Imper. in odium venit multitudini.

[b] Cod. φθορᾶς.

[c] Cod. μίσης.

Fol. 289 verso.

Motus urbani.

Deiparæ ædificatum est), pugna Constantinopolitanos inter et Armenios facta est, adeo ut urbani complures ab Armeniis consauciarentur. Jamque sub vesperum cum ad palatium Imperator rediret, convicia palam in eum jactavit urbana plebs. Quinetiam muliercula simul cum filiola ipsius eo amentiæ processit, ut ex tecto prospiciens lapidibus appeteret principem. Quanquam illa quidem, postridie ejus diei a prætore comprehensa, pœnas una cum filiola luens in suburbio, Anarata nomine, igne cremata est. Tunc et ego commorabar, qui hæc scribo, in urbe Byzantis, litterarum perdiscendarum eruditionisque studio, adolescentulus cum essem. Ita Imperatorem Nicephorum in equo gradatim per urbem euntem conspicatus, quod et imperturbatus tantis contumeliis esset, et mentem constantem retineret, perinde ac si nihil accidisset novi affectus, admirabar tranquillitatem viri, quemadmodum in rebus asperis animum conservaret. Cæterum seditionem nox superveniens discussit. Atque Imperator, ut semper fuerat magnanimus, neque facile se permittebat iracundiæ, petulantiam, qua pridie in se invecta erat plebs urbana, quod ebrietati potius quam impetui temerario vulgi tribuendam putabat, oblivione insepelivit. Rursus vero igniferas triremes tuto saburratas, onerariasque prægrandes militibus armisque refertas, in Siciliam misit: classi Nicetam, pium et venerandum hominem, quamvis spadonem, ducem præposuit; equestri militiæ Manuelem, consobrinum suum, et ipsum patriciorum dignitate ornatum, virum calentis ingenii, rigidum, cæco impetu ferri consuetum. Hi postquam tramisso mari supero Siciliam attigerunt, exposito exercitu aciem instruxerunt, tanta felicitate usi à principio, ut primo quasi incursu nobiles ac præclaras Syracusas Himeramque occuparent, præterque ea Tauromínium et Leontinos incruenti tenerent. Verum tantum aberat, ut infida fortuna in finem usque eis velificans aspiraret, ut valide potius infesteque reflans fluctibus res eorum obrueret. Id oratio jam dilucide demonstrabit.

A μήλαι), διαμάχη τις μεταξὺ Βυζαντίων καὶ Ἀρμενίων συνέβαινεν, ὡς πολλοὺς πρὸς τῶν Ἀρμενίων τραυματισθῆναι τῶν ἀστικῶν. Ἄρτι δὲ πρὸς ἑσπέραν ἐπὶ τὰ ἀνάκτορα τοῦ βασιλέως ἐλαύνοντος, ὕβρεσι κατὰ τοῦ ἀναφανδὸν ἐχρῶντο Βυζάντιοι. Καί τι γύναιον σὺν τῷ θυγατρίῳ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἤλασεν, ὡς τοῦ τέγους προκύψαν καὶ λίθους βαλεῖν κατὰ τοῦ ἄνακτος. Ὁ καὶ τῇ ὑστεραίᾳ πρὸς τοῦ Πραίτωρος ληφθὲν δίκας μετὰ τοῦ θυγατρίου ἀπέτισεν, ἐπί τι προάστειον πυρὸς γεγονὸς ἀνάλωμα, Ἀναράτας[a] καλούμενον. Τότε δὲ καὶ αὐτὸς ἐπεχωρίαζον ὁ ταῦτα γράφων[b] Βυζαντίοις, ἐπὶ λόγων συλλογήν τε καὶ
B παίδευσιν, μειράκιον ὤν. Ἐφιππόν τε τὸν αὐτοκράτορα Νικηφόρον βάδην ἰόντα βλέπων διὰ τοῦ ἄστεος, καὶ ἀπτοεκτύπητον ταῖς τοσαύταις ὕβρεσι τελοῦντα, καὶ τὸ φρόνημα σταθερὸν διασώζοντα, καὶ ὡς μή τινος ἐπισυμβάντος καινοῦ διακείμενον, ἐτεθήπειν τὸ ἀκατάπληκτον τοῦ ἀνδρὸς, ὅπως ἀτρεμον παρὰ τὰ δεινὰ τὴν ψυχὴν[c] συνετήρει εὐγένειαν. Ἀλλὰ τὴν μὲν στάσιν ἡ νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσεν· ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ ἄλλως μεγαλόφρων τις ὢν, καὶ μὴ εὐκόλως[d] εἴκειν ὀργῇ, τὰ τῇ προτεραίᾳ εἰς αὐτὸν πεπαρῳνημένα παρὰ τῶν ἀστικῶν ἔργον μᾶλλον μέθης ἢ φορᾶς ἀτάκτου λαοῦ λογισάμενος, τῇ λήθῃ παρέπεμψε.
C Αὖθις δὲ πυρφόρους τριήρεις ἀσφαλῶς ἑρματίσας, καὶ μυριοφόρους ὁλκάδας στρατιωτῶν καὶ ὅπλων γεμίσας, ἐς Σικελίαν ἔστελλε, τοῦ μὲν ναυτικοῦ Νικήταν ἐν πατρικίοις τελοῦντα, θεοφιλῆ καὶ σεβάσμιον ἄνθρωπον, εἰ καὶ τομίας ἐτύγχανε, προχειρισάμενος στρατηγόν· τῆς δὲ ἱππικῆς παρατάξεως Μανουὴλ, αὐτανέψιον αὐτοῦ, τῷ τῶν Πατρικίων καὶ αὐτὸν ἀξιώματι διαπρέποντα, ἄνδρα θερμουργὸν καὶ αὐθέκαστον, καὶ ἀπερισκέπτῳ φορᾷ εἴκοντα. Ἐπεὶ δὲ περαιωσάμενοι τὸν Ἀδρίαν τῆς Σικελίας προσέσχον, τῶν πορθμείων ἀποβάντες εἰς φάλαγγα παρετάττοντο, καὶ τοσαύτης εὐδαιμονίας ἀπήλαυσαν παρὰ τὴν ἀρχὴν, ὡς αὐτοβοεὶ τὰς κλεινὰς[e] καὶ περιπύστους Συρακούσας ἑλεῖν καὶ Ἱμέραν, καὶ προσέτι Ταυρομένειον καὶ Λεοντίνους ἀναιμωτὶ παραστήσασθαι.
D Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔμελλεν ἡ βάσκανος τύχη διὰ τέλους πλησίστιος αὐτοῖς ἐπιπνεῖν, σφοδρὸν δὲ καὶ ἄγριον ἀντιπνεύσασα, ὑποβρύχια τὰ πράγματα τέθεικε. Δηλώσει δὲ ταῦτα ὁ λόγος ἤδη σαφῶς.

VIII. Siculi cum tantæ vi atque insuperabilibus Romanorum animis resistere non possent, relictis oppidis

η΄. Σικελιῶται πρὸς τοσαύτην ῥοπὴν καὶ ἀκαταγώνιστα τῶν Ῥωμαίων φρονήματα μὴ οἷοί τε ὄντες ἀντικαθίστασθαι, τὰς πόλεις ἀπολιπόντες τὰς

[a] l. Ἀναράτας. s. Ἀναράτου vide Ducangium Constantinop. Christian. 184. D.

[b] Sic Codex: vel fere non dubito quin legendum sit, γράφων τοῖς Βυζαντίοις, atque ita verti.

[c] τὴν ψυχικὴν, vel ψυχῆς.

[d] Cod. εὐκόλως.

Fol. 290 vers.

Expeditio Siciliensis.

[e] Cambefisius vertit IV. 15. clarissimas urbes longe celebres: videtur legisse κλεινάς.

τὰς δυσχωρίας ἀπῄεσαν, καὶ ἐπὶ τόπων ἐπικαίρων ἠθροίζοντο. Κρημνώδης γὰρ ὡς τὰ πολλὰ καὶ δενδρώδης ἡ νῆσος, ἱκανή τε τῷ βουλομένῳ φρουρὰν αὐτοσχέδιον ἐπιχορηγεῖν. Ὁ τοίνυν Μανουὴλ, δέον αὐτῷ τὰς πόλεις παρειληφότα φρουρεῖν καὶ χώραν, ὅση εὔβοτος ἦν καὶ ἱππήλατος, ἀπείργειν τε τοὺς φυγάδας χιλῶν καὶ τῶν ἄλλων βρωτῶν· οὕτω γὰρ τῷ λιμῷ τῆξιν τρυχόμενοι δυεῖν θάτερον ἔπαθον ἄν, ἢ Ῥωμαίοις ἑαυτοὺς ἐνεχείρισαν, ἢ σπάνει τῶν ἀναγκαίων διαπεφωνήκεισαν· ὁ δὲ, ὁρμητίας τε ὢν, καὶ σφαδάζων θυμῷ καὶ νεότητι, τὸ δραστήριον δὲ καὶ ἐπήβολον οὐ πάνυ δεόντως προεσκεπτημένος, ταῖς προβάσαις ἤδη νίκαις ὑπὲρ τὸ εἰκὸς ἐπαρθεὶς [a], διὰ τῶν ἐπισφαλῶν ἐκείνων χώρων ἐπῄει, τοὺς φυγάδας ἀνερευνώμενος. Ἄρτι δὲ κατὰ τὴν δυσχωρίαν διαλυθείσης τῆς φάλαγγος, καὶ διὰ σκοπέλων καὶ χηραμῶν ἀσυντάκτως χωρούσης, προλοχίσαντες τοὺς ἄνδρας οἱ βάρβαροι, πατάγῳ καὶ ἀσήμοις φωναῖς τῶν λόχων διανίσταντο, καὶ αὐτοῖς αἰφνίδιον ἐπετίθεντο. Οἱ δὲ τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντες, καὶ μηδὲ τὸ ἡλιακὸν φῶς τῷ συνηρεφεῖ τῆς λόχμης ἐώμενοι καθορᾷν, εἰς φυγὴν ἀπέκλιναν· οἱ δὲ βάρβαροι ἐπιτεθέντες ἀνῄρουν τούτους ἀνηλεῶς, ὥς τινα θύματα· τηνικαῦτα δὲ κτείνειν τοὺς ἄνδρας ἀπείχοντο, ὅτε τούτοις ἥ τε δύναμις καὶ ὁ θυμὸς ἀπηγόρευσεν. Ἀνῃρέθη δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Μανουήλ· ὅσοι δὲ τῶν Ῥωμαίων τὰ ξίφη διέφυγον, ζωγρίᾳ πρὸς τῶν Ἀγαρηνῶν ἡλίσκοντο. Οἱ δὲ, ἐπεὶ τὸν πεζὸν στρατὸν παρεστήσαντο, ἐπὶ τὴν ᾐόνα ταχυδρομήσαντες, ἵνα αἱ Ῥωμαϊκαὶ τριήρεις ὑφώρμουν, ἐγκρατεῖς ἐξ ἐφόδου τῶν πλείστων ἐγένοντο· ἥλω δὲ καὶ ὁ Πατρίκιος Νικήτας, καὶ δορυάλωτος τῷ τῶν Ἄφρων κατάρχοντι παρεπέμπετο. Ἐκ γοῦν τοσούτου τοῦ στρατοῦ ὀλίγοι τινὲς διαδράντες καὶ εὐαρίθμητοι, ὡς τὸν αὐτοκράτορα Νικηφόρον ἀφίκοντο· ὁ δὲ τὴν ἀπώλειαν διαγνωσθεὶς τῆς τοιαύτης στρατιᾶς, ἠνιάθη μὲν καὶ τὴν ψυχὴν ἤλγησε τῷ τοσούτῳ πταίσματι καὶ ἀλλοκότῳ συμβάματι. Ὑπολογιζόμενος δὲ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τὸ ἄστατον, γενναίως ἔφερε τὸ συμβὰν, ἰσχυρογνώμων τις ὢν, καὶ ἐν δυσκολίᾳ πραγμάτων διασώζειν εἰδὼς τὴν ψυχὴν ἀταπείνωτον. Αὖθις δὲ κατὰ τῶν τὴν Συρίαν οἰκούντων Ἀγαρηνῶν ἐξήρτυε τὸν στρατόν.

θ'. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἄρτι τῆς θερινῆς τροπῆς μεταβαλλούσης ἐπὶ τὸ μετόπωρον, ἔσεισεν ὁ Θεὸς μέγα, ὡς καὶ οἰκίας καὶ ἄστη ἀνατραπῆναι. Κλαυδιούπολίν τε, τὸ εὐδαιμονέστατον χωρίον τῶν Γαλατῶν, τότε συνέβη,

A angustias montium subierunt, locis idoneis conglobati. Nam aspera plerumque arboribusque vestita est insula, atque præsidium tumultuarium injicere volenti peropportuna. Manuel igitur, cum debuisset capta oppida atque regionem, quatenus pascua erat atque equitabilis, custodire, fugitivosque pabulo cibariisque reliquis prohibere: sic enim fame exhaustis duorum alterum aeccessario evenisset, ut vel se ipsos Romanis tradidissent, vel interiissent necessariorum penuria: is vero, ut erat temerarius, animis et juventute ferox, B industria et intellectu parum præditus, superioribusque victoriis præter modum elatus, per salebrosa loca illa successit, fugientes investigans. Jam vero in angustiis dissoluta phalange, ac per scopulos specusque incomposite transeunte, præstolantes illis insidiatores barbari, strepitu inconditisque vocibus e latebris consurgunt, ipsos derepente adoriuntur. Nostri, nec opinata re conturbati, cum vix solis lucem præ continuatione frondium videre possent, fugæ se mandaverunt: quos barbari irruentes crudeliter conciderunt, victimarum ritu; neque prius occidere milites desierunt, C nisi cum eos vires et ira deficerent. Ibidem ipse Manuel interfectus est: Romanorum quotquot gladii aciem effugerunt, vivi ab Agarenis capti sunt. Hostes, terrestribus copiis deletis, ad littus decucurrerunt, ubi Romanæ triremes in ancoris stabant, quarum plerisque primo impetu potiti sunt. Captus quoque est Nicetas patricius, Afrorumque regi transmissus. Ita ex tanto exercitu pauci imminuto numero elapsi ad Nicephorum Imperatorem pervenerunt: qui tantarum copiarum interitu cognito contristatus quidem est, animoque tam magnam calami- D tatem indoluit eventumque sic inauspicatum [b]. Nihilominus reputans rerum humanarum instabilitatem, ut erat firmo animo præditus, quem erectum difficilibus temporibus conservabat, fortiter casum tulit. Ita rursus adversus Agarenos Syriam habitantes adornavit exercitum.

IX. Eadem tempestate, inter solstitium æstivale et autumnum, terræmotus exstitit magnus, adeo ut ædes quoque et oppida everterentur. Atque evenit, ut Claudiopolis, ditissimus

[a] Vide supra 36. B. τοῖς κατὰ Ῥωμαίων ἤδη προβάσαις νίκαις ἐπαρθεὶς.

Fol. 290 verso.

[b] Hic desinit Combefisiana versio Pag. IV. 13.

locus Galatiæ, tunc intolerabili motu et quassatione diruta, simul et repentina civium sepultura fieret, et multos advenarum ibi deprehensos oppri meret. Cujus tam magnæ commotionis quassationisque causam esse vapores atque halitus quosdam fabulantur mathematici, in gremio terræ conclusos: hos posthac in spiritum procellosum coëuntes, ubi non omnem simul contigerit perflatum emittere, ob spiraminum angustias, ideo constipari, circumagi, loca cava vehementi incitatione commovere, superjecta et circumjecta quæque quatefacere, donec ex claustris perrumpentes forasque exhalati in cognatum sibi aërem diffundantur. Verum hæc Græcorum vaniloquentia ex probabilitate ejusmodi explicavit. Equidem Davidem, divinum virum, consecutus, respectu dixerim Dei ad nos talem concussionem existere, quando nostræ invigilat vitæ, divinæ legi adversanti, si forte tunc saltem territi homines, pravis actibus abstinentes, ad laudabiles sese conferant. Sed Claudiopolis hoc, quem diximus, modo vi terræmotus a fundamentis eversa tunc tota est, atque confusa, iræ divinæ epotans merum poculum. Eodem anno, æstate plane media, sole jam cancrum ineunte, imber fuit Constantinopoli locisque finitimis, qualem nunquam antea contigit defluxisse. Etenim vergente die (erat autem dies Veneris) incipiens malum sub horam nonam desiit: tamque vehemens incubuit pluvia, ut non guttas videres, ut fit, delabentes, sed quasi quasdam aquis repletas fistulas. Neque profecto ullum templum neque omnino nobilium ædium ulla relicta est, quin superne ex tecto aqua impleretur; tametsi hanc quidem habitatores operose in vias transfundebant: sed quantum effluxerat, tantum denuo affluebat, ut sine remedio esset malum. Ita trium horarum spatio obtinuit imber: conspiciebantur amnes æstuantes per vicos urbis, et quicquid animantium secum rapiaverant extinguentes. Homines autem miserabiliter flebant lamentantes, quod diluvium iterum ingruere quale nobile illud fuerat verebantur: verum commiserans hominumque amans providentia, arcu per nubem expanso, illo refulgente imbris tristitiam dissipavit, rursusque naturæ fabricam in pristinum statum reduxit. Tametsi posterius quo-

A κατειληφθεῖσαι ἐκ τῆς ἀνυποστάτου κινήσεως καὶ ἐνόσεως, αἰφνίδιον τῶν οἰκητόρων τάφον γενέσθαι, καὶ πολλοὺς τῶν ἐπηλύδων παρατυχόντας ἐν ἀκαρεῖ διαφθαρῆναι. Αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης ἐνόσεως καὶ κινήσεως ἀτμοὺς μέν οἱ μαθηματικοὶ καὶ ἀναθυμιάσεις μυθολογοῦσί τινας, ἐναποκλειομένας τοῖς κόλποις τῆς γῆς, αὖθίς τε εἰς πνεῦμα καταιγίδος συνισταμένας, ἐπεὶ μὴ ἀθρόον συμβαίνει τὴν διαπνοὴν τούτων ἐκτρέχειν, διὰ τὴν τῶν πόρων[a] στενότητα, συνειλεῖσθαί τε καὶ περιδινεῖσθαι, καὶ τὰ κοῖλα περιδονεῖν μετὰ σφοδρᾶς τῆς κινήσεως, καὶ τὸ ἐπιπροσθοῦν καὶ περιέχον ἅπαν σαλεύειν, ἕως B ἂν ἐκ τοῦ τέως εἴργοντος διεκπνεύσωσι, καὶ πρὸς τὰ ἔξωθεν ἐξατμισθέντα εἰς τὸν ὁμογενῆ διασκεδασθῶσιν ἀέρα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ τῶν Ἑλλήνων εἰκαιομυθία πρὸς τὸ ζαύτῃ δοκοῦν ἐξηγήσατο. Ἐγὼ δὲ τῷ θείῳ Δαβὶδ συνεπόμενος, ἐπισκοπῇ φαίην τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς τὸν τοσοῦτον κλόνον ἐγγίνεσθαι, ὅταν ἐπὶ τοῖς ἡμῶν ἐπαγρυπνήσῃ ἐπιτηδεύμασι, παρὰ τὸν θεῖον δρωμένοις θεσμόν, εἴ πως ἀλλὰ[b] ταύτῃ δείσαντες ἄνθρωποι τῶν μὲν φαύλων ἔργων ἀφέξοιντο, ἀνθέξοιντο[c] δὲ τῶν ἐπαινετῶν. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἡ Κλαυδιούπολις τῇ τοῦ σεισμοῦ βίᾳ ἐκ βάθρων ἀνετράπη τότε πᾶσα, καὶ συνεχύθη, τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ ἐκπιοῦσα τὸ ποτήριον ἄκρατον. Παρὰ τοῦτον δὲ τὸν ἐνιαυτόν, C θερείας ὥρας κατὰ τὸ μεσαίτατον, ἄρτι τοῦ ἡλίου τῷ καρκίνῳ προσεπιβαίνοντος, ὄμβρος ἐν Βυζαντίῳ κατερράγη καὶ τοῖς παρακειμένοις αὐτῷ, οἷον οὐ συνέβη κατενεχθῆναι τὸ πρότερον. Κλινούσης γὰρ τῆς ἡμέρας (παρασκευὴ δὲ ἦν) ἀρξάμενον τὸ δεινὸν εἰς ἐννάτην ὥραν κατέληγεν· οὕτω δὲ ῥαγδαία τις ἡ ὕεσις κατεφέρετο, ὡς μὴ σταγόνας ὁρᾷν ὀμβριζομένας κατὰ τὸ σύνηθες, ἀλλά τινας ἐπικλυζούσας ὕδασιν ὀχετούς. Οὐχ ὑπελείφθη γοῦν τῶν σηκῶν ἢ τῶν περιπύστων οἴκων, ὅστις ἄνωθεν ἐκ τῆς ὀροφῆς οὐκ ἐπληρῶτο[d] τοῦ ὕδατος, καίτοι τῶν κατοίκων μόχθῳ ἀπαντλούντων αὐτὸ πρὸς τὰ ἄμφοδα· τὸ μὲν D ἀπέρρεε, τὸ δ' ἐπέρρεε, καὶ ἀκαταγώνιστον ἦν τὸ δεινόν. Ἐπὶ τελῶν δὲ ὡρῶν διαστήματι κατέσχεν ὁ ὑετός, καὶ ἦν ὁρᾷν ποταμοὺς πελαγίζοντας διὰ τῶν τῆς πόλεως στενωπῶν, καὶ τὰ παρασυρόμενα τῶν ἐμψύχων διαφθείροντας. Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐλεεινῶς ἀποθρήνουν οἰμώζοντες, κατακλυσμὸν αὖθις ἐπισκῆψαι κατ' ἐκεῖνον τὸν τεθρυλλημένον ὑποτοπάζοντες· ἀλλ' ἡ συμπαθὴς καὶ φιλάνθρωπος πρόνοια ἶριν διὰ τῆς νεφέλης ἐρείσασα, τῇ ταύτης ἀναλάμψει τὴν τοῦ ὑετοῦ κατήφειαν διεσκέδασε, καὶ αὖθις τὸ τῆς φύσεως σύγκριμα ἐπὶ τὴν προτέραν κατάστασιν ἐπανή-

[a] Cod. πόρων.
[b] τῷ πως ἀλλὰ est jam supra 11 B.
[c] C. αὐξοιντο.
Fol. 291 recto.
[d] Codex, ἐκπληρῶν· auctor forsitan scripserat ἐξεπληρῶν sive ἐκπληρῶν.

γατο. Συνέβη δὲ καὶ αὖθις ὄμβρον καταῤῥαγῆναι τεθολωμένον καὶ σύμμικτον τέφρᾳ, ὡς ἐπὶ καμιναίας αἰθάλης, καὶ χλιαρὸν δὲ παρεῖχε τοῖς ἐπαφωμένοις αὐτοῦ τὴν ποιότητα.

ι. Ὁ δὲ βασιλεὺς Νικηφόρος (αὖθις γὰρ ὁ λόγος ἐπάνεισιν, ὅθεν τὸ ἴχνος ἀπέκλινε), τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀνειληφὼς δύναμιν, ἐπὶ τὴν ἐπὶ Συρίας Ἀντιόχειαν ᾔει, καὶ χάρακα ταύτῃ πηξάμενος, ἐπείπερ ἀποχρώντως ἔχουσα τῶν ἀναγκαίων ἐτραχηλία, καὶ γαυρουμένη ἐκ τοῦ εὐθέος ἀφίστασθαι οὐκ ἠνείχετο, μὴ βουλόμενος αὐτὴν ἑλεπόλεσι κατερειπῶσαι· ἤδει γὰρ κατὰ μικρὸν τροπαίοις καὶ μηχαναῖς ταύτην παραστησόμενος, ὀλίγον αὐτῇ καιρὸν παρακαθισάμενος, καὶ ταῖς φάλαγξι καὶ τῷ κόσμῳ τῶν ὅπλων τοὺς ἔνδον καταπλήξας οὐχ ἥκιστα· ἐκεῖθεν ἀπάρας τὴν μεσογαίαν διῄει, ἣν καὶ Παλαιστίνην καλοῦσιν, εὐδαίμονα πᾶσαν καὶ ῥέουσαν μέλι καὶ γάλα, κατὰ τὴν θείαν Γραφήν· ἐν δεξιᾷ δὲ τὴν Κιλικίαν εἶχε καὶ τὰ παράλια. Τὴν Ἔδεσσαν δὲ κατειληφὼς, κἀν τῷ σηκῷ τῶν θείων Ὁμολογητῶν εἰσεληλυθὼς καὶ τὸ θεῖον ἐξευμενισάμενος, τὴν στρατιὰν διανέπαυεν. Ἠκηκόει γὰρ, τὴν ἐν κεράμῳ τοῦ Σωτῆρος καὶ Θεοῦ ἐκτυπωθεῖσαν μορφὴν ἐν τῷδε τῷ φρουρίῳ παρακατέχεσθαι. Ἐκτυπωθῆναι δέ φασι τοῦτον τὸν τρόπον. Θαδδαίου τοῦ ἀποστόλου Ἀβγάρῳ[a] πρὸς τοῦ Σωτῆρος τῷ τῆς Ἐδέσσης ἀποσταλέντος τοπάρχῃ, ὡς αὐτὸν τῆς συνεχούσης παρέσεως διὰ τοῦ θεανδρικοῦ ἀπαλλάξειεν ἐκτυπώματος, ἐνταυθοῖ παροδεύοντος τὸν πέπλον[b], ᾧ τῆς αὐτοῦ μορφῆς τὸ εἶδος ἀῤῥήτως ὁ Χριστὸς ἀνετύπωσε[c], κεράμοις ἐν ἀποκειμένοις πρὸ τοῦ ἄστεος κατακρύψαι[d], ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐναποληψόμενος[e] τοῦτον ἐκεῖθεν. Συνέβαινε δὲ κατὰ πᾶσαν τὴν νύκτα φωτὶ τοὺς κεράμους ἀμηχάνῳ καταλάμπεσθαι. Πρωῒ δὲ τὸν μὲν Θαδδαῖον ἀνειληφότα τὸν πέπλον ὁδοῦ τῆς προκειμένης ἔχεσθαι· τὸν δὲ κέραμον, ὅνπερ ἔτυχε προσψαύσας ὁ πέπλος, τὸν θεανδρικὸν τοῦ Σωτῆρος τύπον ἀκραιφνῶς ἐναπομάξασθαι. Τοῦτον ἀνειληφότες οἱ βάρβαροι ἐν θαύματι καὶ σεβάσματι περὶ τὸ φρούριον διεφύλαττον. Τότε δὲ Νικηφόρος ὁ βασιλεὺς, ἐξελὼν τὸ ἄστυ, τὸν τοιοῦτον σεπτὸν κέραμον ἐκεῖθεν ἀνείληφε, καὶ χρυσῷ καὶ λίθοις θήκην διασκευάσας μετέπειτα, καὶ ταύτῃ περιστείλας τοῦτον σεπτῶς, ἐν τῷ τῆς Θεομήτορος ναῷ, τῷ κατὰ τὴν βασίλειον ὄντι ἑστίαν, ἀνέθηκεν. Ἐπεὶ δὲ τὸ Μέμπετζε παρείληφε φρούριον, τὸν Λίβανον τὸ ὄρος ἐγκαρσίως ὑπερβὰς, τῇ Τεμπόλει[f] προσέσχεν, ἣν ἐχυρὰν καὶ δυσάλωτον τῆς

A que accidit, ut iterum imber defflueret turbidus favilla quasi ex fornacium fuligine mixtus, tepidamque declararet tangentibus suam naturam.

X. Nicephorus autem Imperator (jam enim oratio eo revertitur, unde vestigium inflexerat), Romanis assumtis copiis, ad Antiochiam in Syria magnis itineribus contendit; castrisque ad urbem positis, cum necessariis rebus abunde instructa superbiret, præque arrogantia evestigio deditionem facere re- B cusaret, ipse vero nollet eam machinis admotis diruere, quod sciret brevi se illam victoriis apparatuque bellico obtenturum, si modo exiguo temporis spatio obsideret, copiisque atque ordine exercitus oppidanos vehementius terruisset: inde motis castris regionem mediterraneam pervasit, quam item Palæstinam vocant, opimam totam, mel et lac fluentem, secundum sacram Scripturam: a dextra autem habuit Ciliciam, oramque maritimam. Ibi cum Edessam occupasset, atque, in templum divinorum Confessorum ingressus, numen prece placasset, exercitum refecit. C Audiverat enim effigiem Servatoris ac Dei nostri, tegulæ impressam, hoc in oppido asservari. Quam expressam esse aiunt hunc in modum. Thaddæus, divinus duodecimvir, cum a Servatore ad Abgarum Edessæ regulum esset missus, ut eum a diuturno languore per deohumanam impressam effigiem liberaret, ibi præteriens sudarium, cui Christus suæ figuræ imaginem ineffabili miraculo impresserat, in tegulis loco remoto jacentibus pro oppido fertur abdidisse, ea mente, ut postridie ejus diei id inde reciperet. Accidit autem, ut per totam noctem fulgore incredibili tegulæ col- D lucerent. Mane Thaddæum resumto sudario perrexisse tenere suam viam; tegulam, quam casu sudarium contigisset, deohumanam Servatoris effigiem incorrupte expressam retinuisse. Illam ipsam, sublatam, barbari cum admiratione atque cultu in castro asservaverant. Tunc vero Nicephorus Imperator capto oppido eandem venerandam tegulam inde abstulit, auroque atque gemmis capsam fabricatus posterius, tegulam ibi reverentia adhibita inclusit, inque Deiparæ templo, quod in ædibus Palatinis est, consecravit. Ipse post-

[a] Cod. Αὐγάρῳ.

[b] Solœcismum, quem a Leone admissum non dubito, tollere possis, virgula posita post τὸν πέπλον, et puncto post παροδεύοντος: cum Thaddæum a Servatore missum ibi præteriret. Sudarium &c.

[c] f. ἀνετύπωσεν.

[d] Fol. 291 verso.

[e] Sic Codex.

[f] Codex mendose Τεὶπόλει. Forte Leo, ut est priscarum formarum studiosus, scripserat Τεμπόλει.

quam Mempetze arcem in deditionem A acceperat, Libanum montem transverso itinere transgressus ad Tripolim exercitum admovit: quam ubi munitam atque expugnatu præter cætera oppida difficilem vidit, simul quod naves reflantibus ventis rejectæ morabantur, eam cursu prætervectus Arca castrum oppugnare statuit, quod copiam divitiarum incredibilem continebat. Ita oppidum tribus castris circumdatum acerrime adortus, postquam machinis muros dejecerat, per novem totos dies vastavit, atque ineffabiles inde exportavit opes. Item alia castella plurima primo impetu cepit.

ἄλλων πόλεων διαφερόντως ἰδὼν, ἐπεὶ καὶ αἱ νῆες αὐτῷ ἀντιπνοίαις ἀνέμων ἐκκρουόμεναι καθυστέρησαν, ταύτην παραδραμὼν τὸ Ἄρκα φρούριον ἔγνω πολιορκεῖν, χρῆμα πλούτου κατέχον ἔνδον ἀμύθητον. Ἐντεῦθεν τρισὶ χάραξι περιζώσας αὐτὸ, ἐπολιόρκει ἐρρωμενέστατα, καὶ ταῖς ἑλεπόλεσι τὰ τούτου πυργώματα καθελὼν, ἐφ' ὅλαις ἡλίοις ἐννέα ἐπόρθησέ τε, καὶ ἀμύθητον ἐκεῖθεν πλοῦτον συνεξεφόρησε· καὶ ἄλλα δὲ φρούρια πλεῖστα εἷλεν αὐτοβοεί.

XI. Hæc dum ab Imperatore in Syria B geruntur, sub solstitio hiberno solis fuit defectio qualis nunquam antea accidit, præter illam quæ in passione dominica terris inducta est ob Judæorum dementiam, qua occæcati ædificatorem universi cruci affixerunt. Defectus specie tali erat. Vicesimus secundus dies agebatur mensis Decembris hora diei quarta[a], cœlo sereno, cum tenebræ terræ offusæ sunt, stellæque lucidiores omnes se aperuerunt. Poterat videra unusquisque solis orbem sine splendore, lucis expertem, fulgoremque aliquem obscurum ac tenuem, fasciæ C angustæ instar, extremis partibus per oram orbis circumlucentem. Paulatim vero sol prætergrediens lunam (apparebat enim hæc ad perpendiculum illum obducens) pristinos radios emisit, luceque denuo complevit terram. Quo novo atque insolito spectaculo conturbati homines, numen, ut par erat, supplicibus votis placabant. Eadem tempestate ipse quoque Constantinopoli commorabar, operamque liberalibus disciplinis dabam. Imperator autem (oportet enim orationem e contextu egressam ad illum rursus reduci), adversariorum castellis nullo negotio captis, D cum omnibus copiis Antiochiam profectus est, castrisque ad murum positis, tribunis centurionibusque convocatis, cum loco conspicuo sub divo constitisset, ejusmodi concionem habuit: *Remota ultra hanc urbem castella providentiæ nutu usuque vestro in re militari, cum virtute conjuncto, expugnavimus, ut scitis, commilitones, præter omnem opinionem. Quapropter gratiam me habere vobis plurimam confiteor, quod in me, ducem vestrum, intuentes ulli labori non succubuistis, quos plurimos molestosque imponere solet bellum,*

ια'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα τῷ βασιλεῖ κατὰ τὴν Συρίαν ἐπράττετο, ἔκλειψιν συνέβη περὶ χειμερινὰς τροπὰς τοῦ ἡλίου γενέσθαι, οἵαν μηδέπω συνέβη γενέσθαι τὸ πρότερον, πλὴν ἐκείνης τὴν ἐπὶ τοῦ δεσποτικοῦ πάθους προβᾶσαν διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπόνοιαν, ἣν ἐπλημμέλησαν, σταυρῷ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν προσπηλώσαντες. Τὸ δὲ τῆς ἐκλείψεως εἶδος τοιοῦτον συνέβαινεν. Εἰκὰς δὰ δευτέρα ἤλαυνεν ὁ Δεκέμβριος, τετάρτη δὲ τῆς ἡμέρας ὥρα, σταθερᾶς αἰθρίας οὔσης, σκότος ἐπέσχε τὴν γῆν, καὶ οἱ διαφανεῖς τῶν ἀστέρων ἅπαντες κατεφαίνοντο. Ἦν δὲ ὁρᾷν τὸν τοῦ ἡλίου δίσκον ἀλαμπῆ καὶ ἀφώτιστον, αἴγλην δέ τινα ἀμυδρὰν καὶ ἰσχνὴν, ταινίας δίκην λεπτῆς, κατὰ τὸ ἄκρον κύκλόθεν τὸν δίσκον περιαυγάζουσαν. Κατὰ μικρὸν δὲ τὴν σελήνην παραμείβων ὁ ἥλιος (ὡρᾶτο γὰρ αὕτη κατὰ κάθετον αὐτὸν ἀντιφράττουσα) τὰς ἰδίας ἀκτῖνας ἐξέπεμπε, καὶ φωτὸς αὖθις ἐπλήρου τὴν γῆν. Τῷ καινῷ δέει καὶ ἀσυνήθει τοῦ ὁράματος ἐκδειματωθέντες οἱ ἄνθρωποι, τὸ θεῖον ἱκετηρίαις, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐξιλεάσκοντο. Τότε καὶ αὐτὸς ἐγὼ τῷ Βυζαντίῳ ἐπεχωρίαζον, μετιὼν τὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν.[b] Ὁ δὲ βασιλεὺς (δεῖ γὰρ τὸν λόγον τοῦ εἱρμοῦ ἐκτραπέντα ἐπ' αὐτὸν τοῦτον αὖθις ἐπαναγαγεῖν), ἐπεὶ τὰ τῶν ἐναντίων φρούρια εἷλεν ἀκονιτὶ, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου ἐπορεύετο παμπληθεῖ, καὶ πρὸ τῶν τειχῶν αὐτῆς πηξάμενος χάρακα, τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς συναγηοχὼς, ἐν περιωπῇ τε κατὰ τὸ ὕπαιθρον στὰς, ἔλεξε ταῦτα·[c] Τὰ μὲν ἐπέκεινα ταύτης ἀφωρισμένα τῆς πόλεως φρούρια τῇ τῆς προνοίας ῥοπῇ καὶ τῇ σφῶν ἐμπειρίᾳ μετὰ τῆς προσούσης ἀνδρείας εἵλομεν, ὡς ἴστε, συστρατιῶται, παρὰ πᾶσαν ὑπόνοιαν. Καὶ χάριν ὁμολογῶ πλείστην ὑμῖν, ὅτι πρὸς ἐμὲ τὸν ὑμῶν ἀφορῶντες ἡγεμόνα, οὐκ ὠκλάσατε περί τι τῶν ἀνδρῶν, ἃ πλεῖστα καὶ ἀπηχῆ ἐπιφέρειν οἶδεν ὁ πόλεμος, ἀλλ' οὕτω μετὰ προθυμίας καὶ λελογισμένης

ῥώμης

[a] Combefisius tertia. Pagi IV. 20.

[b] Vide supra 40 A. B.

Fol. 292 recto.

[c] Alius anctio dicendi, vide.

ῥώμης διηγωνίσασθε, ὥστε μηδὲν, οἷς προσεβάλομεν[a] τῶν φρουρίων, ὑπέρτερον γενέσθαι τῆς ὑμῶν ἀρετῆς, καὶ καταλειφθῆναι ἀνάλωτον. Οἶδα δὲ καὶ τὸ πρὸς τὴν κατασκαφὴν ταυτησὶ τῆς πόλεως πρόθυμον ὑμῶν, ὅπως ὀργᾶτε καὶ σφαδάζετε ἡ στρατιὰ, ταύτην κατεμπιπρώσειν καὶ δῃώσειν[b] πυρί. Ἀλλ' οἶκτός μέ τις ὑπεισέρχεται ταύτης, εἰ τρίτη τῶν περὶ τὴν οἰκουμένην τελοῦσα πόλεων, τῷ τε κάλλει καὶ τῷ μεγέθει τῶν περιβόλων (ὁρᾶτε γὰρ εἰς ὅσον ὕψος ἐπανατείνονται οὗτοι), ἔτι δὲ πλήθει τοῦ δήμου καὶ τῶν οἰκιῶν ἀμηχάνοις κατασκευαῖς, ἐρείπιον κείσεται, καθά τι φρούριον πενιχρόν. Τὸ δὲ τὴν Ῥωμαϊκὴν στρατιὰν κατὰ τὴν ταύτης κατατρίβειν ἐκπόρθησιν, καὶ τὰ ὑμῖν ὑποποιηθέντα τῷ πολέμῳ αὖθις διαφθείρειν τε καὶ λεηλατεῖν, οὔ μοι νῦν ἔχειν δοκεῖ. Ἐγὼ γὰρ ἐκεῖνον μάλιστα φαίην κηδεμονικὸν στρατηγὸν, τὸν ταῖς ἐπεξελάσεσι καὶ διαμελλήσεσι τὴν τῶν ἐναντίων κακοῦντα χώραν καὶ διαφθείροντα· τὸν δέ γε τὴν οἰκείαν ταῖς τῆς στρατιᾶς ἐκδρομαῖς καὶ αὖθις κατὰ χώραν ἀναστροφαῖς περιπολλύοντα καὶ ἐκτρίβοντα, τοῦτον ἀνόητον, μᾶλλον δὲ κακενθέστατον ὀνομάζειν οὐκ ἂν ἀποκνήσαιμι· παρόμοιόν τι διεργαζόμενον τῶν τῇ παροιμίᾳ κωμῳδουμένων κυνῶν, οἳ τοὺς λύκους τῶν προβάτων ἀποσοβεῖν ὀφείλοντες, καὶ τὰ βοσκήματα φυλάττειν ἀνεπιβούλευτα, οἱ δὲ, πρὸς τῷ μὴ ἀποσοβεῖν, μᾶλλον τῶν θηρίων αὐτοὶ διακόπτουσι καὶ διασπαράττουσιν. Εἰ οὖν δοκεῖ καὶ πείθεσθέ μοι, ἐπείπερ ὁ λόφος ὀχυρώτατος οὑτοσὶ καταφαίνεται, καὶ κατάρρυτός ἐστιν ὕδασιν, ὡς ὁρᾶτε, τοῦτον δὴ τειχιστέον ἐξαυτῆς, καὶ ἴλην ἱππέων καὶ σπεῖραν πεζῶν ἐν αὐτῷ ἐατέον· ὥστε καθ' ἑκάστην ἐπεξελάσεσι καὶ καταδρομαῖς, καὶ τῶν ἐπιτηδείων διαρπαγαῖς τὴν Ἀντιόχου τεταπεινώσωσι, καὶ εἰς ἀμηχανίαν δεινὴν κατακλείσαντες καὶ ἄκουσαν ἀναγκάσωσι, Ῥωμαίοις γενέσθαι ὑπόσπονδον. Εἶπεν ὁ βασιλεὺς, καὶ λίθον ἐπωμισάμενος (ἦν γὰρ περὶ τὰ τοιαῦτα μετριοπαθής τε καὶ ταπεινός), ἄνεισιν ἐπὶ τὸν λόφον, πάσῃ τῇ στρατιᾷ ταὐτὸ ποιεῖν διακελευσάμενος. Ἦν οὖν ἰδεῖν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἄστυ ἀνῳκισμένον ἐπὶ τὸν λόφον, εὐερκές τι καὶ ὀχυρώτατον. Φάλαγγα τοιγαροῦν πεντακοσίων ἱππέων, καὶ σπεῖραν χιλίων πεζῶν ἐν τῷ φρουρίῳ καταλιπὼν, καὶ ἀποχρῶσαν χιλὸν αὐτοῖς ἀποσιτισάμενος, ἐντειλάμενός τε ὁσημέραι ἐκδρομὰς κατὰ τῆς Ἀντιοχείας ποιεῖν, καὶ τὸ παρατυχὸν μαχαίρας ἔργον καὶ προνομῆς ἀπεργάζεσθαι, αὐτὸς ἐκεῖθεν ἀπάρας πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέζευξε, καὶ μεγαλοπρεπῶς πρὸς τῶν ἀστικῶν ὑποδεχθεὶς ἐκεῖσε διέτριβεν.

A *quodque potius tanta cum alacritate, consilio, fortitudine, rem gessistis, ut nullum cui nos admovimus castellum virtutem vestram superaverit, relictumque sit quin expugnetur. Neque minus perspecta mihi est vestra exscindendæ hujus urbis cupiditas, quantopere expetatis optetisque vos, legiones, diruere illam incendioque vastare. Verum commiseratio me quædam subit ejus, si quidem urbs, quæ tertium locum in orbe terræ obtinet, seu pulchritudinem atque magnitudinem mœnium (videtis enim in quantam altitudinem ea surgunt), sive multitudinem populi ædiumque infinitam supellectilem*
B *aspexeris, ruderibus obtecta jacebit, quasi castellum pauperculum. Neque magis exercitus Romani in ea evertenda commoratio, ut quæ a nobis domita jam bello sint pessundentur iterum diripianturque, videtur mihi rationem habere. Etenim ego hunc potissimum dixerim diligentem ducem, qui irruptionibus, qui stativis adversariorum loca vexat atque perdit: sed si quis suos fines cum excursionibus tum domum reversionibus copiarum pessundat atque conterit, hunc nulla vel potius mala mente præditum dicere non reformido. Similiter enim facit ut canes in fabula notati, qui cum lupos ab ovibus repellere debeant, pe-*
C *cudesque ab insidiis tueri, præterquam quod lupos non repellunt, ipsi magis quam hæ belluæ pecudes conscindunt atque dilaniant. Proinde, si vobis videtur mihique creditis, quandoquidem hic tumulus firmissimus videtur, irriguusque aquis est, illum evestigio communiamus, ala equitum et cohorte militum ibi relicta: ut quotidianis eruptionibus, decursionibus, alimentorum direptionibus, fractam Antiochiam, in angustiasque summas compulsam, vel invitam cogamus Romanorum se permittere ditioni.* Hac oratione habita, Imperator, lapidem in humeros extollens (erat enim popularis in ejusmodi rebus ac modestus),
D ascendit in tumulum, toto exercitu idem facere jusso. Apparebat igitur trium dierum spatio castellum in tumulo exædificatum, bene septum et munitissimum. Quo in castello postquam præsidium quingentorum equitum cohortemque mille militum cum cibariis idoneis reliquerat, jubens ut quotidie excursiones Antiochiam versus facerent, atque obvia quævis cædibus rapinisque exinanirent, ipse inde castris motis ad urbem imperatoriam rediit, splendideque a civitate receptus ibi est commoratus.

[a] *Lege* προσεβάλομεν, *vel certe aut* προσεβάλλομεν *aut* προσβάλλομεν.

[b] *Cod.* δηώσειν *(sic)*

Fol. 292 *verso.*

Castellum construitur proxime Antiochiam.

ΛΕΌΝΤΟΣ ΤΟΥ͂ ΔΙΑΚΌΝΟΥ

ἹΣΤΟΡΊΑΣ Ε'.

LEONIS DIACONI HISTORIÆ

LIBER V.

Nicephori gloria.

I. ITA eo quo supra demonstratum est A modo Nicephorus Imperator, Syriam oramque ejus maritimam emensus, postquam objecta omnia vel summoverat vel Mysorum prædam, ut aiunt, duxerat, plurimisque oppidis excisis in opportunissimis ad magnam Antiochiam locis castellum trium dierum spatio exædificaverat atque instruxerat, Constantinopolim rediit. Inde ad Carthaginiensium prætorem oratores legans impurissimi atque impiissimi Moamethis gladium misit, quem pro manubiis ex aliquo captorum in Palæstina castellorum abstulerat. Simul Nicetam patri- B cium repetit, cui prius contigerat, ut in Siciliensi Romanorum clade captivus factus huic Afrorum principi transmitteretur, sicut narratio significavit nostra. Litteris autem denunciat, si cunctaretur patricium restituere, neque evestigio illum vinculis solutum ad se mitteret, ut bellum infinitum exspectaret, finesque ipsius omnes, a Romanis exercitibus direptos, vastatum iri. Quibus nunciis Carthaginiensis exterritus, quasi quibusdam Scythicis jussionibus, ut in proverbio est, tum Nicephorum patricium, tum qui una cum illo captivi facti fuerant, et omnino Romanos quoscunque C diversis locis in custodia vinctos asservabat, Nicephoro Imperatori dono misit. Formido enim illum incesserat, de terrestri navalique apparatu nostro audientem. Quippe invictam Imperatoris vim, intolerabile in præliis atque inaccessum robur, quemadmodum nullo negotio adversarios quoslibet quasi divino quodam impulsu promte subigeret, verebantur

α'. Ἀλλ' οὕτω μὲν, ᾗπέρ μοι ἤδη ἐῤῥήθη, ὁ αὐτοκράτωρ Νικηφόρος Συρίαν καὶ τὰ παράλια ταύτης καταδραμὼν, καὶ τὸ ἀντιξοῦν ἅπαν ἐκποδὼν ποιησάμενος, καὶ λείαν Μυσῶν θέμενος, καὶ πλεῖστα πολίσματα καθελὼν, κἀν τοῖς ἐπικαιροτάτοις τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας φρούριον ἐρυμνὸν δομησάμενος ἐν τρισὶν ἡμέραις καὶ πολίσας, ἐς τὸ Βυζάντιον ἐπανέζευξεν. Ἐντεῦθεν παρὰ τὸν [a] τῶν Καρχηδονίων ἀρχὸν διεκηρυκεύσατο, καὶ τὸ τοῦ ἐναγεστάτου καὶ ἀσεβεστάτου Μωάμεθ ξίφος δῶρον ἐξέπεμπεν, ὅπερ λάφυρον ἔκ τινος τῶν κατὰ Παλαιστίνην ἁλόντων φρουρίων ἀνειλήφει, καὶ τὸν Πατρίκιον ἐξῄτει Νικήταν, ὃν συνέβη τὸ πρότερον ἐν τῷ περὶ Σικελίαν τῶν Ῥωμαίων πταίσματι δοριάλωτον ληφθέντα, τῷ τοιούτῳ τῶν Ἄφρων παραπεμφθῆναι κατάρχοντι, ὡς ὁ λόγος ἐδήλωσε. Διὰ γραμμάτων οὖν ἐπέσκηπτεν, ὡς, εἰ ἐνδοιάσῃ πρὸς τὴν τοῦ Πατρικίου ἀπόδοσιν, καὶ οὐκ ἐξαυτῆς τοῦτον ἀνήσοι [b] τε τῶν δεσμῶν, καὶ ὡς αὐτὸν παραπέμψῃ, πόλεμον ἀκήρυκτον ἥτω [c] προσδοκᾶν, καὶ πᾶσαν τὴν αὐτοῦ ἐπικράτειαν ἀπεκτεθῆναι, τοῖς Ῥωμαϊκοῖς δηϊουμένην στρατεύμασι. Ταῖς τοιαύταις οὖν ὁ Καρχηδόνιος ἐκδειματωθεὶς ἀγγελίαις, ὡς ἄλλαις τισὶ, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀπὸ Σκυθῶν ῥήσεσι [d], τόν τε Πατρίκιον Νικήταν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ληφθέντας δοριαλώτους, καὶ ὅσους Ῥωμαίων ἐκ διαφόρων χωρῶν ἐν εἱρκταῖς πεδήτας παρακατεῖχε, δῶρον τῷ βασιλεῖ Νικηφόρῳ ἐξέπεμπε· δέος γὰρ αὐτὸν ὑπεισῄει, ἐκ στρατείας καὶ ἔκπλου τούτου ἐνωτισάμενον. Τὸ γὰρ ἀκαταγώνιστον τοῦ ἀνδρὸς, κἀν ταῖς μάχαις ἀνυπόστατον καὶ ἀπρόσιτον, καὶ ὅπως εὐπετῶς τὸ ἀντίπαλον ἅπαν ὡς ἔκ τινος θείας ῥοπῆς ἀνείκτως κατεστρέφετο, ἔφριττόν τε πάντα ἔθνη καὶ ἐπε-

[a] Cod. τῶν.
[b] Sic Codex, f. ἀνῇ.
[c] Sic Codex: imperativo vero ac si esset ἔστω.
[d] Vide supra 28. A

ὑπέπτησσε, καὶ οὐ πολέμιον ἔχειν, ἀλλὰ φίλον καὶ δεσπότην ἠπείγετο. Οὕτω μὲν δὴ ὁ Πατρίκιος Νικήτας καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ῥωμαίων αἰχμάλωτοι τῶν δεσμῶν ῥυσθέντες καὶ τῆς εἱρκτῆς, πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐπανήεσαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς Νικηφόρος ἥσθη τε, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἡμέραν ἦγεν ἑόρτιον, καὶ τὰς εὐχαριστηρίους τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ τῶν ὁμοφύλων ἀπολυτρώσει ἀπεδίδου εὐχάς. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα κατά τε τὴν Συρίαν καὶ τὸ Βυζάντιον τῷ βασιλεῖ διεπράττετο, ὁ πρὸς τοὺς Ταυροσκύθας σταλεὶς βασιλικῷ νεύματι Καλοκύρης ὁ Πατρίκιος, κατὰ τὴν Σκυθίαν γενόμενος, καὶ τῷ τῶν Ταύρων κατάρχοντι φιλιωθεὶς, δώροις τε τοῦτον διαφθείρας καὶ λόγοις καταγοητεύσας ἐπαγωγοῖς (φιλοκερδὲς δὲ ἅπαν ἐκτόπως τὸ Σκυθικὸν, καὶ λίχνον ὅτι μάλιστα, καὶ ἐπιρρεπὲς πρὸς λημμάτων ὑπόσχεσιν καὶ ἀνάληψιν) ἀνέπεισε στρατιὰν συναγηοχότα βαρεῖαν, ἐλαύνειν κατὰ Μυσῶν· τούτους δὲ καταγωνισάμενον ὑποποιήσασθαι μὲν τὴν χώραν καὶ ταύτην παρακατέχειν εἰς ἴδιον ἐνδιαίτημα· αὐτῷ δὲ κατὰ Ῥωμαίων συνάρασθαι, ὅπως κατάσχοι τὴν βασιλείαν, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἡγεμονίας ἐπιβεύξοιτο. Μεγάλας δὲ καὶ ἀνεκδιηγήτους τὰς ὠφελείας αὐτῷ πράξειν καθυπισχνεῖτο, ἐκ τῶν βασιλικῶν ταμείων συνεκφορήσαντα.

β'. Τούτων τῶν λόγων ὁ Σφενδοσλάβος ἀκουτισθεὶς (τοῦτο γὰρ πρὸς τῶν Ταύρων κατωνομάζετο) οὐχ οἷός τε ἦν ἐπισχεῖν τὴν ὁρμήν· ἀλλὰ, μετέωρος ταῖς ἐλπίσι τοῦ πλούτου γενόμενος, ὀνειροπολῶν τε τὴν τῆς χώρας κατάσχεσιν τῶν Μυσῶν, καὶ ἄλλως δὲ θερμουργός τις ὢν καὶ θρασὺς, ἀλκιμός τε καὶ ῥέκτης ἀνὴρ, πᾶσαν ἡβῶσαν ἡλικίαν τῶν Ταύρων πρὸς τὴν ἐκστρατείαν κατήπειγεν. Ἑξήκοντα τοιγαροῦν χιλιάδων[b] ἀκμαίων ἀνδρῶν στρατιὰν συναγείρας, ἐκτὸς τοῦ φορτικοῦ, ἅμα τῷ Πατρικίῳ Καλοκύρῃ, ὃν καὶ ὁμαίμονα προσήκατο φιλίας θεσμοῖς, ἐχώρει κατὰ Μυσῶν. Ἄρτι δὲ παραπλέοντας τὸν Ἴστρον, καὶ πρὸς τὴν ἐπὶ τῆς ἠπείρου ἀπόβασιν ἐπειγομένους, αἰσθόμενοι τὸ δρώμενον οἱ Μυσοὶ, εἰς τρισμυρίων ἀνδρῶν συναγομένην φάλαγγα συνασπίσαντες ὑπηντίαζον. Ἀλλ' ἐρρωμενέστατα τῶν πορθμείων ἀποβάντες οἱ Ταῦροι, τά τε σάκη προβαλόντες, καὶ τὰ ξίφη σπασάμενοι, ἐπιστροφάδην ἔπληττον τοὺς Μυσούς. Οἱ δὲ, μηδὲ τὴν πρώτην ῥοπὴν ἐνεγκόντες, εἰς φυγαδείαν ἐτράποντο καὶ πρὸς τὸ Δορύστολον[c] (ἐχυρὸν δὲ φρούριον τοῦτο Μυσῶν) ἀγεννῶς συνεκλείοντο. Τηνικαῦτα δὲ λέγεται καὶ Πέτρον, τὸν ἡγήτορα

A omnes nationes atque obstupescebant, neque hostem habere illum, verum amicum ac dominum properabant. In hunc modum Nicetas patricius cæterique captivi Romani e vinculis eque custodia Constantinopolim reverterunt. Nicephorus autem Imperator, lætatus, ut par erat, diem egit festum, gratasque Deo ob popularium liberationem persolvit preces. Hæc dum in Syria atque in urbe ab Imperatore geruntur, Calocyres patricius, qui augusto nutu ad Tauroscythas missus fuerat, cum in Scythiam pervenisset, Taurorum Regi amiB citia junctus[a] muneribus eum corrupit, verbisque blandis fascinato (lucri enim cupida est extra modum universa Scytharum natio, avidaque in primis, ac proclivis, sive promittas quæstum, sive suppedites) auctor fuit, ut gravi coacto exercitu contra Mœsos proficisceretur: quibus debellatis ut regionem suæ potestatis faceret, eaque pro domicilio ipse uteretur, sibi vero adversus Romanos opem ferret, ut imperio potiretur, Romanorumque principatum obtineret. Id si præstaret, magna et quæ nec verbis exprimi possint emolumenta pollicetur se in illum ex sacro ærario C collaturum.

Fol. 193 recto.

Calocyres imperium affectat.

[a] Apud Combefisium IV ac hæc menda: Calocyri (sic) — cum in Syria (sic) veriens Taurorum amicitia junctus esset, ac muneribus eum (quem?) corrupisset.

II. Hanc orationem ubi Sphendoslabus audivit (sic enim à Tauris nominabatur), animi impetum cohibere non potuit: sed, divitiarum spe suspensus, agri Mœsici possessionem somnians, cum alioquin fervemis animi esset et audax, fortis item et industrius vir, Taurorum pubem omnem ad eam expeditionem excitavit. Sexaginta igitur millium vigentium virorum conducto exercitu, extra impedimenta, una cum Calocyre patricio, quem fratrem quoque amicitiæ vinculis sibi adjunxerat, D adversus Mœsos movit. Ita cum jam ad Istrum appelleret, in terramque exscensionem pararet, re cognita Mœsi exercitu ad triginta millia hominum confecto obviam venerunt. At animosissime e naviculis exscendentes Tauri, projectis scutis gladiisque districtis, strenue ceciderunt Mœsos. Hi, ne primam quidem impressionem ferentes, in fugam versi Dorystolum (munitum id oppidum Mœsorum) flagitiose coclusi sunt. Quo eodem tempore Petrum dicunt, ducem Mœsorum, virum religiosum atque venerabilem, nec opinata

[b] Sic Codex.

Rusi Bulgariam invadunt.

[c] Codex. Δορύσυλον.

A fuga gravius commotum, in morbum comitialem incidisse, cumque paulisper superfuisset ex hac vita migrasse. Verum hæc in Mœsia posterius acciderunt: Nicephorus autem Romanorum Imperator, ubi illa de Tauris intellexit, ut fuerat alioquin tota sua vita laboriosus, erectus, somno minime connivens, neque voluptatibus omnino serviens (neque enim quisquam potest dicere, se eum vel in adolescentia comessantem vidisse), tunc plurimis negotiis simul se dedit: pedestres copias instruebat, armabat manipulos, equestrem aciem in altitudinem disponebat, cataphractis obtegebat equites. B Item machinas missiles fabricatus per urbis propugnacula collocat, catenamque ponderosissimam e ferro factam ad turrim alligans, quam Centenarium vocare solent, in palos prægrandes impositam per Bosporum tetendit, adque propugnaculum Castelli, quod e regione est, applicuit. Tamen nihilominus, ut erat impiger et in consiliis peracutus, si quis alius, de quibus accepimus, mortalium, haud ex re sua existimavit, si adversus utramque nationem bellum susciperet. Commodum ergo illi visum est, earum nationum alteram sibi conciliare. Sic C enim existimabat, se parvo negotio superiorem fore contra alteram, eamque se brevi debellaturum.

III. Hinc, quandoquidem de compositione cum Tauris desperabat (sciebat enim patricium Calocyrem, qui a recta via semel declinasset, ipsiusque dominatum excussisset, cum multum apud Sphendoslabum posset, non facile ipsius voluntati morem gesturum), ad Mœsos potius, iisdem atque ipse religionibus deditos, legare constituit. Proinde oratores ad illos misit, Nicephorum patricium, cognomento Eroticum, et Philotheum, Euchaïtarum antistitem, D communisque persuasionis eos commonefecit (Christianorum enim fidem citra controversiam colunt Mœsi), virginesque generis regii ab iis poposcit, quas Romani Augusti filiis collocaret, ut ex affinitate inviolabilis inter Romanos ac Mœsos conciliatio atque amicitia firmaretur. Mœsi hilare legatione accepta puellas ex sanguine regio plaustris impositas (consueverunt autem mulieres Mœsorum plaustris vehi) Nicephoro Imperatori miserunt: orant, quamprimum sibi subveniret, securim

Imperatoris ad Bulgarus legatio.

[a] Melius πάθει: nam περιπεσεῖν cum accusativo soloecismum arbitror. Fol. 293 verso.

[b] Codex, καστελλίου: sed est Castellum Galatinum vel Constantinop. Christian. 4 C. quod Theophanes Chronograph. 331 C καστέλλιον τῶν Γαλάτου (sic) vocat.

[c] Cod. ἰκανῶς.

[d] Codex, ἀπεγνώκει.

[e] Cod. εὐεπίως.

[f] Cod. τῆ.

A τῶν Μυσῶν, ἄνδρα θεοφιλῆ καὶ σεβάσμιον, τῷ ἀπροσδοκήτῳ τῆς τροπῆς περιαλγήσαντα, ἐπιληψίας πάθος[a] περιπεσεῖν, καὶ ὀλίγον ἐπιβιώσαντα, τὸν τῇδε ὑπαπελθεῖν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν Μυσίαν ἐπράττετο ὕστερον· ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ Νικηφόρος, τὰ περὶ τῶν Ταύρων διαγνούς, καὶ ἄλλως δὲ παρὰ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν βιοτὴν μεμεριμνημένος τις ὤν, καὶ ἐγρηγορώς, καὶ μὴ νυστάζων, μηδέ τισιν ἡδοναῖς ὅλως δουλεύμενος (οὐδὲ γὰρ ἔχοι τις λέγειν, ὡς ἴδοι τοῦτον κωμάσαντα κἂν ἐν νεότητι), τότε παντοδαπός τις ἦν, καὶ τὴν πεζικὴν στρατιὰν ἐξήρτυε, καὶ τοὺς λόχους καθώπλιζε, καὶ τὴν ἱππικὴν φάλαγγα B ἐς βάθος διέταττε, καὶ πανσιδήρους ἱππότας ἀπέφαινε. Τάς τε μηχανὰς τὰς ἑκηβόλους τεκταινόμενος ἐπὶ τῶν τῆς πόλεως πυργωμάτων καθίδρυε, καὶ σειρὰν βαρυτάλαντον ἐκ σιδήρου πεποιημένην ἐπὶ τὸν πύργον ἐνδησάμενος, ὃν Κεντηνάριον κικλήσκειν εἰώθασιν, ἐπὶ φιτρῶν τε μεγίστων ἐφαρμοσάμενος, κατὰ τὸν Βόσπορον ἔτεινε, καὶ πρὸς τὸ τοῦ κατάντικρυς Καστελλίου[b] πύργωμα ἀνῆψε. Δραστήριος δὲ ὤν, καὶ βαθυγνώμων, εἰ καί τις[c] ἄλλος, ὧν ἴσμεν, ἀνήρ, ἀξύμφορον εἶναί οἱ διελογίζετο, εἰ πρὸς ἀμφότερα τὰ ἔθνη τὴν διαμάχην ἄροιτο. Συνοίσειν οὖν ἐδόκει εἶναι αὐτῷ, εἰ τὸ ἓν ὑποποιήσοι τῶν C ἐθνῶν. Οὕτω γὰρ ἐδόκει ῥᾷστα περιέσεσθαι τοῦ ἑνός, καὶ αὐτὸ ῥᾷστον καταγωνίσασθαι.

γ'. Ἐντεῦθεν, ἐπεὶ τὸ παρὰ τῶν Ταύρων ἀπεγνώκει[d] διακηρυκεύεσθαι (ᾔδει γὰρ τὸν Πατρίκιον Καλοκύρην ἅπαξ τῆς εὐθείας ἐκκλίναντα καὶ τῆς τούτου κυρίας ἀφηνιάσαντα, καὶ μέγα παρὰ τῷ Σφενδοσθλάβῳ δυνηθέντα, μὴ εὐεπίως[e] τῷ τούτου θελήματι πείσεσθαι), πρὸς τοὺς ὁμοθρήσκους Μυσοὺς ἐβουλεύσατο μᾶλλον πρεσβείαν στείλασθαι. Καὶ δῆτα πρέσβεις ὡς αὐτοὺς ἔστελλε, τόν τε Πατρίκιον Νικηφόρον, ᾧ τὸ ἐπώνυμον Ἐρωτικός, καὶ Φιλόθεον, τὸν τῶν Εὐχαΐτων D πρόεδρον, καὶ τῆς τε θρησκείας αὐτοὺς ὑπεμίμνησκε (τὰ Χριστιανῶν γὰρ ἀναντιῤῥήτως πρεσβεύουσιν οἱ Μυσοί), καὶ παρθένους τοῦ βασιλικοῦ γένους ἐξῄτει, ὡς συνάψῃ ζεύξας τοῖς τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμανοῦ παισί, καὶ ἀδιάῤῥηκτος ἐκ τοῦ κήδους ἡ, τῇ[f] πρὸς Ῥωμαίους καὶ τοὺς Μυσοὺς καταλλαγὴ καὶ φιλία ἐμπεδωθῇ. Οἱ δὲ Μυσοὶ ἄσμενοι τὴν πρεσβείαν ἐδέχοντο, καὶ κόρας ἐξ αἵματος τοῦ βασιλικοῦ ἐπὶ ἁμαξῶν ἀναβιβάσαντες (εἰθισμένον δὲ γυναιξὶ Μυσῶν, ἐφ' ἁμαξῶν ὀχεῖσθαι), τῷ αὐτοκράτορι Νικηφόρῳ ἐξέπεμπον, ἀπαμῦναι σφίσιν ὅτι τάχιστα ποτνιώμενοι, καὶ τὸν τοῖς αὐχέσιν αὐτῶν ἐπικείμενον πέλεκυν

πέλεκυν τῶν Ταύρων ἀποτρέψαι καὶ κενὸν ἀπεργάσασθαι. Καὶ κἂν ἐπήμυνε [a] τούτοις, καὶ τρόπαια κατὰ τῶν Ταύρων ἐστήσατο, ἐπεὶ καὶ κατὰ πάντων, πρὸς οὓς ἂν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντεπήνεγκε δύναμιν. Ἀλλ' ἀπὸ μικρᾶς ῥοπῆς αἰωρούμενα τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ὡς ἔκ τινος εἰπεῖν λεπτῆς [b] κρόκης ἐκκρεμαννύμενα, καὶ εἰς τὸ ἐναντίον εἴωθε περιχωρεῖν. Ἀνεπισφαλῶς γάρ τινες οἴονται νέμεσίν τινα θείαν καὶ φθόνον ἀνθρώπινον τοῖς ἐπισήμοις καὶ ἀλκιμωτάτοις ἀνδράσι προσίστασθαι, σφάλλοντα τούτους, καὶ περιτρέποντα, καὶ εἰς τὸ μηδὲν συνελαύνοντα. Οἷα δὴ καὶ τότε τῷ αὐτοκράτορι Νικηφόρῳ, κατὰ ῥοῦν αὐτῷ [c] φερομένων [d] τῶν πραγμάτων, καὶ ὡς οὐκ ἄλλῳ τῶν πρὸ αὐτοῦ ἡγεμονευσάντων, συμβέβηκεν. Ἐγὼ δὲ τοῦτό φημι, ὅτι ἀμηχάνῳ τοῦ κρείττονος προμηθείᾳ ἤδη τοῖς ἀνθρώποις εὐροοῦντα τὰ πράγματα εἰς τοὐναντίον ἀντιπεριΐσταται, ὡς ταύτῃ παιδευθεῖεν θνητοὶ ὄντες καὶ πρόσκαιροι, καὶ μὴ περαιτέρω φυσῷεν τοῦ προσήκοντος. Ἤδη γάρ τινες εὐπραγίαις ἐπιβάντες καὶ κατὰ τὰς μάχας εὐδοκιμήσαντες, θεοὺς ἀνειπεῖν [e] αὐτοὺς οὐκ ἐνάρκησαν, εἰς αὐτὴν τὴν πρόνοιαν ἐξυβρίσαντες. Παράδειγμα τούτων οἱ τοῦ Ἀλωέως παῖδες Ὦτος καὶ Ἐφιάλτης, εἰς οὐρανοὺς κατὰ τὸν μῦθον πειρώμενοι ἀνελθεῖν, καὶ Ναβουχοδονόσορ ὁ Βαβυλώνιος, εἰκόνα στησάμενος ἑαυτοῦ, καὶ ὁ Φιλίππου Ἀλέξανδρος, Ἄμμωνος υἱὸς ἀξιῶν ὀνομάζεσθαι. Εἰκότως οὖν τρεπτὰ καὶ παλίντροπα καθέστηκε τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα, οἷα δὴ καὶ τότε Ῥωμαίοις συνέβαινεν, ἀποβαλοῦσι μετὰ μικρὸν ἡγεμόνα τὸν ἑαυτῶν, οἷον οὐκ ἔσχεν ἄλλον ἡ Ῥωμαϊκὴ δυναστεία τὸ πρότερον. Εἰ γὰρ μὴ τῇ τούτου ἀναιρέσει εἰς τὸ ἔμπαλιν ἡ τύχη τούτοις ἀπέτρεχεν, οὐδὲν ἐνέδει, ἐπιβιοῦντος ἐκείνου, μὴ τὰ ὅρια πήξασθαι τῆς σφῶν ἐπικρατείας πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον κατὰ τὴν Ἰνδικήν, καὶ αὖθις ἐπὶ δυόμενον πρὸς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα. Ἀλλὰ γὰρ ἐπανακτέον τὸν λόγον, ὅθεν ἀπέκλινε τοῦ εἱρμοῦ.

δ΄. Οἱ μὲν δὴ Μυσοὶ χεῖρας ἱκέτιδας ἐφήπλουν, ἐπαμῦναι σφίσι δυσωποῦντες τὸν αὐτοκράτορα. Ἐν ᾧ δὲ πρὸς τὴν ἐκστρατείαν διεσκευάζετο, ἡ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας ἅλωσις ἐπηγγέλλετο, ἄρτι κατὰ τὰς ἐκείνου ὑποθήκας ἁλοῦσα, ἃς δὴ τοῖς καταλειφθεῖσι πρὸς αὐτοῦ εἰς τὸ ταύτην λεηλατεῖν στρατιώταις ἐπέσκηψε. Λέγεται γάρ, ὡς, ἐπείπερ ταῖς καθ' ἡμέραν καταδρομαῖς εἰς ἀμηχανίαν καὶ σπάνιν τῶν ἀναγκαίων ἐσχάτην συνηλαύνετο, τὸν Πατρίκιον Πέτρον καὶ στρατοπεδάρχην, τομίαν μὲν ὄντα, ῥέκτην

A Taurorum, suis cervicibus impendentem, averteret, irritamque redderet. Ac profecto si opitulatus esset illis, item tropæa de Tauris constituisset, ut de omnibus, quibus Romana signa intulerat. Verum enimvero parvo momento suspensæ res humanæ, tenuique filo, ut ita dicam, sublatæ, in contrariam quoque partem solent inclinari. Recte enim nonnulli opinantur, sicut malevolentiam quandam numinis, item invidiam hominum clarissimis potentissimisque viris adversari, eosque decipere, evertere, ad nihilum redigere.
B Quod idem tunc quoque Nicephoro Imperatori, cum secundo cursu illi omnia fluerent, magis quam ulli eorum qui ante principatum obtinuerint, accidit. Ego vero illud dico, singulari numinis providentia hominum secundas res in contrarium verti, uti sic discant, mortales se esse atque caducos, neque plus inflentur quam sit satis. Jam enim quidam prosperitatibus usi præliisque clari Deos se prædicare non sunt veriti, ipsam providentiam lacessentes. Cujus rei exempla sunt Aloeï filii Otus et Ephialtes, in cœlum, si fabulam audimus, ascendere conati, et
C Nabuchodonosor Babylonius, statuam ponens sibi, et Alexander Philippi F. qui Ammonis filium voluit se nominari. Haud injuria igitur mutabiles vicissitudinisque plenæ sunt res mortalium, velut tunc quoque Romanis uso venit, cum post paulo principem ipsorum amitterent, qualem nunquam antea habuit Romanum imperium. Quod si hujus cæde non retro se tulisset eorum fortuna, nihil aberat, quin illo superstite terminos ditionis versus orientem solem in India, versus obeuntem ad ipsos mundi fines constituerent. Verum reducenda est unde e contextu declina-
D vit oratio.

IV. In hunc modum Mœsi manus supplices pandebant, obsecrantes Imperatorem, ut sibi subveniret. Qui dum se ad expeditionem comparat, Antiochiæ magnæ expugnatio nunciata est, jam juxta mandata ipsius facta, quæ relictis a se ad eam vexandam militibus dederat. Dicitur enim, cum quotidianis decursionibus in angustiam inopiamque rerum necessariarum ultimam compulsa esset, Petrum patricium castrisque præfectum, qui, quamvis spado, strenuus

[a] Cod. ἐπήμυνας.

Fol. 194 recto

[b] Cod. λεπτῆς.

[c] Cod. αὐτῶν. [d] Codex, φερομένων. Deinde post ἡγεμονευσάντων videtur deesse verbum.

[e] Cod. ἀν εἰπεῖν.

Antiochia capta.

tamen alioqui esset atque fortissimus, Syriam pervadentem, eo cum copiis pervenisse, Michaëlemque illum ex tribunis, cui Burtzæ cognomen, ad explorandam urbem emisisse. Michaëlem una cum aliis electis hominibus, ubi propius accessisset, ascensu muri inspecto in castra reversum scalas altitudini turrium respondentes fabricasse; hisque in sarcinaria jumenta impositis, cum legione fortissimorum militum jam media nocte ad Antiochiæ mœnia iterum se contulisse, scalisque silentio ad muros positis per eas evasisse: excubitores Saracenorum, alto somno sepultos, gladiis confecisse. Ita Romanos murorum hoc modo potitos demisisse sese ex turribus, oppidum ubique incendisse: Antiochenos, improviso malo conturbatos, ad gemitus, ejulatus, desperationem summam venisse, quæsivisse, quid jam sibi esset agendum. Jam vero cum animo statuissent ad virtutem confugere, acriterque adversariis pede collato obsistere, ubi mane clarum subluxit, præcidit eorum impetum Petrus castrorum præfectus, cum exercitu in urbem per portas se inferens, quam prius oppidum ingressi Romani illi aperuerant. Antiochenses, cum adversus tantas copias ne suspicere quidem possent, abjectis armis ad preces supplices se converterunt. Quibus in servitutem datis restinctoque incendio, prætor, manubiis e præda delectis, oppidum vi tenuit, in murisque quod erat labefactatum communivit.

A δὲ τὴν ἄλλως καὶ ῥωμαλεώτατον, καταπρέχοντα Συρίαν, ἐκεῖσε μετὰ τῆς δυνάμεως ἀφικέσθαι, καὶ Μιχαὴλ ἐκεῖνον, ἐν ταξιάρχοις τελοῦντα, ᾧ Βούρτζης ἐπώνυμον, ἐπὶ κατασκοπὴν ἐκπέμψαι τῆς πόλεως. Τὸν δὲ μετὰ καὶ ἄλλων λογάδων ἀγχοῦ ταύτης γενόμενον, τὸν ἐπίβατον[a] τοῦ τείχους περισκοπῆσαι, καὶ [b]ἐπιαθόρμητον ἀπαλλαγῆναι πρὸς τὸ στρατόπεδον, κλίμακάς τε ἀναλόγους τῷ ὕψει τῶν πύργων τεκτήνασθαι· κἀν τοῖς ἀχθοφόροις ζώοις ταύτας ἐπιφορτίσασθαι, καὶ μετὰ λοχεῶνος γενναιοτάτων στρατιωτῶν ἤδη μέσων νυκτῶν τὸν τῆς Ἀντιοχείας περίβολον αὖθις καταλαβεῖν, ἠρεμαί[c] τε ταύτας προσερείσαι τῷ τείχει καὶ ἀνιέναι διὰ
B τῶν κλιμάκων· τοὺς δὲ φύλακας τῶν Ἀγαρηνῶν, βαθεῖ τῷ ὕπνῳ καθεύδοντας, τοῖς ξίφεσι διαχρήσασθαι. Ἐγκρατεῖς δὲ τῶν τειχῶν τὸν τρόπον τοῦτον Ῥωμαίους γεγενημένους καταβῆναί τε τῶν πύργων, καὶ πανταχόσε τὸ ἄστυ πυρπολεῖν· Ἀντιοχεῖς δὲ, τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντας, εἰς οἰμωγὰς καὶ θρήνους τραπῆναι καὶ ἀμηχανίαν δεινὴν, διενθυμουμένους ὅ, τι καὶ δράσειεν. Ἤδη δὲ πρὸς ἀλκὴν ὁρμᾷν διαλογιζομένων, καὶ ῥωμαλέως τοῖς ἐναντίοις συστάδην ἀντικαθίστασθαι, τῆς ἕω τηλαυγῶς ὑπαυγαζούσης, προέφθασε τὴν ἐκείνων ὁρμὴν ὁ στρατοπεδάρχης Πέτρος, μετὰ
C τῆς δυνάμεως εἰς τὴν πόλιν διὰ τῶν πυλῶν εἰσελάσας, ἃς οἱ προκαταλαβόντες τὸ ἄστυ Ῥωμαῖοι αὐτῷ ἀνεπέτασαν. Ἀντιοχεῖς δὲ πρὸς τοσαύτην στρατιὰν μηδὲ ἀντωπεῖν ἐξισχύοντες, τὰ ὅπλα ῥίψαντες, εἰς ἱκετείαν ἐτράποντο. Οὓς ὁ στρατοπεδάρχης ἀνδραποδισάμενος, καὶ τὴν πυρκαϊὰν ἀποσβέσας, καὶ τῶν σύλων ἐξελὼν τὰ ἀκροθίνια, τήν τε πόλιν κατὰ κράτος κατεῖχε, καὶ τῶν τειχῶν τὰ ἐπισφαλῆ ἐκραταίωσε.

V. Nobilis atque magna Antiochia hunc in modum a Romanis capta et vastata est. Cujus de expugnatione cum Imperator audisset, rem læte tulit, numinique gratulationem fecit. Forteque evenit, ut tunc Angelorum synaxis interveniret: ibi monachum dicunt ex iis qui vitam solitariam agunt, codicillos tradidisse Imperatori, continuoque e conspectu evanuisse. Illos cum explicasset Imperator, argumentumque intellexisset, fuisse eorum significationem ejusmodi: *Mihi, tametsi vermis sum, a providentia patefactum est, Domine, a vita te recessurum mense tertio post Septembrem modo præterlapsum.* Neque Imperator, quamvis multum investigans, reperire potuit hunc monachum. Atque inde in

έ. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἡ περιφανὴς καὶ μεγάλη Ἀντιόχεια πρὸς τῶν Ῥωμαίων ἥλω τε καὶ ἐπορθήθη. Τὴν γοῦν ταύτης ὁ αὐτοκράτωρ ἀκηκοὼς κατάσχεσιν, ἐγεγήθει τε, καὶ τῷ κρείττονι
D εὐχαριστήρια ἔθυσεν. Ἔτυχε δὲ τότε τὴν τῶν Ἀσωμάτων ἀπαντῆσαι σύναξιν, ἐν ᾗ καὶ μοναχόν τινα λέγεται τῶν ἐρημικῶν ἐπιστόλιον ἐπιδόντα τῷ βασιλεῖ, ἐκποδὼν ἐξαυτῆς οἴχεσθαι. Τὸν δὲ ἀνελίξαί τε τοῦτο, καὶ τὸν νοῦν αὐτοῦ ἀναλέξασθαι· εἶναι δὲ τὴν τούτου ἔμφασιν τοιαύτην· Ἐμοὶ τῷ σκώληκι παρὰ τῆς προνοίας ἀπεκαλύφθη, βασιλεῦ, μεταναστῆναί σε τῶν τῇδε τῷ μετὰ τὸν παρελθόντα Σεπτέμβριον τρίτῳ μηνί. Πολλὰ τοίνυν ἀναψηλαφήσας ὁ βασιλεὺς, οὐχ εὗρε τὸν μοναχόν. Ἐντεῦθεν ἐν κατηφείᾳ διῆγε καὶ σκυθρωπότητι· ἐπὶ κλίνης τε τὸ παράπαν

[a] Sic Codex. Fol. 294 verso.

[c] Sic Codex, pro ἠρέμα.

ἔκτοτε οὐκ ἐβουλήθη διαναπαύσασθαι, ἀλλ' ἐπ' ἐδάφους ὑποστρωννύων δέρμα παρδάλεως, καὶ κοκκοβαφῆ[a] πῖλον, ἐπὶ τούτων ἐκάθευδε, μανδύῃ τῷ τοῦ μοναχοῦ Μιχαὴλ καὶ θείου αὐτοῦ, ᾧ Μαλεῖνος[b] ἐπώνυμον, ἄνωθεν ἐπικαλύπτων αὐτοῦ τὸ σωμάτιον· ἐν οἷς εἴθιστο καθεύδειν, ὁπηνίκα τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν τις ἐνίσταιτο, καὶ τῶν μυστηρίων Χριστοῦ τῶν ἀχράντων ἐβούλετο μετασχεῖν. Κατὰ ταύτας δὲ τὰς ἡμέρας συνέβη καὶ τὸν Καίσαρα Βάρδαν, τὸν τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου πατέρα, τοῦ βίου μεταναστῆναι, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη διαβιώσαντα, καὶ τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις ἐξ αὐτῆς ἥβης καταγηράσαντα, καὶ πολλὰ τρόπαια καὶ νίκας ἐν τοῖς κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθήμασιν ἀναδησάμενον. Ὃν ἐπένθησεν ὁ βασιλεὺς τεθνηκότα, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐκ τῶν ἀνακτόρων τε καὶ μέχρι τῆς οἰκίας αὐτοῦ κατὰ μεσημβρίαν κειμένης τοῦ ἄστεος, πρὸς τὸ κάταντες τῆς ἐπὶ θάλασσαν φερούσης ὁδοῦ, ἵνα ὁ τῆς Σοφίας λιμὴν ἥπλωται, τὸν τούτου νεκρὸν προέπεμψε, καὶ τῇ σορῷ παρέστειλε. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας τοῦ ἐπὶ τῷ πατρὶ πένθους τῷ βασιλεῖ ὑπολωφήσαντος, εὐκαιρίας ἡ Αὐγοῦστα Θεοφανὼ δραξαμένη, πρόσεισι τούτῳ καταμόνας, πολλὴν συνείρουσα λόγων πειθὼ, Ἰωάννην τε τὸν Μάγιστρον, ᾧ Τζιμισκῆς τὸ ἐπώνυμον, οὐκ ἀνίει ἐξαιτουμένη, προσλιπαροῦσά τε καὶ ποτνιωμένη. Καὶ δικαίαν δῆθεν τὴν σκῆψιν προϊσταμένη, καὶ, Ἵνα τί[c] πάντα μέτρῳ καὶ σταθμῷ ῥυθμίζων τὰ σὰ, βασιλεῦ, ὡς ἀκριβῆ στάθμην εἶναί σε καὶ κανόνα σωφροσύνης εὐθυτενῆ, παρορᾷς ἄνδρα γενναῖον οὕτω καὶ νεανικὸν, ἀριπρεπῆ[d] τε κατὰ τὰς μάχας τυγχάνοντα καὶ ἀκαταγώνιστον, ἐγκυλινδεῖσθαι[e] τῷ βορβόρῳ τῶν ἡδονῶν, καὶ βίον μεταδιώκειν παρεξωρισμένον καὶ ἄνετον, σφριγῶντα καὶ αὐτὸν τῆς ἡλικίας ἄγοντα τὴν ἀκμὴν, καὶ ταῦτα αὐτανεψιὸν τοῦ σοῦ πεφυκότα κράτους, λαμπρὰν τε τοῦ γένους ἕλκοντα τὴν σειράν; Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, κέλευε τὴν ταχίστην, τῶν χώρων ἵνα διατρίβει ἀπάραντα, ἀφικέσθαι τε πρὸς ἡμᾶς καὶ συζύγῳ τῶν εὐγενῶν ἁρμοσθῆναι· τὴν γὰρ ἤδη νόμῳ γάμου προσαρμοσθεῖσαν αὐτῷ ὁ πικρὸς, ὡς οἶσθα, καὶ λυσιμελὴς[f] ἐξεθέρισε θάνατος. Εἶξον λοιπὸν, βασιλεῦ, καὶ εἰσηγουμένῃ τὰ δέοντα πείσθητι, καὶ μὴ προκείσθω ταῖς ἀκολάστοις γλώσσαις κωμῳδία καὶ σαρκασμὸς ὁ ἐκ τοῦ σοῦ γένους ἀναδραμὼν, καὶ ταῖς τῶν πολέμων ἀνδραγαθίαις παρὰ πάντων μεγαλαυχούμενος.

ϛ'. Τούτοις τοῖς λόγοις μετελθοῦσα τὸν αὐτοκράτορα καὶ, ὡς τὸ εἰκὸς, καταγοητεύσασα

A mœrore versatus est ac squalore: omninoque in lecto cubare eo ex tempore noluit: sed super pelle pantherina crassoque coactili coccino humi stratis dormiebat; pallio autem Michaëlis monachi, patrui ipsius, cui Maleino cognomen fuerat, superne contegebat sibi corpus: quibus in rebus pernoctare consueverat, quoties, imminente dominica solemnitate aliqua, intemeratis Christi mysteriis constituerat frui. Iisdem prope diebus accidit, ut Bardas Cæsar, Nicephori Imperatoris pater, ex hac vita migraret, natus annos am- B plius nonaginta, cum in numeris militaribus ab ipsa pubertate consenuisset, triumphos atque victorias facinoribus bellicis complures adeptus. Hunc Imperator mortuum, ut par erat, luxit: eque palatio usque ad domum ejus, in parte australi urbis sitam, in clivo viæ qua ad mare itur, Sophiæque portus panditur, corpus ejus prosecutus est, et in arca composuit. Aliquot post diebus, cum esset paululum levata Imperatoris de patre ægritudo, Theophano Augusta, opportunitate usa, secreto eum adiit, multamque connectens in verbis suaviloquentiam, pro Joanne Magistro cogno- C mento Tzimisce deprecari implorando atque obtestando non intermisit. Speciosam nimirum causam prætexens, *Cur,* inquit, *tu qui modo et ratione omnia facis, Domine, adeo ut sis consummatum exemplum ac norma accerrima temperantiæ, nullo loco numeras, virum tam fortem et animosum, clarum bello atque invictum, volutari in luto voluptatum, vitamque agere extorrem et otiosam! Et tamen viget ille ipso ætatis robore, tum etiam consobrinus tuæ majestatis est, illustrem trahit generis seriem. Verum, si videtur, jube illum quamprimum, rure ubi est relicto, ad nos venire, et uxorem aliquam e patriciis ducere. Quam enim prius* D *in matrimonio habebat, acerba, ut scis, ac membra solvens mors perculit. Cede igitur, Domine. Quod suadeo, rectum est. Gere mi morem. Ne jaceat ad ludibrium et irrisionem linguarum petulantium qui et genere te attingit, et ob bellica facinora ab omnibus prædicatur.*

VI. His vocibus insectans Imperatorem et, ut fit, fascinans (studebat

[a] *Codex,* κοκκοβαφῆ. *Sed* κοκκοβαφῆ *infra* 53. *A*

[b] *Sic Codex.* Fol. 195 recto

Mors Bardæ Cæsaris, patris Nicephori.

[c] *Videtur hic deesse* σοι.

[d] *C.* ἀριπρεπῆ.

[e] *Codex,* ἐγκαλινδεῖσθαι.

[f] *C.* λυσιμελής.

Tzimisces deprecante Augusta in urbem accersitus.

enim Augustæ plus quam attinebat, eratque forma ejus mirabiliter captus), persuasit illi ut Joannem accerseret, quo Constantinopolim protinus is se conferret. Eo cum pervenisset, ad Imperatorem admissus, postea quam vetitus fuerat singulis diebus in palatium venire, tunc quidem evestigio domum se recepit: deinde tamen aulam frequentare non intermisit. Nam cum esset vir fervida natura, et confidens, si quisquam fuit unquam, et ad res immanes tentandas audacissimus, modum reperit, quemadmodum per quosdam occultos aditus ab Augusta paratos clam introiret, in ejusque veniret colloquium, et Imperatoris Nicephori remotionem a principatu meditaretur. Proinde homines robustos ac bello strenuos ex intervallis ad Augustam submisit, quos illa receptos in cella tenebricosa prope ipsam collocavit. Postquam vero eorum conspiratio, conceptu in nefas facto, calamitatem et truculentum scelus parturiens, atrocem impietatem jam erat prolatura, iterum inter se ex more convenientes Nicephorum Imperatorem de imperio detrudere statuerunt. Ita Joannes domo egressus Michaëlem cognomento Burtzam et Leonem Pediasimum introvocat: clausa cella cum his Nicephori Augusti cædem machinatur. Agebatur tunc mensis Decembris dies decimus. Vespera fertur sub tempus precum clericus quidam ex aula palatina libellum porrexisse Imperatori, quo in libello scripta erant hæc: *Notum sit tibi, Domine, mortem parari tibi hac nocte atrocem. Quod autem vera sunt hæc, jube gynæceum inspiciatur, in quo homines armati deprehendentur, qui effecturi sunt tuam cædem.* Lecto libello Imperator Michaëlem, cubiculi præfectum, inquisitionem diligentem horum virorum facere jussit: is vero, sive Augustam veritus, sive tarditate usus, vel etiam sinisteritate prætergressus, cellam, in qua percussorum manus consederat, inexploratam reliquit. Ubi jam nox supervenit, Augusta, ut consueverat, ad Imperatorem introivit, ac sermonem orsa de sponsis, quæ ex Mœsia modo venerant, *Vado*, inquit, *cultum harum curatura; posthæc revertar ad te: at sodes sine apertum cubiculum, ne sit clausum in præsenti; quando revenero, tum ego claudam.* Hæc ad eum fata it foras. Imperator per totam noctis vigiliam consuetas preces ad numen

Indicia conjurationis.

[a] Vel ἐπισκήψεως verendum est interdicta, vel decet post βασιλείοις nego. τὸ μὴ seu οὐχ. Vide Cedrenum 662. B

Fol. 295 verso.

[b] f. τολμηρὸς, at 23 C 36 B C

[c] f. ἀνακτορίων. Vide notas.

[d] l. αὐτήν.

[e] f. φονευτῶν, s. φονευτῶν.

A (εὔνοιαν γὰρ ὑπὲρ τὸ προσῆκον παρεῖχεν αὐτῇ, ἐκτόπως τῆς ὥρας ταύτης ἡττώμενος), ἀνέπεισεν εἰσκαλέσαι τὸν Ἰωάννην, καὶ θᾶττον ἀπαντῆσαι πρὸς τὸ Βυζάντιον. Ὁ δὲ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰσελάσας καὶ τῷ βασιλεῖ παραστάς, ἐπείπερ ἐπισκήψεις ἐδέξατο τοῖς βασιλείοις[a] ὁσημέραι φοιτᾶν, τότε μὲν ἐφ' ἑστίας εὐθὺς ἀπηλλάττετο· μετέπειτα δὲ παρὰ τὴν βασίλειον αὐλὴν οὐ διελίμπανεν ἀνιών. Ἅτε δὲ θερμουργός τις ἀνὴρ πεφυκώς, καὶ τολμήσας[b] εἰ καί τις ἄλλος, καὶ πράγμασιν ἐπιχειρεῖν ἀλλοκότοις παραβολώτατος, ἐξεῦρε μηχανήν, ὥστε διά τινων ἀφανῶν εἰσόδων πρὸς τῆς Αὐγούστης ἑτοιμασθεισῶν ὑποδύεσθαί τε καὶ εἰς λόγους ταύτῃ συνέρχεσθαι, B καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου τῶν ἀνακτόρων μελετῆσαι καθαίρεσιν[c]. Ἐντεῦθεν ἄνδρας ῥωμαλέους καὶ νεανικοὺς τὰ πολέμια ἐκ διαλειμμάτων πρὸς αὐτὸν[d] ἐξέπεμπεν, οὓς ὑποδεχομένη ἐν οἰκίσκῳ σκοταίῳ παρ' αὐτῇ παρεφύλαττεν. Ἐπεὶ δὲ πόνον ἡ τούτων ἐπὶ κακῷ συλλαβοῦσα συμφωνία καὶ δεινὴν ἀδικίαν ὠδίνασα, τὴν πονηρὰν τεκεῖν ἀνομίαν ἠπείγετο, συνελθόντες αὖθις ἀλλήλοις κατὰ τὸ σύνηθες, τὸν αὐτοκράτορα Νικηφόρον τῆς ἀρχῆς καταστῆσαι διέγνωσαν. Ἐκεῖθεν ἐφ' ἑστίας ὁ Ἰωάννης ἀπαλλαγείς, Μιχαήλ τε, τὸν καλούμενον C Βούρτζην, καὶ Λεόντα τὸν Πεδιάσιμον εἰσκαλέσας καὶ τὸ δωμάτιον κλείσας, τὴν τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου μετ' αὐτῶν ἐσκαιωρεῖτο ἀναίρεσιν. Μὴν ἐφειστήκει τότε Δεκέμβριος, δεκάτην ἐλαύνων ἡμέραν. Λέγεται δὲ κατὰ τὴν ἑσπέραν παρὰ τὸν καιρὸν τῆς ὑμνῳδίας κληρικόν τινα τῆς βασιλείου αὐλῆς λίβελλον ἀναδοῦναι τῷ βασιλεῖ, ἐν ᾧ ταῦτα ἐγέγραπτο· Γνωστὸν ἔστω σοι, βασιλεῦ, ὡς ὄλεθρός σοι ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἐπικατήρτυται χαλεπός. Ὅτι δὲ ἀληθῆ ταῦτα, ἡ γυναικωνῖτις ἐρευνηθήτω, ἐν ᾗ ἄνδρες ἔνοπλοι καταληφθήσονται, οἱ τὴν σὴν μέλλοντες αὐτουργῆσαι σφαγήν. Τὸν γοῦν λίβελλον ὁ βασιλεὺς ἀναγνούς, Μιχαὴλ τῷ τοῦ κοιτῶνος D κατάρχοντι ἔρευναν ἀκριβῆ τῶν ἀνδρῶν ποιῆσαι παρεκελεύσατο· ὁ δέ, εἴτε τὴν Αὐγοῦσταν καταιδεσθείς, εἴτε μελλήσει χρησάμενος, ἢ καὶ θεοβλαβείᾳ παρενεχθείς, παρῆκε τὸ δωμάτιον, ἐν ᾧ τὸ τῶν φόνων τῶν[e] ἀνδρῶν καθῆστο σίφος, ἀνεξερεύνητον. Ἤδη δὲ τῆς νυκτὸς ἐπελθούσης, κατὰ τὸ εἰθισμένον ἡ βασιλὶς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα εἰσφοιτήσασα, λόγους δὴ περὶ τῶν ἐκ Μυσίας νεωστὶ ἀφιγμένων νυμφῶν, ὅτι, Ἄπειμι τὰ πρὸς θεραπείαν αὐτῶν ἐπισκήψασα, ἔπειτα δὲ φοιτήσω πρὸς σέ· ἀλλ' ἠνεῳγμένος ὁ κοιτωνίσκος ἔστω, καὶ μὴ κλειέσθω τὰ νῦν· παλινοστήσασα

νοσήσαντα γὰρ ἐγὼ τοῦτον κλείσω λοιπόν. Ταῦτα προσειποῦσα ἐκεῖθεν ἐξῄει. Ὁ δὲ βασιλεὺς δι' ὅλης μὲν τῆς φυλακῆς τῆς νυκτὸς τὰς συνήθεις εὐχὰς ἀνέπεμπε τῷ Θεῷ, καὶ τῇ μελέτῃ τῶν θείων γραφῶν διεσχόλαζε. Ἐπεὶ δὲ τὸν ὕπνον ἡ φύσις ἀπῄτει, πρὸ τῶν σεπτῶν εἰκόνων τῆς τε θεανδρικῆς τοῦ Χριστοῦ μορφῆς, καὶ τῆς Θεομήτορος, καὶ τοῦ θείου προδρόμου καὶ κήρυκος, παρὰ τὸ παρδάλειον δέῤῥος καὶ τὸν κοκκοβαφῆ πῖλον, ἐπ' ἐδάφους διανεπαύετο.

ζ. Οἱ δὲ πρὸς τῆς Αὐγούστης ὑποδεχθέντες ὑπηρέται τοῦ Ἰωάννου, τοῦ δωματίου ξιφήρεις ἐκπηδήσαντες, τὴν ἐκείνου ἄφιξιν προσεδέχοντο[a], περὶ τὰ ὕπαιθρα τῶν βασιλείων ὑπερῴων καρασκοπούμενοι. Πέμπτην τῆς νυκτὸς ὥραν ὁ γνώμων ἤδη κατεπηγγέλλετο· δριμεῖα δέ τις βορέου αὔρα τὸ τοῦ ἀέρος ἐπεῖχε κατάστημα, καὶ χιὼν ἐχεῖτο πολλή· καὶ ὁ Ἰωάννης ἀφίκετο[b] μετὰ τῶν συνωμοτῶν, ἐπὶ λέμβου τὸν αἰγιαλὸν παραπλέων, καὶ τῆς ἠπείρου προσεπιβαίνων, ἵνα ὁ λίθινος λέων τὸν ταῦρον ζωγρεῖ (Βουκολέοντα τὸν τόπον κέκληκεν ἡ συνήθεια)· ὃς τοῖς ἄνωθεν ἐπὶ τῶν ὑπαίθρων προκύπτουσιν ὑπηρέταις συρίττων ἐπεγινώσκετο. Τοιοῦτον γὰρ τοῖς παλαμναίοις ἐδέδοτο σύνθημα. Κόφινον οὖν καλωδίοις ἐξηρτημένον χαλάσαντες ἄνωθεν, καθ' ἕνα τοὺς συνωμότας πρότερον ἅπαντας ἀνιμήσαντο, ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Ἰωάννην αὐτόν. Ἀνελθόντες οὖν παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ὑπόνοιαν, καὶ τὰ ξίφη γυμνώσαντες, εἰς τὸν βασιλικὸν εἰσελαύνουσι θάλαμον, καὶ τὴν κλίνην καταληφότες, καὶ ταύτην εὑρόντες κενὴν καὶ μάτην ἐν αὐτῇ διαναπαυόμενον, ἐξεπλάγησαν ὑπὸ τοῦ δέους, καὶ καταχρημνίζειν αὐτοὺς ἐπειρῶντο πρὸς θάλασσαν. Ἀλλ' ἀνδράριόν τι τῶν ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος ἰταμῶν, αὐτῶν ἡγησάμενον, ὑποδεικνύει τὸν βασιλέα καθεύδοντα, ὃν κύκλῳ περιστάντες ἐνύττον τοῖς ποσὶν ἐναλλόμενοι[c]. Διϋπνισθέντα δὲ τοῦτον καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπ' ἀγκῶνος ἐρείσαντα, ξίφει βιαίως παίει Λέων ὁ Βαλάντης ὀνομαζόμενος. Ὁ δὲ περιαλγήσας τῷ τραύματι (μέχρι[d] τῆς ὀφρύος καὶ τῆς βλεφαρίδος[e] τὸ ξίφος καθίκετο, ἀπαράξαν μὲν τὸ ὀστοῦν, μὴ πλῆξαν δὲ τὸν ἐγκέφαλον), Θεοτόκε, βοήθει, ἐξέκραγε γεγωνοτέρᾳ φωνῇ· ἐῤῥεῖτο δὲ πανταχόθεν τῷ αἵματι καὶ καταφοινίσσετο. Ὁ δὲ Ἰωάννης, ἐπὶ τῆς βασιλικῆς καθίσας στρωμνῆς, ἑλκύσαι ὡς αὐτὸν τὸν βασιλέα παρεκελεύσατο. Ὃν ἑλκυσθέντα, ὀκλάζοντά τε καὶ ἐπὶ τὸ ἔδαφος διαῤῥέοντα (οὐδὲ γὰρ οἷός τε ἦν ἐπὶ γόνυ ἀνίστασθαι, καταβληθείσης αὐτῷ τῆς

A sublime misit, inque meditatione sacrorum voluminum est versatus. Ubi vero somnum natura postulavit, pro venerandis imaginibus deivirilis formæ Christi, itemque Deiparæ et divini præcursoris atque præconis, humi, super pelle pantherina et coactili coccino, quieti se tradidit.

VII. Inter hæc Joannis administri, quos Augusta receperat, e cella cum B gladiis emersi adventum ejus præstolabantur, e solario fastigiorum palatii speculantes. Jamque quintam noctis horam gnomon indicabat: gelida aquilonis aura regiones perflabat aërias, nix autem delabebatur plurima: cum Joannes advenit cum conjuratis, in navicula littus legens, atque ubi leo lapideus taurum capit (Bucoleonem locum vocant vulgo), in terram exit; estque ab adjutoribus, superne e solario intentis, sibilo agnitus. Ejusmodi enim impiis datum erat signum. Proinde sporta per restes alligatas desuperne demissa, primo conjuratos omnes sigillatim attraxe- C runt, deinde ipsum quoque Joannem. Ita cum præter omnem opinionem humanam evasissent, districtis gladiis irrumpunt in Imperatoris cubiculum, lectumque invadunt: quem cum inanem invenissent, neque quenquam in eo quiescentem, obriguerunt pavore, seseque præcipitare in mare conati sunt. Verum homuncio aliquis de scurris e gynæceo, qui eos duxerat, submonstrat iis Imperatorem dormientem: quem in orbe circumstantes pedibus feriunt, supraque eum insiliunt. Excitatum ex somno et caput cubito sustinentem Leo, nomine Balantes, vehementer gladio D percutit. Percitus dolore vulneris (nam usque ad supercilia et palpebras gladius penetraverat, osque resciderat, illæso tamen cerebro), clamabat elata voce, *Deipara, juva:* diffluens undique sanguine et cruentus. At Joannes, qui in augusto lecto consederat, trahi ad se Imperatorem jussit. Raptum, cum solutis membris ad solum collaberetur (nec enim genu niti poterat, insigni ejus robore plaga gladii fracto), interrogat cum minis, et, *Dic mihi*, inquit, *stolide et invide tyranne, an non per me ascendisti ad principatum Romanum! Non per me hoc*

Conjuratio Tzimiscæ contra Nicephorum Imp.

Fol. 196 *ms.*

[a] *Codex,* προσεδέχοντο.

[b] *Cod. plusquamperfecto,* ἀφῖκτο, *ut infra 69. B.*

[c] *Codex,* ἐνναλλόμενοι.

[d] *f.* μέχρι γάρ.

[e] *Codex,* βλεφαρίδος.

tantum imperium suscepisti! Qui igitur, ejusmodi beneficii immemor, invidia et furore abreptus, non dubitasti exercituum præfecturam abrogare mihi, optime de te merito! sed amandasti me, ut languerem in agro cum rusticis, tanquam aliquis infamis exul, vir fortis adeo, et strenuus plus quam tu: quem adversariorum verentur castra, et cujus ex manibus non est qui nunc te liberet. Sed tamen dic, ad hæc si qua excusationis ratio tibi relicta est.

* *Codex. οἰστρηλαθεὶς.*

A γιγαντώδους ἰσχύος τῇ τοῦ ξίφους πληγῇ), ἀνηρώτα τοῦτον μετὰ ἀπειλῶν, καὶ, Λέγε μοι, ἀγνωμονέστατε σὺ καὶ βάσκανε τύραννε, οὐ δι' ἐμοῦ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἡγεμονίας ἐπέβης, καὶ τὴν τοσαύτην δυναστείαν ἀνείληφας; Πῶς οὖν, τῆς τοιαύτης ἀλογήσας εὐεργεσίας, καὶ φθόνῳ καὶ μανίᾳ οἰστρηλατηθεὶς*, τῆς τῶν στρατευμάτων καθαιρήσειν ἀρχῆς τὸν σὸν εὐεργέτην ἐμὲ οὐκ ἐπῄρησας; ἀλλὰ κατ' ἀγροὺς σχολάζειν διαφῆκας μετὰ τῶν γεωργῶν, ὡσεί τινα ἄτιμον μετανάστην, ἄνδρα γενναῖον οὕτω, καὶ νεανικὸν ὑπὲρ σέ· ὃν τὰ τῶν ἐναντίων φρίττει στρατόπεδα, καὶ οὗ τῶν χειρῶν οὐκ ἔστιν ὅστις σε ῥύσεται νῦν. Εἰπὲ τοίνυν, εἴ τίς σοι πρὸς ταῦτα δικαιολογίας ἀπολογία ἀπολέλειπται.

Fol. 296 verso.

VIII. Imperator autem, animo jam deficiens, auxiliatore destitutus, Deiparæ invocabat opem. Tum Joannes invadens barbam crudeliter vellicavit, conjuratique gladiorum capulis genas ejus dire atque inhumaniter tundebant, ut dentes concussi loculamentis eliderentur. Denique, cum saturati essent ejus cruciatibus, pectus Joannes pede percutit, alte vibrato gladio calvariam ejus mediam disjiciens, itemque reliquos ferire jubet miserum. Ita sævum in modum gladiis illum confecerunt, atque aliquis, per dorsum acuphium adigens, penitus eum ad pectus usque transjecit. Id telum ex ferro est, prælongum, rostro ardeæ plane simile: nisi tamen a rostri forma hoc differt, quod id rectum natura avi tribuit, illud in flexum modicum leviter porrigitur, et acuminatam plane cuspidem protendit. Ejusmodi Nicephorus Imperator invenit vitæ exitum, cum omnino annos vitæ complesset septem et quinquaginta, imperio præfuisset duntaxat annos sex, menses quatuor; vir omnibus suæ ætatis hominibus et virtute et corporis firmitate sine controversia antecellens, summa in bellis cum peritia tum alacritate, ad omne genus laborum obdurans, voluptatibus corporis incorruptus et indelectatus; liberalis præterea et magnificus in administratione civili, judex justissimus, legislator firmus, neque ulli eorum, qui his in rebus versati sunt, postponendus. In precibus autem pernoctibusque ante numen stationibus severus erat atque adamantinus, inturbatam in canticis mentem servans, ad vanitates haudquaquam delabentem. Nihilominus hoc vitium exprobrabant in illo vulgo, quod ab

Nicephorus Imperator trucidatur.

Nicephori Imperatoris ingenium et indoles.

B η΄. Ὁ δὲ βασιλεὺς, λειποθυμῶν ἤδη καὶ μὴ ἔχων τὸν αὐτῷ ἐπαμύνοντα, τὴν Θεοτόκον ἐκάλει ἐπίκουρον. Ἰωάννης δὲ τὸν πώγωνα τούτου δραξάμενος ἀνηλεῶς ἔτιλλε, καὶ οἱ συνωμόται ταῖς λαβαῖς τῶν ξιφῶν τὰς αὐτοῦ σιαγόνας ὠμῶς καὶ ἀφιλανθρώπως ἔτυπτον, ὡς διασαλευθῆναί τε τοὺς ὀδόντας καὶ παρακινῆσαι αὐτοὺς τοῦ φατνώματος. Ἐπεὶ δὲ διακορεῖς ἦσαν τοῦτον ποινηλατούμενοι, κατὰ τῶν στέρνων ὁ Ἰωάννης παίει ποδί, τό, τε ξίφος ἀνατείνας κατὰ μέσον διήλασε τοῦ κρανίου, πλήττειν τὸν ἄνδρα καὶ τοῖς ἄλλοις ἐγκελευσάμενος. Οἱ δὲ κατεπάτησαν τοῦτον ἀνηλεῶς, καί τις ἀκουφίῳ τὸ μετάφρενον αὐτοῦ C πλήξας διαμπερὲς ἐπὶ τὰ στέρνα διήλασε. Τὸ δὲ τοιοῦτον ὅπλον σιδήρεον ἐπίμηκες πέφυκεν, ἐρωδιοῦ ῥάμφει προσεοικὸς ἀτεχνῶς· παρὰ τοσοῦτον δὲ διαλλάττει τοῦ ῥάμφους κατὰ τὸν σχηματισμόν, παρ' ὅσον ἐκεῖνο μὲν ἰθυτενὲς ἡ φύσις ἐκλήρωσε τῷ πτηνῷ, τὸ δὲ εἰς καμπὴν ἠρέμα μετρίαν ἐκτείνεται, ὀξεῖαν ἐπιεικῶς προβαλλόμενον τὴν ἀκμήν. Τοιαύτην μὲν δὴ Νικηφόρος ὁ αὐτοκράτωρ τὴν τοῦ βίου εὗρε καταστροφήν, πάντα μὲν τὸν τῆς ζωῆς χρόνον πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη διαβιούς, ἓξ δὲ καὶ μόνους ἐνιαυτοὺς πρὸς μησὶ τέσσαρσι τὴν τῆς βασιλείας D ἰθύνας ἀρχήν· ἀνὴρ ἀνδρείᾳ καὶ σώματος ῥώμῃ πᾶσαν ἀδηρίτως ὑπερβαίνων τὴν κατ' αὐτὸν γενεάν, ἐμπειρότατός τε καὶ δραστικώτατος τὰ πολέμια, καὶ πρὸς πᾶσαν ἰδέαν πόνων ἀνένδοτος, καὶ σώματος ἀμείλικτος καὶ ἀκολάκευτος ἡδοναῖς· μεγαλόφρων τε καὶ μεγαλοφυὴς τὰ πολιτικά, ἐννομώτατα δικάζων, καὶ νομοθετῶν ἀσφαλῶς, καὶ μηδενὸς τῶν ἐν τούτοις κατατριβέντων ἡττώμενος· ἐν δὲ ταῖς εὐχαῖς καὶ ταῖς παννύχοις πρὸς Θεὸν στάσεσιν ἀκαμπτός τε καὶ ἀδαμάντινος, ἀμετεώριστον ἐν ταῖς ὑμνῳδίαις τὸν νοῦν συντηρῶν, καὶ πρὸς τὰ μάταια μηδόλως ῥεμβόμενον. Ἐλάττωμα δὲ τοῦτο προσ-

ἐπῄνουν οἱ πολλοὶ τῷ ἀνδρὶ, ὅτι τε ἀπαρεγχείρητον ἐβούλετο πρὸς ἁπάντων συντηρεῖσθαι τὴν ἀρετὴν, καὶ μὴ παραχαράττεσθαι τὴν τοῦ δικαίου ἀκρίβειαν. Διὸ καὶ ἀπαραίτητος ἦν εἰς τὴν τούτων ἐκδίκησιν, καὶ τοῖς ὀλισθαίνουσιν ἀδυσώπητος καὶ φορτικὸς ἐδόκει, καὶ ἐπαχθὴς τοῖς ἀδιάφορον ἀντλεῖν τὸν βίον ἐθέλουσιν. Ἐγὼ δέ φημι, ὡς εἰ μή τις κατὰ ῥοῦν φερομένοις[a] τοῖς πράγμασι βάσκανος νεμεσήσασα τύχη τὸν ἄνδρα τοῦτον ταχὺ τοῦ βίου ἀπήγαγε, μεγίστην ἂν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονία καὶ οἵαν οὐκ ἄλλοτε εὔκλειαν ἀπηνέγκατο. Ἀλλὰ γὰρ ἡ πρόνοια, τὰ σκληρὰ καὶ ὑπέραυχα τῶν ἀνθρώπων ἀποστυγοῦσα φρονήματα, κολούει τε καὶ περιστέλλει καὶ εἰς τὸ μηδὲν συνωθεῖ, οἷς οἶδεν ἀνεφίκτοις κρίμασι πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τοῦ βίου πορθμεῖον εὐθύνουσα.

A omnibus incorruptam virtutem coli, neque omnino a summa æquitate recedi vellet. Quocirca inexorabilis erat in vindicando, delinquentibusque durus videbatur atque gravis, molestusque illis, qui liberiorem vitam agere cupiebant. Ego vero dico, nisi rebus sic secundo cursu fluentibus per invidiam indignata fortuna hunc virum citius e vita sustulisset, maximum splendorem res Romana, et qualem nunquam alias, obtinuisset. Sed providentia, duros atque elatos hominum animos male osa, frangit comminuitque eos ad nihilumque re-
B digit, incomprehensibilibus, quæ novit, judiciis ad commoda nostra cymbam vitæ dirigens. Fol. 297 vers.

[a] Codex, φερομένης.

θ'. Ὁ δέ γε Ἰωάννης, ἐπεὶ τὸ τοιοῦτον θεοστυγὲς καὶ ἀνόσιον μύσος εἰργάσατο, ἐπὶ τὸν λαμπρὸν οἶκον τῆς βασιλικῆς ἑστίας παρελθὼν (Χρυσοτρίκλινον τὸν δόμον κατονομάζουσι), τό, τε πέδιλον τὸ ἐρυθρὸν τοῖς ποσὶν ἐνηρμόσατο, καὶ περὶ τὸν θρόνον κεκάθικε τὸν βασιλικὸν, καὶ περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων ἐφρόντιζεν, ὅπως τούτων ἐγκρατής τε γένοιτο, καὶ μή τις αὐτῷ διαστασιάσοι τῶν ἐξ αἵματος προσηκόντων τῷ αὐτοκράτορι. Οἱ δὲ τοῦ Νικηφόρου ὑπασπισταὶ, ὀψέ ποτε τὴν ἀναίρεσιν τούτου ἐνωτισθέντες, ὥρμησαν ἐπαμῦναι αὐτῷ, ὑποτοπάζοντες, ἐν τοῖς ζῶσιν ἔτι περιεῖναι τὸν ἄνδρα, καὶ τὰς σιδηρέας πύλας[b] παντὶ σθένει ἀναμοχλεύειν ἐπειρῶντο. Ἀλλ' ὁ Ἰωάννης τὴν κεφαλὴν ἐνεχθῆναι τοῦ Νικηφόρου ἐνεκελεύσατο, καὶ ταύτην ὑποδειχθῆναι διὰ τρυμαλιᾶς τοῖς ἐκείνου σωματοφύλαξι. Παρελθὼν δέ τις, Ἀτζυποθεόδωρος καλούμενος, ἐξέτεμέ τε τὴν κεφαλὴν, καὶ τοῖς στασιάζουσιν ὑποδείκνυσι. Οἱ δὲ, τὸ ἀλλόκοτον καὶ ἄπιστον ἀθρήσαντες θέαμα, τά τε ξίφη τῶν χειρῶν μεθῆκαν, καὶ παλινῳδίαν ᾖσαν, καὶ τὸν Ἰωάννην αὐτοκράτορα Ῥωμαίων ὁμοφώνως ἐκήρυττον. Ὁ δὲ τοῦ Νικηφόρου νεκρὸς κατὰ τὸ ὕπαιθρον ἐπὶ τῆς χιόνος πανημέριος ἔκειτο· ἑνδεκάτη ἦν τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἡμέρα, σαββάτῳ· ὃν πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν τῇ ὁσίᾳ παραπεμφθῆναι ὁ Ἰωάννης προσέταξε[c]. Θήκῃ οὖν σχεδιασθείσῃ ξυλίνῃ ὡς ἔτυχε περιστείλαντες, μέσων τῶν νυκτῶν λαθραίως εἰς τὸν θεῖον τῶν Ἀποστόλων σηκὸν ἐξεκόμισαν, καὶ κατὰ τὸ ἡρῷον, ἔνθα τὸ τοῦ θείου καὶ ἀοιδίμου Κωνσταντίνου σῶμα κατάκειται, ἐν μιᾷ τῶν βασιλικῶν σορῶν ἐναπέθεντο. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐπενύσταξεν[d] ἡ δίκη τῇ μιαιφονίᾳ τῶν ἀλαστόρων ἐκείνων ἀνδρῶν, μετῆλθε δὲ πάντας ποι-

IX. Joannes, patrato ejusmodi numini exoso atque impio facinore, magnificum œcon palatii ingressus (Chrysotriclinium id conclave vocant), calceamenta rubra pedibus aptavit, in solioque sedens imperatorio ad summam rerum animum convertit, quo pacto ea potiretur, seditionemque eorum præveniret, qui Imperatorem cognatione attingebant. Inter hæc Nicephori protectores,
C fato ejus tardius cognito, ad opem ferendam proruperunt, quod superstitem etiamnunc esse eum suspicabantur, omnique vi emoliri ferreas conati portas sunt. Tum Joannes caput Nicephori proferri, perque foramen protectoribus ostendi jussit. Ita accedens aliquis, Atzypotheodorus nomine, id præcidit, et tumultuantibus exhibet. Qui objecta immani atque inopinata specie gladios emiserunt de manibus, et mutata jam voce Joannem Imperatorem Romanorum una consensione renunciaverunt. In nive autem sub divo jacuit Nicephori corpus toto eo die, qui dies erat
D undecimus Decembris, sabbato: donec illi ad multum vesperum Joannes justa solvi jussit. Ita in loculo ligneo raptim facto ut unus de multis compositus, media nocte clam in sanctum Apostolorum templum elatus est, in sepulcroque illo, ubi divini hymnisque celebrati Constantini corpus jacet, in una ex imperatoriis arcis conditus. Atenim post nefariam cædem ab his devotis capitibus patratam non obdormivit justitia, verum vindicta assecuta omnes posthac est: adeo ut quicunque manum ad occisionem illius præbue-

Joannes Tzimisces rerum potitur.

[b] Ex Homero, ut puto, Iliad. Θ. 15 Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός.

[c] Addunt hæc ex secunda manu, ταφῇ.

[d] Codex, ἐπινύξε.

Animadversio divina in Nicephori percussores.

runt, ii omnes bonis publicatis ad summam indigentiam redacti exitiales exitus habuerint. Verum de rebus gestis Nicephori Imperatoris, deque vita et fato ejus, satis abundanter, ut arbitror, demonstratum est. Nam extra modum commorari atque dilatare orationem hoc in loco, hominum opinor nimis curiosorum esset vitium, qui, finem transeuntes scribendi, ne minima quidem relinqui vellent inexplorata. Tempus igitur jam mihi videtur, narratione de illo et actionibus illius coarctata, de rebus gestis Joannis, cognomento qui Tzimisces perhibebatur (hæc linguæ Armeniæ appellatio græce conversa muzacitzen valet: id autem, quia erat statura brevissimus, cognomen invenit), pro facultate dicere, ut res scitu utiles et memoria dignæ oblivionis voraginibus ne summergantur.

Fol. 297 verso.

A νηλατεῦσαι μετέπεσε, καὶ δημευθέντες, κατὰ τὰ ἔσχατα πτωχεύσαντες, κακοὶ κακῶς τοῦ ζῆν ἀπηλλάγησαν, ὅσοι τῆς ἐκείνου σφαγῆς αὐτόχειρες ἐξεγένοντο. Ἀλλ' ἀποχρώντως γὰρ εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ περὶ τῶν πεπραγμένων τῷ αὐτοκράτορι Νικηφόρῳ, καὶ τῆς αὐτοῦ βιοτῆς καὶ καταστροφῆς. Τὸ δὲ πέρα τοῦ μετρίου κατατρίβειν τὸν λόγον καὶ κατατείνειν ἐκεῖ, πολυπραγμόνων ἡγοῦμαι τὸ πάθος καὶ τῆς γραφῆς B ὑπερβαινόντων τὸ πλήσμιον, οἷς μηδὲ τὸ τυχὸν παρεῖται ἀνεξερεύνητον. Δέον οὖν εἶναί μοι δοκεῖ, ταύτην τὴν περὶ ἐκείνου καὶ τῶν αὐτῷ πραχθέντων διήγησιν περιστείλαντα, καὶ περὶ τῶν τῷ Ἰωάννῃ πραχθέντων, ὃς κατ' ἐπίκλησιν Τζιμισκῆς ἐκαλεῖτο (τοῦτο δὲ τὸ τῆς Ἀρμενίων διαλέκτου πρόσρημα ὄν, εἰς τὴν Ἑλλάδα μεθερμηνευόμενον μυζακίτζην δηλοῖ· βραχύτατος γὰρ τὴν ἡλικίαν τελῶν ἐπωνυμίαν ταύτην ἐκτήσατο), κατὰ τὸ ἐνὸν ἐξειπεῖν, ὡς ἂν μὴ λήθης βυθοῖς παρασύρῃ ἔργα βιωφελῆ καὶ μνήμης ἐπάξια.

ΛΕΟΝΤΟΣ

ΛΕΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ Ϛʹ.

LEONIS DIACONI HISTORIÆ

LIBER VI.

αʹ. Τοῦ δὲ αὐτοκράτορος Νικηφόρου τὸν τρόπον, ὃν εἴρηταί μοι, ἀναιρεθέντος, τὰς τῆς βασιλείας ἡνίας Ἰωάννης, ὁ κατ' ἐπίκλησιν Τζιμισκῆς, ἀναζώννυται. Ἤδη δὲ τετάρτης φυλακῆς τῆς νυκτὸς ἀρχομένης, ἑβδόμης ἡμέρας διαφαινούσης[b], ἑνδεκάτης τελούσης τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς, κατὰ τὴν τρισκαιδεκάτην ἰνδικτιῶνα τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ τετρακοσιοστοῦ ἑβδομηκοστοῦ ὀγδόου ἔτους, λογάδων ἀνδρῶν στῖφος, διὰ τῶν ἀγυιῶν τοῦ ἄστεος διερχόμενον, αὐτοκράτορα Ῥωμαίων τὸν Ἰωάννην σὺν τοῖς τοῦ ἤδη βασιλεύσαντος Ῥωμανοῦ παισὶν ἀνηγόρευον· οἷς ἐκ διαστήματος ἐφείπετο Βασίλειος ὁ Νόθος, Ῥωμανοῦ τοῦ πάλαι αὐτοκράτορος ἐκ Σκυθίδος υἱὸς, τῷ τοῦ προέδρου ἐκδιαπρέπων ἀξιώματι. Νικηφόρος δὲ, μόνος τῶν λοιπῶν σεβαστῶν, ἐς γέρας τῷ ἀνδρὶ ταύτην ἐκαινοτόμησε τὴν τιμήν· ὅσπερ, εἰ καὶ ἐκτομίας ἐτύγχανεν, ἀλλὰ τὴν ἄλλως δραστήριός τε καὶ ἀγχίνους ὑπῆρχεν ἀνὴρ, εὐφυῶς[d] τοῖς πράγμασιν ἐν περιστάσεσιν ἁρμοττόμενος. Συνωμότης δὲ ὢν Ἰωάννῃ, καὶ λίαν ἐκτόπως αὐτῷ φιλικῶς διακείμενος, ἐσκήπτετο πρότερον νοσεῖν, κἄπειτα πονήρως εἶχε, καὶ κλινοπετὴς ἦν. Νύχιος οὖν τὴν τοῦ Νικηφόρου μεμαθηκὼς ἀναίρεσιν, τῷ προειληφότι στίφει μετὰ σπείρας γενναίων νεανίσκων ἐπισπόμενος, σεβαστὸν βασιλέα Ῥωμαίων τὸν Ἰωάννην ἀνεκήρυξεν· εἰς τὰ βασίλειά τε αὖθις ἀνῄει, καὶ περὶ τῶν κοινῶν Ἰωάννῃ συνέπραττε, τὴν τοῦ παρακοιμωμένου πρὸς ἐκείνου τιμὴν εἰληφώς. Περὶ τῶν ξυνοισόντων οὖν αὐτοῖς βουλευσάμενοι, ἐντάλματα καὶ προστάγματα διὰ παντὸς τοῦ ἄστεος αὐθωρὸν ἔστελλον, μὴ ἐξεῖναί τινι νεωτερίζειν[e], ἢ ἐπὶ διαρπαγὰς ἀποκλίνειν· κίνδυνον γὰρ εἶναι τῷ τοιουτότροπόν τι τολμήσαντι,

A I. Nicephoro Augusto sic, quemadmodum exposui, de medio sublato, rerum habenas Joannes, cognomento Tzimisces, suscepit. [a]Jam quarta noctis vigilia ineunte, sabbato dilucescente, die mensis Decembris undecimo, indictione decima tertia anni sexies millesimi quadringentesimi septuagesimi octavi, lectorum virorum cuneus, per urbis compita circumcursans, Joannem Imperatorem Romanorum, adjunctis Romani haud ita B pridem Augusti liberis, renunciabat[c]: quos ex intervallo subsequebatur Basilius Nothus, Romani quondam Augusti ex Scythica femina filius, præsidis dignitate decoratus. Hoc munus Nicephorus primus omnium Imperatorum in honorem hominis creaverat: qui, quamvis spado, alias industrius et ingeniosus erat vir, negotiorum pro temporibus bene gerens. Hic cum Joanne conspiraverat, summa necessitudine ei adjunctus, primumque simulata valetudine postea ægrotus erat, C lectoque affixus. Is, ut noctu de Nicephori cæde cognoverat, antecedentem cohortem cum globo strenuorum adolescentium insecutus, Joannem Augustum Imperatorem Romanorum renunciavit: quo facto in palatium rediit, summamque rerum cum Joanne administravit, a quo præfecturam Cubiculi accepit. Ipsi, de his quæ e re sua forent deliberatione habita, mandata et edicta per totam urbem illico emittunt, *turbas ciere, direptionem facere ulli ne liceret: quod si quis ejusmodi aliquid ausus fuerit, pœna esto, ut caput ei ampu-*

Joannes Tzimisces à Basilio Notho Imperator renunciatus.

[a] *Hæc è Combefisio nunc versa, apud Pagi IV 22.*

[b] *l. διαφαυούσης, ut 25. A*

[c] *Hæc verba Combefisius*

[d] *Cod. mendose, εὐφυῶς (sic).*

[e] *Vide infra 71. D*

tetur. Quod edictum non mediocrem terrorem Constantinopolitanis injecit, nec quisquam contra mandatum ad nova consilia animum inducere est ausus. Nam solebant in hujusmodi rerum mutationibus ex plebe homines, otio egestateque perditi, ad expilationes bonorum domuumque eversiones converti, interdum quoque ad civium cædem, ut in renunciatione Nicephori Augusti evenerat. Sed hunc forensis colluviei cœcum impetum Joannis edictum præveniendo compressit.

Fol. 198 recto.

distributiones pollicebatur, conferebat honores officiorum, tribunos, duces, magistratus amplissimos creabat, quales Imperator consuerat fidelibus liberaliter offerre. Obsecundabat item huic seditioni Leo Curopalates, Bardæ pater, in insula Lesbo custoditus. Is per Stephanum, Abydi episcopum, Macedonibus pecunias dignitatesque promiserat, hortatus, ut sese ex insula elapsum reciperent, pariterque rebellione facta ad exturbandum imperio Joannem operam conferrent.

A παραυτίκα μετημφίαστο, καὶ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ ἀναφανδὸν ἀνεῤῥήθη πρὸς τῶν συστασιωτῶν. Χρημάτων δὲ διανομὰς ὑπισχνεῖτο, καὶ ἀξιωμάτων παρεῖχε τιμὰς, ταξιάρχους καὶ στρατηγοὺς προβαλλόμενος, ἀρχάς τε τὰς εὐκλεεῖς, ὅσας καὶ βασιλεὺς εἰώθει τοῖς εὔνοις φιλοτίμως προτείνεσθαι. Συνεκρότει δὲ τὴν ἀποστασίαν καὶ Λέων Κουροπαλάτης, ὁ τοῦ Βάρδα τοκεὺς, ἐς μὲν τὴν νῆσον Λέσβον φρουρούμενος, διὰ Στεφάνου δὲ, τοῦ ἐπισκόπου Ἀβύδου, τοῖς Μακεδόσι χρήματα καὶ τιμὰς ὑπισχνούμενος, καὶ δέχεσθαι αὐτὸν ἐκ τῆς νήσου διαδράμενον προτρεπόμενος, καὶ συνεπιτίθεσθαι, καὶ συνεργάζεσθαι αὐτῷ τὴν τοῦ Ἰωάννου τοῦ ἄνακτος καθαίρεσιν. B

II. At Imperator, intellecto ejusmodi motu, conturbatus ut par erat, incredibili celeritate Stephanum episcopum, Abydo raptum, judiciis tradidit. Eumque crimine convictum, in lucem prolatis dolis, ad synodum episcoporum transmisit, ut ibi sacerdotio moveretur. Leonem Curopalatem autem, Nicephorumque hujus filium, capitis a judicibus condemnatos, Imperator, ad lenitatem revocata mente, non interfecit, luminibusque duntaxat ambos, Lesbon ablegatos, orbavit. Hujusmodi exitum habuit Curopalatæ tunc meditatus in Europam trajectus, ut cum ipsi talem pœnam induceret, tum etiam amicos illius, complures sane, fortunis domibusque exturbaret, si qui consilii ejus de Imperatore tollendo fuissent participes. Atenim Bardas, semel ad rebellionem prolapsus, fortissime in ea perseverabat; elatusque multitudine hominum circa se coacta, confisus copiis, instantem possessionem imperii somniabat. Ita Asiam pervadens, domicilia cujusque, qui in fidem ejus non venerat, igne subdito prædam Mysorum habuit. Scripsit autem ad eum Imperator ita: *Cognoscentes de motu per Orientem nuper facto, non tam tui consilii rem arbitramur, quam amentiæ barbariæque sociorum tuorum, qui, penitus dira stoliditate capti, in tantum periculum inferre sese non dubitaverunt: quasi vero ignorent, illis qui, rebus novis studentes, in ipsos Romanorum principes infestam manum sustulerint, nullam relinqui excusationis veniam, quando armis victi traditique pœnas subeant. Nos, mi Barda, civili sanguine terram cruentare veremur. Quin si vellemus armis in seditiosos animadvertere, sine mora (pace numinis dixerim) ad acer-*

Fol. 303 verso.

Imperatoris litteræ ad Bardam Ducem.

* Videtur id esse apud Leonem infantinus præsentis cujusdam momento (sic). Vide 57. C.

β΄. Ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸν τοιοῦτον γνοὺς νεωτερισμὸν, διεταράχθη μὲν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀπείρῳ δὲ τάχει τὸν ἐπίσκοπον Στέφανον ἐκ τῆς Ἀβύδου ἀναγαγὼν, τοῖς δικαστηρίοις ἐκδίδωσι. Τῶν δὲ πραγμάτων ἐξελεγχθέντων καὶ καταφανοῦς γεγονότος τοῦ δράματος, τὸν μὲν τῇ συνόδῳ τῶν ἐπισκόπων παρέπεμψεν, ὅκπλωσιν τῆς ἱερωσύνης ἀποστησόμενον. Λέοντα δὲ τὸν Κουροπαλάτην, καὶ Νικηφόρον, τὸν τούτου υἱὸν, τῇ τοῦ θανάτου ὑπαγαγόντων ψήφῳ τῶν δικαστῶν, ὁ βασιλεὺς, πρὸς τὸ φιλανθρωπότερον ἀποκλίνας, οὐκ ἔκτεινε· τὰς δὲ ὄψεις ἀμφοτέρων, κατὰ τὴν Λέσβον στείλας, ἐπήρωσε. Καὶ C ἡ μὲν τῷ Κουροπαλάτῃ πρὸς τὴν Εὐρώπην τότε μελετηθεῖσα διάβασις ἐς τοῦτο τὸ τέλος καταλήξε, τοιαύτην μὲν αὐτῷ τὴν ποινὴν προξενήσασα, συχνοὺς δὲ τῶν φίλων χρημάτων καὶ οἴκων στερήσασα, ὅσοι τὴν ἐκείνου συμβουλὴν ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ βασιλέως προσήκαντο. Ὁ δὲ Βάρδας, ἅπαξ ἀποκλίνας εἰς τυραννίδα, ἀπρὶξ εἴχετο ταύτης, τῇ τε περὶ αὐτὸν πολυχειρίᾳ γαυρούμενος, καὶ ταῖς φάλαγξι βρενθυόμενος, καὶ ὅσον οὔπω τὴν τῆς βασιλείας κατάσχεσιν ὀνειροπολῶν. Καὶ δῆτα τὴν Ἀσίαν κατατρέχων, τῶν μὴ σπενδομένων αὐτῷ πυρπολῶν τὰς οἰκίας, λείαν ἐτίθει Μυσῶν. Βασιλεὺς δὲ πρὸς αὐτὸν D γράφει ταῦτα· Τὸν ἔναγχος γεγενημένον πρὸς ἕω νεωτερισμὸν ἀκηκοότες, οὐ τῆς σῆς γνώμης ἔργον τοσοῦτον ἡγούμεθα, ὅσον τῆς τῶν συναιρομένων σοι ἀπονοίας καὶ τρόπου βαρβαρικοῦ, οἵ γε πάντως ὑπὸ θεοβλαβείας παρακρουόμενοι, ἐς τοσοῦτον κίνδυνον ἑαυτοὺς ἐμβαλεῖν οὐκ ἐνάρκησαν· καὶ ταῦτα εἰδότες, ὡς τοῖς νεωτερισμῷ[a] ἀνηρημένοις καὶ ἀντίπαλον ἐξ αὐθαδείας αἴρειν χεῖρα Ῥωμαίων αὐτοῖς αὐτοκράτορσιν, οὐδεμία τις εἰς παραίτησιν ὑπολέλειπται πρόφασις, ὁπηνίκα τοῖς ὅπλοις καταγωνισθέν-

τος, ἔκδοτοι ταῖς τιμωρίαις ὑπάρξητε. Ἡμεῖς τοιγαροῦν ἐμφυλίῳ αἵματι μιᾶναι τὴν γῆν εὐλαβούμεθα. Εἰ γὰρ βουληθῶμεν τοῖς ὅπλοις τοὺς ἀποστάτας ἀμύνεσθαι, οὐκ ἂν φθάνοιμεν (σὺν Θεῷ δὲ εἰρήσθω) οἰκτρῶς αὐτοὺς καταχαλκεύοντες. Τίς γὰρ ἀτέραμνος οὕτω καθέστηκεν, ὡς ὑποστῆναι τὴν ῥοπὴν τοῦ ἡμετέρου κινήματος, καὶ μὴ εὐθὺς ἀποδειλιάσας πρὸς φυγὴν ἀποδῦναι; Τοιγαροῦν παραινοῦμεν ὑμῖν, πρὸ τῶν ὀλεθρίων ἑλέσθαι τὰ σώζοντα, καὶ ἕως προκεῖται συγγνώμης καιρὸς, τὰ ὅπλα ῥίψαντες εἶξαι τῷ κράτει τῆς βασιλείας ἡμῶν, ἀμνηστίαν ὑμῖν τοῦ τοσούτου πλημμέλματος καὶ συγγνώμην, ἐπὶ μάρτυρι τῷ Θεῷ, ἀναντίρρητον ἀπονέμοντι. Πάντως δὲ καὶ αἱ κτήσεις ἀθιγεῖς ὑμῖν ἀφεθήσονται, καὶ ἀπαρεγχείρητοι. Παραινοῦμεν λοιπὸν, τῆς τοιαύτης ἀνασφήλαντας μέθης τῆς δεδομένης ἀμελλητὶ σωτηρίας ἀντιποιήσασθαι. Εἰ δὲ σκιαμαχοῦντες τῇ τυραννίδι τὴν ῥοπὴν ἀπονείμητε, ὑμῖν μεταμελήσει τῆς ἀβουλίας, ὁπηνίκα ψήφῳ τῶν νόμων ταῖς θανασίμοις ποιναῖς παραπέμπησθε.

bum eos interitum redigeremus. Etenim quis est tam pervicax, ut vim impressionis nostræ sustineat, neque statim animo demisso fugam spectet! Proinde hortamur vos, a perniciosis consiliis uti ad salutaria vos transferatis, et, dum relictus remissioni locus est, abjectis armis, potentiæ cedatis Majestatis nostræ, impunitatem vobis tanti conatus veniamque, teste Deo, irrevocabilem tribuenti. Neque minus fortunæ vestræ intactæ vobis relinquentur, atque integræ. Suademus ergo, ut, ex hac temulentia resipiscentes, oblatam salutem incunctanter capessatis. Nam, si vano incœpto rebellioni auxilium præbetis, pœnitebit vos temeritatis, quando legibus judicati ad pœnam capitalem ducemini.

Fol. 304 vers.

γʹ. Ταύτην ὁ Φωκᾶς Βάρδας ἀπειληφὼς τὴν γραφὴν, ἀντίγραφα μὲν οὐκ ἠξίωσεν ἀντεπιστεῖλαι πρὸς βασιλέα· λοιδορησάμενος δὲ αὐτὸν, καὶ βδελυρὸν καὶ ἀλάστορα ὀνομάσας, καὶ τοῦ γένους ἀποκαλέσας παλαμναῖον αὐτόχειρα, τῶν τυραννείων κατιέναι παρήγγειλεν. Αὐτῷ γὰρ μᾶλλον ἀνήκειν τὴν τῆς ἡγεμονίας ἀρχὴν, Καίσαρα πάππον κομπάζοντι, καὶ θεῖον αὐτοκράτορα. Ὃν, φησὶ, μὴ πτοηθέντα τὸν τῆς δίκης ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν, παρὰ τὴν χαμαίρριφῆ στρωμνὴν ἐναποσφάξαι, δίκην βοσκήματος· τὸν φύντα δὲ καὶ τὸν φίλτατον ὅμαιμον, τὰ πήματα παθόντας δεινὰ, ἐπ' ἀδήλοις καὶ ἀναποδείκτοις προφάσεσι τοῦ γλυκυτάτου στερῆσαι φωτός· οἷς τιμωρὸν πάντως αὐτὸν ἐπαφήσειν τὴν δίκην, τοῦ ὁμογνίου αἵματος ἑπταπλασίως ἐκτίσοντα τὸ ἀνταπόδομα, τῷ πανωλεθρίᾳ τὸ γενναῖον καὶ ἡρωικὸν φῦλον παραπέμψαι σκαιωρήσαντι. Τῶν οὖν τοιούτων ἀπονενοημένων λόγων ὁ αὐτοκράτωρ Ἰωάννης ἐνωτισθεὶς, καὶ γνοὺς, ἀνίατα τὸν ἄνδρα νοσεῖν, ἠπειγμένον τε πρὸς διαρπαγὰς καὶ φόνους μετὰ τῶν ἑπομένων συνωμοτῶν ἀπηνῶς καὶ ἀφιλανθρώπως χωρεῖν, συνεῖδε, μηκέτι διαμέλλειν ἢ ῥᾳθυμεῖν, ὡς μὴ τῇ τοιαύτῃ ῥαστώνῃ καιρὸν σχοίη τὸ τοῦ ἀποστάτου ἑταιρικὸν, καὶ πόλεις πορθεῖν, καὶ εἰς μείζονα ἐξολισθήσοι* ἀπόνοιαν· ἀλλ' ἐκ τῶν ἐνόντων, ὅποι παρείκοι, ἀντικαθίστασθαι κρατερῶς, καὶ τοὺς πελάτας ἀμύνεσθαι. Βάρδαν οὖν, τὸν κατ' ἐπωνυμίαν Σκληρὸν, ἄνδρα λίαν ἐκτόπως νεανικὸν καὶ δραστήριον, οὗ τὴν σύναιμον Μαρίαν κοινωνὸν ἔσχε βίου τὸ πρόσθεν ὁ Ἰωάννης, κάλλει καὶ σωφροσύνῃ ἐς μέγα κλέους ἥκουσαν (ἔφθη

III. Quibus litteris acceptis, Bardas Phocas responsum ad Imperatorem dare haud dignatus est: sed, insectatus eum ut impurum et scelestum, suæ gentis tetrum parricidam vocat, deque imperio jubet decedere. *Se eum esse potius, rempublicam regere, qui avum Cæsarem, qui patruum Imperatorem jactare possit. Hunc*, aiebat, *ab hoste impio, pervigilem justitiæ oculum minime verenti, in cubili humi strato velut victimam jugulatum esse: patrem, fratremque carissimum, cruciamentis acerbissimis affectos, ob incertas causas minimeque convictos dulcissima orbatos esse luce: ad parentandum omnino his nunc se mitti a justitia, et pro cognatorum sanguine septemplicem retributionem persolvat illi, qui præstanti nobilitate bellicaque laude familiæ interitum esset machinatus.* Quibus desperatis vocibus auditis, Joannes Imperator, certior factus, insanabili hominem cæcitate captum festinanter ad direptiones cædesque crudelitate atque inhumanitate summa cum asseclis conspirantibus pergere, statuit, non amplius cunctari aut quiescere, ne ejusmodi desidia locum daret factioni defectoris tum urbium populandarum, tum ad majorem insaniam prolabendi: verum totis viribus, quacunque daretur occasio, resistere, adventantesque repellere. Proinde Bardam cognomento Sclerum, virum insigniter fortem ac strenuum, cujus sororem Mariam, forma atque castitate præter cæteras nobilitatam feminam, ante in matrimonio

* Forte, ἐξολισθήσειεν, s. ἐξολισθήσοι, ubicumque Leoni non insolens.

Bardas Sclerus adversus seditiosos missus.

habuerat Joannes (tametsi hanc quidem A acerba perculerat mors): illum igitur inter Magistros militantem exercitibusque Threiciis præfectum, cum Russorum in Romanos effervescentium impetum acriter repelleret, post victoriam, quam nuper Scythis fusis reportaverat, ut demonstratum jam abs me est, accersivit Imperator, ducemque contra rebelles renunciatum in Asiam transmisit. Simul mandavit, si fieri posset, terram, nisi summa sit necessitas, civium sanguine ne inquinaret: verum ut honorum promissione, pecuniarum largitionibus et pactione impunitatis quotquot una cum B defectore fuissent, reduceret. Ex quo illi item codicillos tradidit, sigillis imperatoriis ex auro insignitos, in quibus scriptæ erant tribunorum, ducum, patriciorum nominationes. His munerari eos mandaverat, qui, pœnitentia ducti, spretoque tyranni dominatu, in Imperatoris fidem se conferrent. Ita Sclerus Magister, cum transmisso Bosporo Dorylæum pervenisset, eo copias evocat, in unumque contractas quotidianis exercitationibus subigit. Postremo, ubi vidit, idoneam circa se collectam manum, quæ jam posset, occasione oblata, signa cum adversariis conferre, Bardæ C Duci, affini suo (quippe sororem Phocæ Constantinus Patricius, Scleri frater, in matrimonium duxerat), hæc significat:

a Codex, ὑπαγάγεσθαι

b Sic Codex.

Fol. 304 verso.

c Codex, ἀρεξ ἱκανὸν ἐξ.

δὲ ταύτην ὁ πικρὸς κατεργασάμενος θάνατος). τοῦτον ἐν Μαγίστροις τελοῦντα καὶ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης στρατευμάτων ἐπιστατοῦντα, καὶ τὴν τῶν Ῥῶς σφαδάζουσαν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπήλυσιν γενναίως ἀποτειχίζοντα, μετὰ τὴν ἀριστείαν, ἣν ἔναγχος ἀνεδήσατο τοὺς Σκύθας τρεψάμενος, ἧπέρ μοι ἤδη δεδήλωται, μεταπεμψάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ στρατηλάτην ἀνακηρύξας κατὰ τῶν ἀποστατῶν, ἐς τὴν Ἀσίαν ἐξέπεμψεν· ἐντειλάμενος, εἰ οἷόν τε εἶναι, μὴ μιᾶναι τὴν γῆν, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, τῷ τῶν ὁμοφύλων αἵματι· ἀλλὰ τιμῶν ὑποσχέσεσι καὶ χρημάτων διανομαῖς καὶ πίστεσιν ἀπαθείας ὑπαγαγέσθαι[a] τοὺς τῷ ἀποστάτῃ συναπαχθέντας. Ἐνεχείριζε δὲ αὐτῷ καὶ τόμους, κατασεσημασμένους ἐκ χρυσοῦ σφραγῖσι βασιλικαῖς, οἷς ἐνεγέγραπτο[b] ταξιάρχων καὶ στρατηγῶν καὶ Πατρικίων τιμαί. Τούτοις ἐγκελευσάμενος δεξιοῦσθαι τοὺς γνωσιμαχοῦντας, καὶ ἀθετοῦντας τὴν τοῦ τυράννου αὐθεντίαν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἀποκλίνοντας δούλωσιν. Ὁ δὲ στρατηλάτης Σκληρὸς, τὸν Βόσπορον περαιωθεὶς καὶ κατειληφὼς τὸ Δορύλαιον, ἐνταῦθα τὸν στρατὸν ἀνεκαλεῖτο, καὶ ἐς φάλαγγα καθίστη, καὶ ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις ἐγύμναζεν. Ἤδη δὲ καὶ ἀποχρῶσαν ὁρῶν τὴν ἐπισυναχθεῖσαν στρατιὰν, ὡς εἶναι ἱκανὴν ἐξ[c] ἀντιπάλου παρατυχὸν τοῖς ἐναντίοις συμπλέκεσθαι, τῷ Δουκὶ Βάρδᾳ καὶ συγκηδεστῇ (ἀδελφὴν γὰρ τοῦ Φωκᾶ Κωνσταντῖνος Πατρίκιος, ὁ τοῦ Σκληροῦ σύναιμος, σύζυγον εἶχε) δηλοῖ ταῦτα·

Bardæ Scleri litteræ ad Bardam Ducem.

IV. *Consilium iniisti temerarium et insigniter periculosum, quando, impudenter in dominos contumax, calamitosam rebellionem meditatus, motis adversum cives armis sacrarum ædium delubra immanium conjuratorum direptionibus contaminasti. Falsa spe inductus, Patrici, leonem dormientem, invictum principem, irritasti. Non es nescius, illum in prœliis apparentem amplissimos exercitus vel sola fama in fugam convertisse. Qui igitur fit, ut, perditorum hominum consiliis obtemperans, in ejusmodi laqueos te ipse indueris! Sed, si videtur, crede mihi, ut affini, ut amico, ut ea suadenti, quæ tibi maxime conducant: rejice a te hanc nefariam rebellionem, capesse salutem, delicti venia expetita (ego hoc tibi spondeo, non solum nihil te diri passurum, neque a domino nostro, neque ab alio quoquam, verum etiam manui, quæ tecum sit, impunitatem inconsiderantiæ datum iri): neque velis in te armare indignationem imperatoriam, inexorabilem prorsus illis, qui*

δ'. Ἐπισφαλῶς ἐβουλεύσω καὶ λίαν ἐπικινδύνως, ἀναιδῶς κατὰ τῶν κρατούντων ἀπαυθαδισάμενος, καὶ τὴν ὀλέθριον μελετήσας τυραννίδα, καὶ ὅπλα κατὰ τῶν ὁμοφύλων ἀράμενος, καὶ καταμιάνας ἱερῶν οἴκων ἕδη ταῖς τῶν ἀπαιδεύτων συνωμοτῶν ἁρπαγαῖς. Εἰς κενὸν ἐπτοήθης, Πατρίκιε, λέοντα ὑπνώττοντα κοιμώμενον, τὸν ἀήττητον αὐτοκράτορα. Οἶδας D γὰρ, ὡς ἐν ταῖς μάχαις ἐπιφανεὶς οὗτος, πολυάνθρωπα στρατόπεδα ἐκ τῆς φήμης καὶ μόνης ἐτρέψατο. Πῶς οὖν, διεφθαρμένων ἀνδρῶν συμβουλίαις ἀναπεισθεὶς, εἰς τοιοῦτον ὄλεθρον ἐνσέσεικας σεαυτόν; Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, πείσθητί μοι, ὡς συγκηδεστῇ, καὶ φιλοῦντι, καὶ τὰ λῷστα συμβουλεύοντι· καὶ ἀπώθου τὴν κακίστην τυραννίδα, καὶ τῆς σωτηρίας ἀντιλαβοῦ, συγγνώμην τοῦ σφάλματος αἰτησάμενος (ἐγὼ δὲ αὐτὸς ἐγγυῶμαι, μηδέν σε πείσεσθαι τῶν ἀηδῶν, οὔτε πρὸς τοῦ κρατοῦντος, οὔτε πρὸς ἄλλου τινὸς, ἀλλὰ καὶ τῷ συνεπομένῳ σοι στίφει ἀμνηστία τῆς προπετείας δοθήσεται)· καὶ μὴ βουληθῇς τὸν

τὸν θυμὸν ἐξοπλίσαι κατὰ σοῦ τὸν βασιλικόν, A ὃς ἀπαραίτητός ἐστι τοῖς εὐγνωμονεῖν οὐκ ἐθέλουσι. Τῶν σεαυτοῦ λοιπὸν γενόμενος λογισμῶν μὴ προῇ[a] τὴν ἐσχάτην ἄγκυραν, ἀλλ', ἕως τὸ φιλάνθρωπον πρόκειται, ἄσπασαι τοῦτο, ὅπερ εἰσαῦθις ἐπιζητῶν οὐχ εὑρήσεις, καὶ πολλὰ καταθρηνήσεις, σεαυτὸν τῆς ἀβουλίας μεμφόμενος. Ὁ δὲ Φωκᾶς Βάρδας, τὴν δύναμιν ἀναλεξάμενος τῆς γραφῆς, ἀμείβεται ταῦτα· Ἀγαθόν τι χρῆμα καὶ θεῖον εἶναι τὴν συμβουλὴν ἐξεπίσταμαι, παλαιῶν βίβλοις περιτυχὼν καὶ αὐτός· ἰσχύειν δὲ ταύτην τηνικαῦτα λογίζομαι, ἐπηνίκα θεραπείαν τὰ πράγματα δέχονται. B Ὅταν δὲ περὶ αὐτὰ τὰ καίρια κινδυνεύωσι, καὶ εἰς τὰ πύματα δεινὰ συνελαύνωνται, ἴσα καὶ τῷ μηδὲν ἰσχύειν οἶμαι τὴν συμβουλήν. Ἐγὼ γὰρ ἀναλογιζόμενος, εἰς οἵας τύχας ὁ ἀνόσιος καὶ παλαμναῖος Ἰωάννης τὸ ἐμὸν συνέκλεισε γένος, τὸν μὲν αὐτοκράτορα καὶ θεῖον ἐμὸν, εὐεργέτην δὲ αὐτοῦ, κοιμώμενον λέοντα κτείνας ἀνηλεῶς, ἐμὲ δὲ μάτην περιορίσας, τόν τε φύντα καὶ τὸν ὅμαιμονα ὠμῶς καὶ ἀπανθρώπως ἀποτυφλώσας ἐπὶ προφάσει μηδεμιᾷ, τὸν βίον ἀβίωτον τίθεμαι. Διὰ ταῦτα μὴ κάμνε προτρέπων, ἐς χεῖρας ἀλάστορος ἐχθροῦ τὴν ἐμαυτοῦ προέσθαι ζωήν. Οὐδὲ γὰρ πείσεις. Ἀλλ' ἀνὴρ ὢν καὶ αὐτός[b], καὶ ἀκινάκην παρεζω- C σμένος, ἀγωνίσομαι τοῖς κειμένοις τοῦ γένους μου. Πάντως δὲ δυοῖν πράγμασι τῆς τύχης ᾐωρημένης, θάτερον τούτων ἐκβήσεται· ἢ γὰρ εὐκλείας βασιλικῆς ἐπιτεύξομαι, καὶ τοῖς παλαμναίοις ἐντελὲς παρέξω τὸ ἀνταπόδομα· ἢ γενναίως τὸ μεμορμένον ἀποίσομαι, μιαροῦ τυράννου καὶ ἀνοσίου ἀπαλλαγείς.

έ. Ταύτην ὁ Σκληρὸς Βάρδας ἀπειληφὼς τὴν γραφὴν, καὶ ἀπογνοὺς, ὡς οὐκέτι συμβουλίαις πείσει τὸν εἰς ἀπόνοιαν ἐκ προπετείας κατολισθήσαντα, τὴν στρατιὰν κατὰ ἴλας καὶ σπείρας διατάξας, τὴν ἐπὶ τὸ Διπόταμον ᾔει. Ἐκεῖσε δὲ ἀφικόμενος, ἐς τὸ τοῦ Φωκᾶ Βάρδα D κατασκόπους ἐξαπιναίως στέλλει στρατόπεδον, εἰς ἐπαιτούντων σχῆμα μετασκευάσας αὐτοὺς, δηλώσοντας[c] τὰς βασιλικὰς ὑποσχέσεις καὶ ἀμνηστίαν τῶν τολμηθέντων τοῖς προηγουμένοις τῆς στρατιᾶς, καὶ προσέτι ἀπαγγελοῦντας, ὡς, εἰ μὴ τοῦ ἀποστάτου θᾶττον ἀπορραγεῖεν, καὶ πρὸς βασιλέα σπείσοιντο, τὸν στρατηλάτην μετὰ τῆς ὁμαιχμίας ἐπιθήσεσθαι καιροφυλακήσαντα, καὶ ὡς ἀντιπάλοις χρήσασθαι[d]. Οἱ δὲ, τούτων εἰσπαθέντες τῶν λόγων, καὶ τοῦ ἐπ' ἀδήλοις σκιαμαχεῖν ταῖς τύχαις τὰς παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος διδομένας τιμὰς ἑλέσθαι μᾶλλον

A *sanæ mentis esse nolunt. Redi igitur ad ingenium tuum, noli dimittere ultimam ancoram, et, dum in promtu est misericordia, amplectere illam, quam posthac requirens haud obtinebis, teque ipsum tunc, multum conquestus, temeritatis accusabis.* Cujus epistolæ significationem ubi Phocas Bardas perspexit, respondit ad hunc modum: *Consilium rem esse optimam atque divinam probe novi, nam volumina ab antiquis hominibus conscripta ipse quoque legi: tametsi illud quidem tunc modo valere arbitror, quando medelam res admittunt. Verum, quoties extremum periculum* B *imminet, estque aliquis ad mala ultima compulsus, tantum pondus habere arbitror consilium, quam quæ minimum. Ego mecum reputans, ad quas fortunas impius atque scelestus Joanner meam familiam redegerit, eum et Imperatorem, patruum meum, benefactorem suum, ut dormientem leonem crudeliter obtruncasse, et me temere in exilium egisse, patrem autem fratremque sæve atque immaniter sine causa excæcasse, vitam meam minime vitalem existimo. Noli igitur in me hortando defatigari, ut manibus scelerati inimici vitam committam meam. Nunquam tu mihi facies fidem. Quin potius vir ero ipse quoque, et accinctus gladio mani-* C *bus generis mei parentabo. Omnino denique, quando inter duo extrema fluctuat fortuna, alterum eorum eveniet: aut imperatoriæ dignitatis splendorem obtinebo, atque ultionem integram exigam a parricidis; aut fortiter fatum feram, ab impuro atque impio tyranno liberatus.*

V. Hanc epistolam ubi Bardas Sclerus accepit, abjecta spe, consiliis revocari posse hominem ex temeritate in insaniam prolapsum, exercitu in alas et numeros descripto, versus Dipotamum movet. Quo cum pervenisset, D in Phocæ castra ex improviso exploratores mittit, mendicorum habitu, qui Imperatoris pollicitationes impunitatemque delictorum præfectis copiarum declarent, nuncientque præterea, nisi extemplo a defectore recedant, atque cum Imperatore paciscantur, Magistrum infestum jam cum ipsius manu eos aggressurum, hostiumque numero habiturum. Quæ cum audissent, reputantes, ex re sua esse, dignitates ab Augusto oblatas inani labori incertisque fortunis anteferre, ubi nox supervenit, relicto Phocæ sodalitio ad Ma-

[a] Codex, προσῆ. f. προῆς.

Bardas Dux impotentius respondet.

Fol. 305 recto.

[b] Vide supra A. lin. 11.

[c] Codex, δηλώσοντας.

[d] f. χρήσεσθαι.

Bardas Dux desertus à suis.

gistrum transfugiunt. Ex his principes A fuerunt Andralestus patricius, consobrinus Phocæ, et Simeon Ampelas. Cognita horum fuga Bardas, quamque subito a se defecissent, graviter, ut par erat, rem tulit, remanentesque supplicibus verbis imploravit, orans, *ne cum sese proderent, tum Deum, quem testem inspectoremque sacramenti adhibuissent: quin depugnarent potius pro viribus, sibique indigna passo opem ferrent: neque vero Sclerum satis firmum esse ad signa conferenda, modo absque inertia atque desidia ipsi in aciem venirent.* Hæc is precibus atque obsecratioue usus: illi B nihilominus ex castris elabi, ad Magistrumque se conferre non intermiserunt. Multa jam nox erat, cum fuga sociorum vehementer perculsus Phocas, insomnis atque mœstus, precibus, ut perhibetur, placare numen studens, Davidicum illud funderet carmen: *Judica, Domine, nocentes me.* Ibi subito vocem ex aëre delatam aures circumsonasse ejus ferunt, qua porro pergere in psalmo vetaretur: adversus se Bardam Magistrum ea ipsa psalmi verba præoccupasse. Quæ vox postquam esset ter ab illo exaudita, prodigio vaticinii stupefactum eum perterritumque e lecto sur- C rexisse, auroræ lucem exspectasse.

Fol. 105 verso.

[a] Psalm. XXXIV, 1.

συνοῖσον εἶναι σκεψάμενοι, νυκτὸς ἐπελθούσης, τῆς τοῦ Φωκᾶ διαστάντες ἑταιρείας, πρὸς τὸν στρατηλάτην ἀπηυτομόλησαν. Ὧν οἱ προὔχοντες Ἀνδράλεστος ἦν ὁ πατρίκιος, αὐτανέψιος τοῦ Φωκᾶ, καὶ ὁ Ἀμπελᾶς Συμεών. Βάρδας δὲ, τὸν τούτων δρασμὸν διαγνοὺς, καὶ ὅπως ἀπροφασίστως αὐτοῦ ἀπερράγησαν, ἤσχαλλεν, ὡς εἰκὸς, καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας ἱκετείαις ἐξελιπάρει, μὴ καταπροδοῦναι λέγων αὐτὸν, καὶ ὃν συνίστορα Θεὸν καὶ ἔφορον τῶν ὅρκων πεποίηνται· ἀγωνίσασθαι δὲ μᾶλλον εἰς δύναμιν, καὶ οἱ δεινὰ πεπονθότι συναίρεσθαι· οὐδὲ γὰρ τὸν Σκληρὸν, ἔφη, αὐτοῖς ἐξισχύσειν συστάδην ἀντικαθίστασθαι, εἴγε μὴ νωθρῶς αὐτοὶ καὶ ἀνειμένως χωροῖεν ἐπὶ τὸ πολεμεῖν. Καὶ ὁ μὲν ἐλιπάρει ταῦτα ποτνιώμενος· οἱ δὲ, καὶ αὖθις τοῦ στρατοπέδου ὑπεκρέοντες, τῷ στρατηλάτῃ Σκληρῷ προσετίθεντο. Λέγεται βαθείας ἄρτι νυκτὸς ἐνισταμένης, περιπαθῆ γενόμενον τὸν Φωκᾶν τῷ δρασμῷ τῶν συνωμοτῶν, ἀγρυπνεῖν καὶ ἀλύειν, εὐχαῖς τε τὸ θεῖον ἐξιλεοῦσθαι, τὸ Δαβιδικὸν ἐκεῖνο καταπάδοντα λόγιον· Δίκασον, Κύριε, τοὺς ἀδικοῦντάς με[a]. Αἰφνίδιον δὲ φωνὴν ἐξ ἀέρος ἐνηνεγμένην αὐτοῦ τὰ ὦτα περιβομβεῖν, μὴ περαιτέρω τοῦ ψαλμοῦ χωρεῖν διακελεύουσαν· ὡς τοῦ στρατηλάτου Βάρδα κατ' αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα τοῦ ψαλμοῦ προεξαιτήσαντος λόγια. Ἐπιτρὶς δὲ αὐτῷ τῆς τοιαύτης ἐνηχηθείσης φωνῆς, θαμβηθῆναί τε τῷ καινῷ τοῦ χρησμοῦ, καὶ τῆς εὐνῆς διαναστῆναι περιδεῶς, καὶ τὴν τῆς ἕω φαῦσιν ἐκδέχεσθαι.

VI. Diè jam illustri eum conscenso equo castra perequitasse, oculumque in calceamenta fixisse. Id dum faceret, visionem objectam ei esse mirabilem. Quippe non rubra illa ei apparuisse, verum ut prorsus atra. Ita interrogasse suos homines, quare commisso tanto errore non imperatoria sibi, sed privatæ fortunæ, calceamenta porrexissent. Illos contra, blattea esse: modo accu- D ratius ea inspiceret. Tum ipsum conjecisse in ea oculum, rubraque esse intellexisse, quemadmodum a principio fuissent. Id portentum jam alterum funestum omen arbitratus Phocas, simul quod videret dissidentes milites, neque dicto audientes, suæ salutis quoquo modo rationem habere statuit. Proinde nocte media hominum maxime sibi addictorum trecentos, probe armatos, sequi sese jussit, valloque clam egressus Tyrannorum castrum versus, quod Antigus vocatur, fugere

[b] Locus corruptus in Codice τοῖς πεδίλοις τὸν ὀφθαλμόν. Ἐρείσαντι δὲ φαντασίαν.

[c] Cedrenus II. 670 C Τυράννων.

ϛʹ. Ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας σαφερῶς διαυγαζούσης, τῷ ἵππου ἐπιβῆναι καὶ διιέναι τὸ στράτευμα, ἐρεῖσαί τε τοῖς πεδίλοις τὸν ὀφθαλμόν. Ἐρείσαντι δὲ[b] φαντασίαν γενέσθαι ἀλλόκοτον. Δόξαι γὰρ οὐκ ἐρυθρὰ ταῦτα τυγχάνειν, ἀκραιφνῶς δὲ μελεμβαφῆ. Ἐρέσθαι τε τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, ἀνθ' ὅτου τὸν τοσοῦτον πλάνον καθυποστᾶσι, καὶ μὴ τὰ τῆς βασιλείας, ἀλλ' ἰδιωτικὰ, αὐτῷ ἐπορέξειεν πέδιλα. Τοὺς δὲ ἀποκρίνασθαι, τὰ κοκκοβαφῆ τελεῖν, αὐτῷ δὲ ταῦτα κατανοεῖν ἀκριβῶς συνεβούλευον. Τὸν δὲ ἐπιβαλεῖν τούτοις τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ ἐρυθρὰ ταῦτα καταμαθεῖν, καθάπερ ἐτέλουν ἀνέκαθεν. Τοῦτο δεύτερον ἀπαίσιον οἰωνὸν ὁ Φωκᾶς λογισάμενος τὸ τεράστιον, ὁρῶν δὲ καὶ τὴν στρατιὰν αὐτοῦ διϊσταμένην καὶ ἀφηνιάζουσαν, ἔγνω παντὶ τρόπῳ διασώζειν ἑαυτόν. Μέσων οὖν τῶν νυκτῶν τῶν οἰκειοτάτων τριακοσίους ἐς τὸ ἀσφαλὲς ὡπλισμένους ἀναλαβὼν, λάθρα τοῦ χάρακος ἔξεισι, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ τῶν Τυράννων[c] φρούριον ἄγουσαν, ὃ Ἀντιγοῦς κέκληται, ᾔει· ὅπερ, τὸ τῆς τύχης

παλίμβολον ὑφορώμενος, ἐκ πολλοῦ ἐκρατύνατο, σῖτον ἐν αὐτῷ καὶ παντοδαπὴν χιλὸν ἐπιδαψιλευσάμενος. Ὁ δὲ χῶρος, ἵνα τῷ Φωκᾷ Βάρδᾳ ὁ συνασπισμὸς διελέλυτο, Βαρδάεττα ἐκαλεῖτο[a] ἀνέκαθεν. Βάρδας δὲ ὁ στρατηλάτης, τὸν δρασμὸν διαγνοὺς τοῦ Φωκᾶ, συνάμα λογάσιν ἐξιππασάμενος, ἔθει διώκων. Ἀλλ' αὐτοῦ μὲν διήμαρτεν, ἤδη τῷ φρουρίῳ ἀνασωθέντος· τῶν δὲ τούτου συνωμοτῶν ὅσους ζωγρίας εἴληφε, τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστέρησε, προστεταγμένον πρὸς βασιλέως ἔχων αὐτό. Λέγεται δὲ τὸ χωρίον, ἵνα τοῖς ἀθλίοις τὸ τοιοῦτον συνέβη ἀτύχημα, Τυφλοβιβάρεια ὀνομάζεσθαι. Ἔμοιγε οὖν ἔπεισι θαυμάζειν, ὅπως ἐξ ἐπιπνοίας τινὸς οἱ πάλαι κινούμενοι ἄνθρωποι ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως προσηκόντως καὶ καταλλήλως τὰς προσηγορίας τοῖς τόποις ἐτίθεσαν. Ἐπεὶ λέγεται καὶ Λέοντα τὸν Φωκᾶν, τὸν πρὸς πάππου[b] θεῖον τοῦ Βάρδα, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθαι ἀνηλεῶς, ὀνομάζεσθαι δὲ τὸν χῶρον, καθ' ὃν τὴν τοιαύτην ὑπέστη ποινήν, Ὠκλεόντα, πρὸς δὲ τῆς ἀγροικικῆς ἰδιωτείας κεκλῆσθαι Γωλεόντα. Ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν τοιούτων χωρία τοιαύτας ἀνέκαθεν τὰς ἐπωνυμίας εἰλήφεσαν. Οὐ πάρελκον δὲ ἴσως δόξῃ τι καὶ τὸν τρόπον τῆς τοῦ Λέοντος ἐκτυφλώσεως κατὰ παραδρομὴν ἐξειπεῖν.

ζ. Ἄρτι τοῦ αὐτοκράτορος Λέοντος φθινάδι νόσῳ τῶν ἔνθεν μεταναστάντος, καὶ Ἀλεξάνδρου, τοῦ αὐτοῦ συναίμου, κατόπιν ἐκείνῳ συναπελθόντος, τῆς δὲ Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς πρός τε Κωνσταντίνου, τοῦ τιτθευομένου παιδὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς Αὐγούστης Ζωῆς, ἐπισφαλῶς φερομένης, Συμεών, ὁ τῶν Μυσῶν ἀρχηγός, ἀνὴρ τολμητίας καὶ θερμουργὸς τὰ πολεμικά, πάλαι σφαδάζων, καὶ τὴν κατὰ Ῥωμαίων μάχην ὠδίνων, εὐκαιρίας δραξάμενος, λεηλατῶν οὐκ ἀνίει Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην· εἰς ἀπόνοιάν τε τὴν Σκυθικὴν καὶ συνήθη ἐπαρθείς, αὐτοκράτορα ἑαυτὸν ἀνακηρύττειν Ῥωμαίοις ἐκέλευεν. Οἱ δέ, τὴν ὕπαιθρον ἀλαζονείαν καὶ ὕβριν τοῦ Σκύθου μὴ φέροντες, τὰ ὅπλα κινεῖν κατ' αὐτοῦ ἔγνωσαν. Καὶ δὴ Λέοντα τὸν Φωκᾶν, ἀνδρείᾳ καὶ τροπαίοις τηνικαῦτα τῶν λοιπῶν στρατηγῶν ὑπερφέροντα, ἀρχηγὸν τῆς στρατιᾶς προστησάμενοι καὶ Δομέστικον τῶν σχολῶν ἀνειπόντες· Ῥωμανὸν δέ, τῶν ἐμπύρων νεῶν προχειρισάμενοι ναύαρχον (Δρουγγάριον τῶν πλοΐμων τὸν εἰς τὴν τοιαύτην ἀφιγμένον ἀρχὴν ὀνομάζουσι)· τὸν μὲν ἐκ γῆς, τὸν δὲ ἐκ θαλάσσης, Μυσοῖς ἐπιτίθεσθαι προὔπεμψαν. Περαιωθέντα δὲ τὸν Λέοντα καὶ τὴν

A coepit. Id castellum, fortunæ inconstantiam verens, jam dudum communierat, comportatis eo frumento et cujusque modi alimentis. Locus autem, quo in loco Bardæ Phocæ exercitus dilapsus est, Bardaëtta nominabatur antiquitus. Inter hæc Bardas Magister, Phocæ fuga cognita, profectus cum lectis equitibus confestim est insecutus. Quanquam hunc quidem nactus non est, quod in castellum pervenerat incolumis: ex conjuratis autem quotquot captivos fecit, luminibus privavit, sicut erat illi ab Imperatore mandatum. Locus- B que, in quo miseris usu venit ejusmodi calamitas, inde dicitur Typhlovivaria appellari. Qua in re mirari subit, quemadmodum quasi quodam instinctu moti vetusti mortales apte et convenienter ex rerum eventu nomina locis posuerint. Quippe et Leoni Phocæ, patruo magno Bardæ, oculos crudeliter erutos esse perhibent, locumque, ubi pœnam illam subierit, Oëleonta nuncupatum, Goleonta agresti consuetudine vocari. Ita loca punitionum antiquitus talia nomina invenerunt. Neque abs re fortasse videbitur, si quo pacto excæcatus fuerit Leo, in transitu demonstravero.

Bardas Dux in castellum confugit.

[a] f. καλεῖται.

[b] Cod. πάππω.

Fol. 306 vers.

C

VII. Leo Imperator cum tabe consumtus diem suum obiisset, Alexander, frater ejus, post eum item ex hac vita migrasset, imperium autem Romanum sub ejus filio Constantino, inter nutrices etiamnum versante, Zoëque Augusta, non sine difficultate administraretur, Simeon Mœsorum princeps, homo audax belloque fervidus, jam pridem ira incitatus expeditionemque contra Romanos moliens, tunc opportunitatem nactus Macedoniam Thraciamque populari non intermisit: quinetiam, Scythica et consueta amentia elatus, D Romanos Imperatorem sese renunciare jussit. Hi, apertam insolentiam Scythæ atque arrogantiam minime ferentes, arma sumere adversus eum constituerunt. Itaque Leonem Phocam, virtute atque victoriis præter cæteros tum duces excellentem, copiis præfectum Domesticum scholarum declarant: Romanum igniferis triremibus præesse jubent (Drungarium rei navalis evectum ad id imperium vocant): alterum ut terra, alterum ut mari Mœsos invaderet, mittunt. Ibi Leonem, postquam transjectu facto Mœsiam ingressus

Bellum inter Romanos et Bulgaros, Zoë Augusta imperante.

esset, acriter ferunt prœliatum, atque innumerabilem multitudinem hostium concidisse, adeo ut Simeon, magna consilii inopia affectus, nec quid faceret haberet, nec quomodo effugeret e manibus ducis fortis adeo et invicti. Jam cum cæteri quoque Mœsi animo abjecto fugam meditarentur, ecce a quodam e schola protectorum Leoni nuncius allatus dicitur, Romanum Drungi præfectum solvisse ancoras, ventum in puppi habere, passis velis Constantinopolim properare, eo consilio, ut imperium appeteret. Hic vero Leonem, acerbo nuncio graviter affectum, ordines solvisse, et, terga Mœsis dantem, iter ad reginam urbium direxisse, si forte, Romani navigationem præveniens, ipse moderamina invaderet rei Romanæ. Simeonem, cum, ignarus causæ, insolentem Romanorum regressum conspiceret, primo suspicionem habuisse, ne quid doli subesset, et exitium Mœsis insequentibus pararetur: mox, ubi effusa fuga ruere comperisset, insecutum infinitam multitudinem crudeliter occidisse. Et conspiciuntur ad hodiernum diem acervi ossium ad Anchialum, ubi tunc fugiens cæsus turpiter Romanorum exercitus est. Leo, quod serius Constantinopolim advenerat, spe dejectus (jam enim Romanus palatio occupato Pater Augusti proclamatus erat), in Asiam per Abydum transvectus defectionem fecit, multaque posthæc et Romano et reipublicæ negotia facessivit, tum incursionibus, tum tributa annua intercipiendo, fusis qui contra nitebantur. Jam vero, prædatoria ejus manu decursu temporis dilapsa, cum consilium contra ipsius sententiam exitum habuisset, eum fugæ se commendasse, comprehensumque effossis oculis crudeliter excæcatum.

Simeonis, Bulgarorum principis, insperata victoria.

[a] Vide supra 13. D

[b] Cedrenus II.

Fol. 306 verso.

VIII. Leonis rebellio hunc in modum conquievit. Phocam autem tunc ad castellum properantem, cum agmen suorum clauderet, ex insequentibus aliquis, audax et protervus, provectus ante cæteros invasit, gladiumque cum minis elatum infligere conatus est. Is eum monet, protinus retro regrediatur, præsentem suam fortunam veritus. *Debere eum, ut mortalem, necessario inconstantiam infidelitatemque fortunæ extimescere, neque ad ægritudines viri calamitosi novam addere. Satis malorum se circumstare, quæ in eas se adduxissent*

[a] *Sic emendavi in Codice est,* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν (*sic*) Φωκᾶ τοιαῦτα κ. τ. λ. *Posses tamen quoque scribere,* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν Φωκᾶ ἐπ. *Vide infra* 320 *verso.*

[b] *Cod.* δεῖ

[c] *Codex.* προσ῾ θεῖναι *Sinn.*

A Μυσίαν καταλήφοτα φασὶ ἐκτόπως διαγωνίσασθαι, καὶ ἀναρίθμητα πλήθη κατακόψαι τῶν δυσμενῶν, ὡς τὸν Συμεὼν εἰς ἀπορίαν συνελαθῆναι δεινήν, καὶ ἀμηχανεῖν ὅ, τι καὶ δράσῃ, καὶ ὅπως ἐκφύγῃ οὕτω θρασὺν ἄνδρα καὶ ἀκαταγώνιστον. Ἤδη δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀπειρηκότων Μυσῶν καὶ πρὸς φυγαδείαν τρεπομένων, ἀγγελίαν πρός τινος λέγεται τῶν ὑπασπιστῶν ἀνενεχθῆναι τῷ Λέοντι, ὡς ὁ Δρουγγάριος Ῥωμανὸς αὐτοῖς ἱστίοις ἀπάρας, κατὰ πρύμναν ἱσταμένου τοῦ πνεύματος, ἔρωτι τυραννίδος ἀποπλέει εἰς τὸ Βυζάντιον. Τὸν δὲ, τῷ ἀπευκταίῳ τῆς ἀγγελίας περιαλγήσαντα, διαλῦσαί τε τὸν B συνασπισμόν, καὶ, νῶτα τοῖς Μυσοῖς δόντα, ἐπείγεσθαι πρὸς τὴν βασιλεύουσαν, εἴ πως τὸν τοῦ Ῥωμανοῦ προφθάσοι ἐπίπλουν, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἡγεμονίας ἐγκρατὴς γένοιτο. Τὸν δὲ Συμεών, τὴν ἀπροφάσιστον καὶ ἀλλόκοτον ἰδόντα Ῥωμαίων φυγήν, ἐνδοιάσαι μὲν ἐς τὸ πρῶτον, μή τι σκαιωρούμενον εἴη, καὶ ὄλεθρος Μυσοῖς ἐπισπωμένοις ἐξυφάνηται· μαθόντα δὲ ἀνὰ κράτος φεύγειν αὐτούς, ἕπεσθαί τε, καὶ ἄπειρα πλήθη συγκόψαι ἀνηλεῶς. Καὶ νῦν ἐστὶν ὁρᾶν εἰσέτι σωρείας ὀστῶν[a] παρὰ τὴν Ἀγχίαλον[b], καθ' ἣν ἀκλεῶς συνεκόπη τότε φεῦγον τὸ Ῥωμαίων στράτευμα. Ὁ δὲ Λέων, ἐπείπερ C ὑστέρησε τῆς εἰς τὸ Βυζάντιον ἀφίξεως, καὶ τῆς ἐλπίδος ἡμάρτανεν (ἔφθη γὰρ ὁ Ῥωμανὸς τὴν βασίλειον ἑστίαν καταληφὼς καὶ Πατὴρ Βασιλέως ἀναῤῥηθείς), ἐς τὴν Ἀσίαν διὰ τῆς Ἀβύδου περαιωθείς, πρὸς ἀποστασίαν ἀπέκλινε, καὶ πολλὰ τῷ Ῥωμανῷ καὶ τῇ πολιτείᾳ παρέσχε πράγματα, καταθέχων, καὶ τοὺς ἐτησίους φόρους ἀφαιρούμενος, καὶ τοὺς ἀντικαθισταμένους χειρούμενος. Ἤδη δὲ τῷ χρόνῳ τοῦ λῃστρικοῦ διασκεδασθέντος, καὶ εἰς τοὔμπαλιν αὐτῷ ἀποβάντος τοῦ βουλεύματος, φυγαδείᾳ χρήσασθαι, συλληφθῆναί τε καὶ ὠμῶς ἐκκεντηθῆναι τοὺς ὀφθαλμούς.

D η΄. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως. Φωκᾶ δὲ[c] ἐπειγομένῳ τηνικαῦτα ἐπὶ τὸ φρούριον, καὶ οὐραγοῦντι τῶν ἀμφ' αὐτόν, τῶν ἐπιτιθεμένων αὐτῷ τις ἐξιστασάμενος, θρασὺς καὶ ἀγέρωχος, ἐπῄει, ἐπανατείνων τὸ ξίφος μετ' ἀπειλῶν, καὶ πλήττειν ἐπιχειρῶν. Ὁ δὲ ἀπαλλάττεσθαι τὴν ταχίστην παρῄνει, τὰς κατασχούσας αὐτὸν τύχας εὐλαβηθέντα. Δεῖν[d] δὲ, θνητὸν ὄντα, τὸ ἄστατον πάντως ὑφορᾶσθαι τῶν πραγμάτων καὶ ἄπιστον, καὶ μὴ προστιθέναι[e] κακοδαιμονοῦντος ἀνδρὸς τοῖς ἀλγήμασιν ἄλγημα. Ἀρκεῖν γὰρ τὰ περιστοιχήσαντα τοῦτον δεινά, ἅπινα εἰς τοῦτο δυσπραγίας

στρατηγίας αὐτὸν πεπλήρωκεν, ὡς φυγάδα νῦν καθορᾶσθαι τὸν τῆς Ῥωμαϊκῆς κατάρξαντα στρατιᾶς. Ὁ δὲ, ὕθλον τε ἄλλως τοὺς τοιούτους λόγους τιθέμενος, πλησιέστερον ἧκε, πλήττειν πειρώμενος. Ὁ δὲ Βάρδας, τὴν παρῃωρημένην κόρυθα μεταχειρισάμενος, αἰφνίδιόν τε στραφεὶς, κατὰ τῆς κόρυθος παίει τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ, αὐτῇ κυνῇ κατεαγεὶς τὸ κρανίον, ἄναυδος τῇ γῇ προσαράττεται· καὶ οὕτως ἐς τὸ φρούριον ὁ Φωκᾶς διασώζεται. Βάρδας δὲ, ὁ στρατηλάτης καὶ Μάγιστρος, τὸ φρούριον κυκλωσάμενος, παρῄνει τῷ Φωκᾷ Βάρδᾳ, τὴν εὐμένειαν τοῦ κρατοῦντος αἰτήσασθαι, καὶ τοῦ τειχίου κατιέναι ὡς τάχιστα. Ὁ δὲ, ἐπεὶ ἐς ἀμηχανίαν ἐσχάτην καὶ δεινὴν ἀπορίαν συνείληπτο, πολλὰ γνωματεύσας καὶ λογισάμενος, ἔγνω ἐνδοῦναι τῇ τύχῃ, καὶ εἶξαι τοῖς κρατοῦσιν, εἰ ἀπάθειαν αὐτοῦ τε καὶ τῶν φιλτάτων λήψοιτο. Παραυτίκα δὲ τὰ πιστὰ ἐξαιτησάμενος, ὡς οὐδέν τι τῶν ἀηδῶν πείσεται, καὶ ταύτας πρὸς τοῦ Σκληροῦ εἰληφὼς, κάτεισι τοῦ φρουρίου σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις. Ὁ δὲ τούτους δεξάμενος ἀλύπως ἐφρούρει, ἀναφέρει [a] τὰ ξυναχθέντα πρὸς βασιλέα, ἐρόμενος [b] ὅ, τι δεῖ καὶ ποιεῖν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Ἰωάννης ἐδήλου, τὸν μὲν τοῦ Φωκᾶ Βάρδαν, κληρικὸν ἀποκαρέντα, ἅμα συζύγῳ καὶ τέκνοις ἐν τῇ νήσῳ Χίῳ περιορίσαι· αὐτὸν δὲ, τὰς δυνάμεις ἀνειληφότα, ἐς τὴν Εὐρώπην διὰ τοῦ Ἑλλησπόντου διαπερᾶν, χειμερεύοντα πρὸς τὰ ἐκεῖσε χειμάδια· ὡς, ἦρος εὐθὺς ἐπιγινομένου, καὶ αὐτὸν βασιλέα μετὰ τῶν ὑπασπιστῶν ἐκστρατεῦσαι κατὰ Σκυθῶν· μηδὲ γὰρ τὴν τούτων ἀκάθεκτον ὕβριν καρτερῆσαι λοιπόν.

θ΄. Οὕτω γὰρ, τὴν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης τοῦ στρατηλάτου Βάρδα διαγνόντες ἄπαρσιν, ἐς τὴν Ἀσίαν παρὰ βασιλέως σταλέντος διὰ τὸν ἔναγχος ἀναρριπισθέντα πρὸς τοῦ Φωκᾶ Βάρδα νεωτερισμὸν, καθάπερ μοι ἤδη ἐῤῥήθη, τὰ μέγιστα Ῥωμαίους ἐσίνοντο, αἰφνιδίους ἐπεξελάσεις ποιούμενοι, καὶ τὴν τῶν Μακεδόνων ληϊζόμενοι καὶ δῃοῦντες ἀφειδῶς· τοῦ τὴν ἐπιστασίαν τῆς ἐνταῦθα στρατιᾶς ἐγχειρισθέντος Ἰωάννου Μαγίστρου, ᾧ Κουρκούας ἐπώνυμον, ἐς ῥᾳστώνην καὶ πότους, παρὰ τὸ εἰκὸς, ἀποκλιθέντος, ἀπείρως τε καὶ ἀμαθῶς κεχρημένου τοῖς πράγμασι· τῷ τοι καὶ ἐς αὐθάδειαν καὶ θράσος τὰ Ῥωσικὰ ἐπήρθη φρονήματα. Τὴν ὑπέραυχον τοιγαροῦν ἀλαζονείαν αὐτῶν, καὶ τὸν ἀντικρὺς προπηλακισμὸν μὴ στέγων ὁ βασιλεὺς, παντὶ σθένει κολούειν καὶ καταπαύειν ἠπείγετο ἐκ τοῦ συστάδην τούτοις συμπλέκεσθαι. Ἐνθεῦθεν καὶ τὰς ἐμπύρους τριήρεις ἑρματίζειν προσέταττε, καὶ σίτου πλῆθος

angustias, ut qui Romanæ armaturæ præfuisset, is fugitivus nunc conspiceretur.* Hic, ejusmodi voces flocci non faciens, propius accessit, ferire conans. Tum Bardas, arrepta casside quam suspensam gerebat, subito conversus hominem in galeam percussit; is, perfracta simul et galea et calvaria, voce nulla missa, in terram defertur: Phocas hunc in modum in castellum incolumis pervenit. Quod cum Bardas, dux et Magister, exercitu circumdedisset, suasit Phocæ, ut ad clementiam principis confugeret, deque munitione quamprimum exiret. Is, ubi erat ad summas angustias magnamque rerum inopiam redactus, multis agitatis perpensisque sententiis, fortunæ cedere statuit, dominantibusque subjicere sese, modo impunitatem cum suam tum carorum suorum impetraret. Ita evestigio fide postulata, ne quid incommodi caperet, ubi hanc a Sclero acceperat, una cum uxore ac liberis de castello descendit. Is eos receptos incolumes asservat: de pactis ad principem refert: quid opus sit facto interrogat. Rescripsit Joannes Imperator, *Bardam Phocam, clericum factum circumtonsumque, cum conjuge atque liberis in Chium insulam amandaret: ipse, abductis copiis, in Europam per Hellespontum transjiceret, in hibernisque, quæ per loca illa sint, hibernaret: nam primo vere ipsum Imperatorem cum scholis in Scythas moturum: eorum effrænatam insolentiam tolerare diutius se nolle.*

[a] f. ἀναφέρει τε.

[b] Codex. αἰρόμενος.

Deditio Bardæ Phocæ.

Fol. 307 num.

IX. Etenim Scythæ, de Bardæ ducis ex Europa discessu certiores facti, qui ob excitatam modo a Barda Phoca seditionem in Asiam ab Imperatore erat missus, ut jam dictum est abs me, plurimum Romanos vexabant, incursionibusque derepente factis improbe diripiebant vastabantque Macedoniam: quod Joannes Magister, cognomento Curcuas, cui copiarum in illis partibus commissa erat cura, desidiæ atque potationibus præter modum deditus, imperite atque imprudenter res administrabat; ex quo ad arrogantiam fiduciamque Russorum se erexerant animi. Quorum superbam insolentiam et manifestas contumelias cum non ferret Imperator, omni vi repellere et dejicere properabat, prælio collatis signis facto. Proinde et igniferas triremes onerari jussit, et comportari Adrianopolim frumentariis

Russi Macedoniam vastant.

A navibus commeatum plurimum, itemque pabulum jumentis, et armorum quantum sat esset militibus, ne quid earum rerum dimicationis tempore Romanis deesset. Hæc dum parantur, Theodoram, Constantini Porphyrogeniti Imp. filiam, Joannes in matrimonium duxit: pulchritudine corporisque elegantia non ita insignem, pudore autem omnique virtutum genere mulieribus sine controversia antestantem. Mensis November tunc agebatur, anno altero principatus ejus, cum nuptiarum solennia fierent. Quo tempore major quam ut dici possit lætitia populum tenebat, B propterea quod miti animo magnaque morum facilitate regebat subditos Imperator: prædicatus maxime, quod et magnificus esset, et indole præditus regia; simul, quod benignum se et æquum civibus præberet, liberaliter egentibus stipem erogans. Ita tunc, congiariis ludisque in theatro munerata plebe, Constantinopoli hibernans vernum tempus præstolabatur: lectam autem circa se manum quotidie in armatis utroqueversum conversionibus, in omnibusque belli meditationibus exercebat, quotquot a fortissimis viris sunt ad præliorum usus excogitatæ.

Imperator Theodoram, Constantini Imp. filiam, uxorem ducit.

[a] Vide supra 59. D.

A ἐς τὴν τοῦ Ἀδριανοῦ πόλιν διὰ τῶν σιτηγῶν πλοίων κομίζειν, καὶ χορτάσματα τῶν ὑποζυγίων, καὶ ἀποχρῶντα ὅπλα τῇ στρατιᾷ, ὡς μήτινος τούτων κατὰ τὸν καιρὸν τῶν ἀγώνων οἱ Ῥωμαῖοι σπανίζοιεν. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα παρεσκευάζετο, Θεοδώραν, τὴν τοῦ αὐτοκράτορος Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου παῖδα, ὁ Ἰωάννης πρὸς γάμον ἡρμόσατο, κάλλει μὲν καὶ σώματος ὥρᾳ οὔ τι λίαν οὖσαν ἀξιοπρεπῆ, σωφροσύνῃ δὲ καὶ ταῖς παντοδαπαῖς ἀρεταῖς ἀδηρίτως τοῦ θήλεος ὑπερφέρουσαν. Νοέμβριος μὲν ἐνειστήκει, ἔτει δευτέρῳ τῆς τούτου ἡγεμονίας, ὅτε ἡ γαμήλιος ἐτελεῖτο ἑστίασις. Καὶ θυμηδία τις B κατεῖχε τὸν δῆμον ἄρρητος, ἀνθ' ὧν ἤθεσιν εὐμενείᾳ καὶ τρόπων χρηστότητι τὸ ὑπήκοον ὁ βασιλεὺς ἴθυνε· θαυμαζόμενος μάλιστα, ὅτι μεγαλοπρεπής τις ὢν καὶ ἀρχικὸν κεκτημένος τὸ φρόνημα, προσηνής τε καὶ ἐπιεικὴς τοῖς ὑπηκόοις ἐδείκνυτο, προχείρως τοῖς χρῄζουσιν ἐπιδαψιλεύων τὸν ἔλεον[a]. Ἀλλὰ τότε μὲν, φιλοτιμίαις καὶ θεάτρων ἁμίλλαις τὸν δῆμον φιλοφρονούμενος, κατὰ τὸ Βυζάντιον διεχείμαζε καὶ τὸν τοῦ ἦρος καιρὸν ἐξεδέχετο, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐξασκῶν ὁσημέραι λογάδας τὴν ἐνόπλιον κατὰ θάτερα δίνησιν καὶ τὴν παντοδαπὴν τῆς πολεμικῆς ἐμπειρίαν, ὁπόση παρὰ τὰς μάχας τοῖς ἀλκιμωτάτοις ἀνδράσιν ἐπινενόηται.

ΛΕΌΝΤΟΣ ΤΟΥ͂ ΔΙΑΚΌΝΟΥ

ἹΣΤΟΡΊΑΣ Η'.

LEONIS DIACONI HISTORIÆ

LIBER VIII.

α'. Τῆς δ' χειμερινῆς κατηφείας εἰς ἐαρινὴν αἰθρίαν μεταβαλούσης, τὸ σταυρικὸν σημεῖον εὐθὺς ἄρας ὁ Βασιλεὺς, κατὰ τῶν Ταυροσκυθῶν ἠπείγετο. Καὶ δῆτα τῶν ἀνακτόρων ἐξαναστὰς, τῷ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ κατὰ τὴν Χαλκῆν τιμωμένῳ σηκῷ πρόσεισι, τὸ θεῖον ἐξευμενισόμενος. Ὅνπερ ἀθρήσας ἐστενωμένον εὐκτήριον, μόλις που πεντεκαίδεκα χωρεῖν ἔνδον ἄνδρας δυνάμενον, σκολιάν τε καὶ δυσπρόσοδον, ὡσεί τινα ἑλικοειδῆ λαβύρινθον ἢ κρησφύγετον κεκτημένον τὴν ἄνοδον, ἐξαυτῆς ἐγκελεύεται ἐς τὸ μεγαλοπρεπέστερον καὶ εὐαγέστερον ἐκ βάθρων τοῦτον οἰκοδομεῖν, τῇ χειρὶ αὐτὸς[a] σχηματίσας τὸν περίμετρον· ὃν εἰς τοῦτο κάλλος, εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται, καὶ μέγεθος ἐκ τῆς ἐκείνου ἐξ ἐπιπνοίας τινὸς σπουδῆς καὶ ἐπισκήψεως ἤγειρεν. Ἐντεῦθεν εἰς τὸν θεῖον καὶ περίπυστον νεὼν τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἀφικόμενος, ἄγγελόν τε αὐτῷ δοθῆναι ἐξαιτησάμενος, προπορευόμενον τοῦ στρατοῦ, καὶ τὴν ὁδὸν κατευθύνοντα, εἰς τὸν ἐν[b] Βλαχέρναις τιμώμενον τῆς Θεομήτορος οἶκον λιτανεύων ἐπιφοιτᾷ. Κἀνταῦθα δὲ ἱκετηρίαις τὸ θεῖον, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐξιλεωσάμενος, ἄνεισιν ἐς τὰ ἐκεῖσε ἀνάκτορα, τὰς πυρφόρους τριήρεις ὀψόμενος, τακτικῶς πρὸς τὸ τοῦ Βοσπόρου σαλευούσας προκόλπιον, ὃ καὶ ἐπίνειον ταῖς φορτίσι καθέστηκεν εὔορμον καὶ εὐγάληνον, ἐς καμπὴν ἠρέμα μέχρι τῆς γεφύρας καὶ τοῦ κατ' αὐτῆς εἰσβάλλοντος ποταμοῦ ἐκτεινόμενον. Τὴν γοῦν μετ' ἐμπειρίας καὶ κόσμου τῶν τριηρῶν εἰρεσίαν καὶ ἅμιλλαν ὁ Βασιλεὺς θεασάμενος (ἐτύγχανον δὲ ὑπὲρ τὰς τριακοσίας, συνάμα λέμβοις καὶ ἀκατίοις, ἃ νῦν γαλέας καὶ μονέρια κοινῶς ὀνομάζουσι), φιλοφρονησάμενός τε τοὺς ἐρέτας καὶ τὸ περὶ αὐτὰς στρατιωτικὸν ἀργυρίῳ

A I. Hiberno squalore in vernam mutato serenitatem, Imperator, sublato statim crucis vexillo, adversus Tauroscythas iter maturavit. Ita sacro limine egressus ad Servatoris Christi sacellum, quod in Chalce veneramur, numen placaturus accessit. Id oratorium angustum esse conspicatus, hominesque vix quindecim capere intus posse, flexo et difficili, labyrinthi tortuosi gurgustiive instar, ascensu, evestigio in majus sanctiusque a fundamentis ædificari jussit, murorumque ambitum ipse figuravit: quem in eam, quæ adhuc videtur, speciem et amplitu-
B dinem velut aliquo afflatu divino solertia ejus et jussum excitavit. Inde in cœlestis Sapientiæ divinum atque illustre templum perrexit: ex quo, angelum dari sibi precatus, qui exercitui anteiret viamque dirigeret, in ædem Matris Dei in Blachernis cultam cum hymnorum cantu transit. Ibi quoque precibus divino numine rite placato, in palatium, quod ibidem est, ascendit, igniferas triremes inspecturus. Stabant ordinatim in sinu Bospori, ubi portus onerariarum tutus et tranquillus subest, molli flexu ad pontem usque flumenque, quod ibi in mare transit, pertinens. Triremium naviga-
C tionem et certamen, usu militari atque ordine facta, ut spectavit Imperator (erant autem navigia plus CCC, adjunctis actuariis et scaphis, quas nunc galeas et moneria vulgo vocant), remiges et propugnatores donativo auctos ad Istrum emisit ad trajectum fluminis asservandum, ut Scythis, si forte se fugæ darent, domum inque Cimmerium Bosporum renavigandi facultas auferretur. Istrum

Fol. 307 verso.

[a] Cod. αὐτῷ et paulo post malim, τῇ χ. τὸ περίμετρον, et κάλλους—μεγέθους, aut. mox τὸ κ.

[b] Cod. ἐς.

Classis lustratur Constantinopoli.

unum de fluviis perhibent ex Eden profluentibus, Phison cognomento: eum, ex Oriente ortum, rursus summa divini ædificatoris sapientia sub terram coadi: post denuo e montibus Celticis eructatum per Europam volvi, et, in quinque capita fissum, in Pontum influere, qui Euxinus nominatur. Alii Phisonem arbitrantur flumen quod Indiam intersecet, Gangem vulgo vocatum, ubi smaragdus lapis invenitur.

A διανομῇ, ἐς τὸν Ἴστρον ἐκπέμπει, τὸν τούτου πόρον φρουρήσοντας, ὡς μὴ ἐνὸν εἴη τοῖς Σκύθαις, ἐς τὴν σφῶν πατρίδα ἐκπλεῖν καὶ τὸν Κιμμέριον Βόσπορον, εἴγε πρὸς φυγὴν ἀποκλίνοιεν. Λέγεται δὲ τὸν Ἴστρον ἕνα τῶν ἐξ Ἐδὲμ ἐκπορευομένων εἶναι ποταμῶν, τὸν ἐπικεκλημένον Φισὼν, ἐκ τῆς ἕω μὲν ἐκδιδόμενον, ὑποδυόμενόν τε κατὰ γῆν ἀμηχάνῳ τοῦ δημιουργοῦ σοφίᾳ· καὶ αὖθις ἐκ τῶν Κελτικῶν ὀρέων ἀναπιδύοντα, ἑλισσόμενόν τε διὰ τῆς Εὐρώπης, καὶ, εἰς πέντε τεμνόμενον στόματα, τὴν ῥοὴν εἰσβάλλειν παρὰ τὸν Πόντον, ὃς Εὔξεινος ὀνομάζεται. Τινὲς δὲ Φισὼν τὸν τὴν Ἰνδικὴν τέμνοντα γῆν τυγχάνειν, ὃν καὶ Γάγγην καλήσκειν εἰώθασι, παρ' ᾧ ἐξευρίσκεται ὁ λίθος ὁ σμάραγδος[a].

a Vide Genes. II, 12.

b Cod. Ἀλλαὶ μὲν.

Fol. 308 verso.

B II. Triremes dum sic ad Istrum adnavigant, Joannes Imp., ab urbe profectus, Adrianopolim omnibus copiis venit. Hoc oppidum ab Oreste Agamemnonis F. cum post Clytæmnestræ matris cædem ex errore substitisset, conditum esse demonstrant: inde prius Orestiadem appellatum fuisse. Posterius Adrianum Cæsarem, cum Scythis bellantem, situ loci captum, propugnaculis firmis communisse, atque Adrianopolim nominasse.

Castra ad Adrianopolim.

Eo postquam Imperator pervenit, ab exploratoribus certior factus est, tramites in Mœsiam agentes, difficiles illos quidem et perangustos, quos inde Clisuras, quod quasi clausi sint, vocant, a Scythis minime custodiri. Quare convocatis centurionibus et tribunis in hunc est modum locutus: *Existimabam, commilitones, Scythas, nostrum ad ipsos adventum jamdiu exspectantes, omni opera opportunitates angustiasque saltuum et viarum septis vallisque interclusisse, ne sine difficultate ultra progredi possemus. Nunc, quandoquidem divini Paschatis adventus in causa illis fuit, quo minus præseptis itineribus transitum nostrorum prohiberent, minime arbitrati, nos, relictis quæ magnum festum consequantur lustrationibus, pompis, lautitiis, ludis, ad belli labores molestiasque conversum iri, videtur mihi quidem optimum factu, oblata facultate confestim uti, priusque armis confestim captis angustias transmittere, quam Tauroscythæ, adventu nostro cognito, vi saltus obtineant. Quod si præripimus locorum periculosorum transitum, inopinantesque illos adorimur, spe ducor (pace numinis dixerim), primo impetu vel Præsthlabam oppidum, Mæsorum regiam, teneri posse: unde ultra progressi vesaniam Russicam facile comprimemus.*

c Fort. δή.

d Nota hic conjunct. pro futuro.

β'. Ἀλλ' αἱ μὲν[b] τριήρεις τοῦτον τὸν τρόπον ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀνήχθησαν. Ἰωάννης δὲ ὁ αὐτοκράτωρ, τοῦ Βυζαντίου ἀπάρας, ἐς τὴν Ἀδριανοῦ σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι παραγένεται. Ἣν Ὀρέστην φασὶ πολίσαι τὸν τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὅτε τὸν πλάνον ὑπέστη μετὰ τὴν ἀναίρεσιν Κλυταιμνήστρας, τῆς ἰδίας μητρός· ἐξ ἐκείνου τε Ὀρεστιάδα κεκλῆσθαι τὸ πρότερον. Ἀδριανὸν δὲ αὖθις τὸν αὐτοκράτορα, Σκύθαις μαχόμενον, ἁλῶναί τε τῇ θέσει τῆς χώρας, καὶ ταύτην ὀχυροῖς περιβόλοις τειχίσαι, καὶ Ἀδριανοῦ ὀνομάσαι. Ἐνταῦθα δὲ[c] ὁ βασιλεὺς ἀφικόμενος, C ἀναμαθών τε πρὸς τῶν σκοπῶν, ὡς αἱ ἀπάγουσαι εἰς τὴν τῶν Μυσῶν δυσέμβολοι καὶ ἐστενωμένοι ἀτραπιτοὶ, ἃς καὶ κλεισούρας, διὰ τὸ οἱονεὶ κατακεκλεῖσθαι, κατονομάζουσι, παρὰ τῶν Σκυθῶν οὐ παραφυλάττονται, τοὺς λοχαγοὺς καὶ ταξιάρχους συναγηοχὼς, ἔλεξε τοιάδε· Ὤμην μὲν, ὦ συστρατιῶται, Σκύθας τὴν ἡμετέραν ὡς αὐτοὺς ἐκ πολλοῦ προσδοκῶντας ἄφιξιν, παντὶ σθένει τὰ ἐπικαιρότατα καὶ στενώτατα, δυσπρόσοδά τε, τῶν ἀτραπιτῶν, θριγκοῖς τισὶ καὶ ἑρκίοις συγκλεῖσαι, ὡς μὴ εὐπετῶς ἡμῖν εἴη εἰς τὰ πρόσω ἰτητέα. Ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ θείου Πάσχα D ἐπέλευσις ἔσφηλε τούτους, περιασφαλίσασθαι τὰς ὁδοὺς καὶ ἀπεῖρξαι τὴν ἡμῶν πάροδον, μὴ πεισθέντες, ὡς καταλιπόντες ἡμεῖς τὰ τῇ μεγάλῃ ἑορτῇ ἑπόμενα, λαμπροφορίας, καὶ προόδους, καὶ τρυφὰς, καὶ θέατρα, πρὸς πόνους καὶ ταλαιπωρίας πολέμων ἐναποκλινοῦμεν, δοκεῖ μοι ἄριστα πράξειν, εἰ ἐξαυτῆς ἁρπάσωμεν τὸν καιρὸν, καὶ ὡς ἔχομεν τάχους ἐνσκευασάμενοι, τὴν ἐστενωμένην ὁδὸν παροδεύσωμεν, πρὶν τοὺς Ταυροσκύθας αἰσθέσθαι τὴν ἡμῶν ἔφοδον, καὶ εἰς ἀλκὴν κατὰ τὰς δυσχωρίας ὁρμῆσαι. Εἰ γὰρ προτερήσωμεν τὴν τῶν ἐπισφαλῶν χωρίων διάβασιν, καὶ ἀπροσδοκήτοις τούτοις προσβάλωμεν[d], οἶμαι (σὺν Θεῷ δὲ εἰρήσθω), αὐτοβοεὶ καὶ τὴν πόλιν Περισθλάβαν αἱρήσειν,

αἱρήσειν, ἣ Μυσοῖς ἐστὶ τὰ Βασίλεια· κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι, ῥᾷστα τὴν Ῥωσικὴν ἀπόνοιαν καταγωνισόμεθα.

γ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἶπεν ὁ βασιλεύς, τοῖς δέ γε στρατηγοῖς καὶ ταξιάρχοις ἄκαιρος ἐδόκει ταυτὶ τὰ ῥηθέντα τόλμα, καὶ τινάλλως θράσος ἐς ἀπόνοιαν ἐκπίπτον ἀλόγιστον, ἀπερισκέπτως τὴν Ῥωμαϊκὴν δύναμιν διὰ στενωποειδοῦς καὶ κρημνώδους ὁδοῦ διαβιβάζειν ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς προτρεπόμενα. Ἐφ' ἱκανὸν δὲ χρόνον σιωπώντων αὐτῶν, ἀναλαβὼν αὖθις καὶ ἀνοιδήσας ὁ αὐτοκράτωρ φησίν· Ὅτι μὲν τὸ μὴ λελογισμένως παρὰ τοὺς πολέμους[a] χωρεῖν, ἀλλ' αὐθαδῶς καὶ θρασέως, κίνδυνον εἴωθεν ὡς μάλιστα προξενεῖν καὶ πανωλεθρίας ἀνήκεστον, ἐπίσταμαι καὶ αὐτός, ἐκ νεότητος ταῖς μάχαις ἀναστραφείς[b], καὶ πολλὰ τρόπαια, καθὼς ἴστε, καὶ νίκας ἀναδησάμενος. Ὅτι δέ, ἐν οἷς ὁ καιρός, ὡς ἐπὶ ξυροῦ[c] ἀκμῆς ἑστηκώς, μὴ κατὰ γνώμην χρῆσθαι τοῖς πράγμασι δίδωσι, δεῖ που τότε συναρπάζειν, καὶ τὰ οἰκεῖα εὖ τίθεσθαι, συνθήσεσθαί μοι δοκῶ καὶ αὐτούς, ἐμπειρίαν πολλὴν ἀναλεξαμένους ἐκ τῆς ἀλλεπαλλήλου καὶ ἑτεροκλινοῦς τῶν πολέμων ῥοπῆς. Εἴ τι οὖν μοι πείθεσθε τὰ λῷονα συμβουλεύοντι, ἕως οἱ Σκύθαι πρὸς ῥᾳστώνην ἀναπεπτώκασι, μήπω τὴν ἡμῶν αἰσθόμενοι ἄφιξιν, ἁρπάσωμεν τὸν καιρόν, καὶ ἡ νίκη τῇ διαβάσει τῆς κλεισούρας συνέψεται. Εἰ γὰρ διαβησείοντας ἡμᾶς αἴσθοιντο, καὶ εἰς ἀντίπαλον ἐπὶ τῶν στενωπῶν ἀντιτάξοιντο φάλαγγα, οὐκ εἰς καλὸν ἡμῖν τελευτήσει τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐς ἀπορίαν καὶ ἀμηχανίαν δεινήν. Ἐπιρρώσαντες οὖν τοὺς θυμούς, καὶ λογισάμενοι, ὅτι Ῥωμαῖοί ἐστε, οἱ τὸ ἀντίξουν ἅπαν τὸ πρόσθεν ὅπλοις καταστρεφόμενοι, ἕπεσθε τὴν ταχίστην, τὴν σφῶν ἀρετὴν ἐπὶ τῶν ἔργων ἐπιδεικνύμενοι.

A III. Hæc Imperator cum diceret, magistris militiæ tribunisque militum oratio ejus intempestivæ fiduciæ audaciæque plena visa est, temere in factum demens erumpentis, quod imprudenter Romanas copias saltuoso arduoque itinere externam in terram traducere suaderet. Quare, cum aliquandiu conticuissent, instaurato sermone Imperator indignans, *In dimicationes*, inquit, *ita venire, ut minus judicio quam impetu et temeritate ducare,* B *id quanta pericula afferre soleat quamque insanabiles plagas, cognitum et ipse habeo, e pueritia in præliis versatus, palmasque non unas, quod scire vos arbitror, et victorias consecutus. Sed quando fortuna, in novaculæ acie constituta, ad arbitrium agere non permittit, tunc audacter arrepta illa rem geri oportere, id ne ipsi quidem, opinor, negabitis, qui magnam peritiam ex incerto ancipitique bellorum eventu collegistis. Quare, si quid mihi creditis meliora suadenti, dum Scythæ desidiæ se dant, necdum de adventu nostro cognorunt, rapiamus occasionem, et transitum faucium victoria consequetur. Nam, si intellexerint* C *nos transmittere velle, superque angustiis infesta acie constiterint, vereor ut exitum optabilem res habeat, neve in discrimen potius difficultatemque summam adducatur. Proinde facite ut fortem animum habeatis, reputantesque Romanos vos esse, qui adversarios omnes olim armis subegerint, cito sequimini, virtutem vestram factis declarantes.*

[a] f. πολεμίους.

[b] In Cod. fort. ἀναστραφείς, inversum.

[c] Cod. ξυρεῖς. Fol. [illegible] verso.

δ'. Ταῦτα εἰπών, καὶ ἀριπρεπεῖ πανοπλίᾳ καθοπλισθείς, ἐφ' ἵππου τε γαύρου καὶ σοβαροῦ ἐπιβάς, καὶ δόρυ ἐπωμισάμενος μήκιστον, ἀπήρχετο τῆς ὁδοῦ, προπορευομένην ἔχων τὴν τῶν λεγομένων ἀθανάτων φάλαγγα, τεθωρακισμένην ἐπιεικῶς· εἵποντο δὲ αὐτῷ ὁπλῖται μὲν τῶν ἀλκιμωτάτων πρὸς τοῖς μυρίοις πεντακισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ μύριοι καὶ τρισχίλιοι. Τὸ δὲ λοιπὸν στρατιωτικὸν μετὰ τοῦ θητικοῦ, φέρον τὰς ἑλεπόλεις καὶ τὰς παντοδαπὰς μηχανάς, βάδην ἐξόπισθεν εἵπετο, ἅμα τῷ προέδρῳ Βασιλείῳ, ᾧ τὴν τούτων ὁ βασιλεὺς ἐπέτρεψε πρόνοιαν. Ἐπεὶ δὲ τοὺς ἐπισφαλεῖς καὶ κρημνώδεις τόπους διώδευε παρὰ πᾶσαν ὑπόνοιαν, τὸ σύντονον ἐπισχὼν τῆς πορείας, ἐπί τινος ἐχυροῦ

IV. Hac habita oratione, insigni armatura munitus, insessoque generoso atque acri equo, lanceam prælongam humero D gerens, viæ sededit[d], præeuntem habens Immortalium quos vocant egregie loricatam cohortem: pone sequebantur legionariorum fortissimorum millia quinque et decem[e], equitum tredecim millia. Reliquus exercitus cum impedimentis et calonibus, helepoles et cujusque modi machinas vehens, lento gressu retro sequebatur, cum Basilio præside, cui Imperator horum curam commiserat. Ita, ubi præter omnium opinionem periculosa et prærupta loca transiverat[f], itinere raptim confecto substitit; inque colle natura munito, qui ab utroque

Imperator cum exercito in Bulgariam descendit.

[d] Combefis. apud Pag. IV. 28.

[e] Combefisius. decem millia supra quingentos.

[f] Hucusque Combefisius. In textu nam voces προνοιαν et ὑπονοιαν sunt vicinæ, ob negligentiam vel inopiam scriptoris.

[a] *Codex*, παραῤῥέοντα.
[b] *Codex*, ἐπαγγελλόμενον.

latere habebat præterlabens copiamque A aquarum præbens flumen, equitatum et milites ab itinere refecit. Postero die de multa luce movet castra, et, exercitu in profundas phalanges disposito, Præsthlabam contendit. Lituis frequenter classicum concini, cymbala percuti, tympana pulsari imperat. Tum ineffabili fremitu cuncta retonant. Admurmurant tympanis juga regionis, concrepant arma, hinniunt equi, conclamant milites, seque ad prælium de more incitant. Tauroscythas, exercitum cum usu militari adventantem conspicatos, cum res præter opinionem accidisset, dubitatio B timorque tenuit. Arma nihilominus celeriter ceperunt, scutisque in humeros sublatis (ea autem et perfirma sunt, et, quo melius tegant, ad pedes pertinent), conferta acie in equitabili ante oppidum planitie Romanis obviam se obtulerunt, belluarum ritu rugientes, sublato absono vastoque ululatu. Prælio commisso fortiter pugnant nostri, facinora bellica mirabilia efficiunt. Cum diutius pari Marte dimicaretur, Imperator Immortales sinistrum Scytharum cornu cursu incitato adoriri jubet. Hi, equos calcaribus incendentes, lanceis infestis in hostes se permittunt. Quorum cuspides cum C Scythæ, ut pedites, sustinere non possent: neque enim præliandi ex equis consuetudinem habent, neque ea in re exercentur: fugæ se mandant, inque oppidi mœnia se concludunt: quos insecuti Romani nulla misericordia conciderunt. Hac impressione interfectos esse aiunt Scythas octies mille quingentos.

[c] *Vide supra* 22. *B.*

Prælium ad Præsthlabam.

[d] *Inde firmatur conjectura mea supra 60. C. nota e.*

Fol. 309 *recto*.

[e] *Codex*, συνασπισμῷ.

Hostes in oppidum compelluntur.

γηλόφου ἐκ τοῦ δεξιοῦ μέρους παραῤῥέοντα[a] ἔχοντος ποταμὸν, ὑδάτων πληθύοντι ἐπαγγελλόμενον[b], τόν τε ἵππον καὶ τὸν στρατὸν διανέπαυσεν. Ἄρτι δὲ στιλπνῆς ἡμέρας ἀπαυγαζούσης, διαναστὰς, καὶ ἐς βαθείας φάλαγγας διατάξας τὸ στράτευμα, τὴν ἐπὶ Περσθλάβας ᾔει, θαμινὰ τὰς σάλπιγγας τὸ ἐνυάλιον ἐγκελευσάμενος ἐπηχεῖν, ἀλαλάζειν τε τὰ κύμβαλα, καὶ τὰ τύμπανα πατάγειν[c]. Ἐντεῦθεν βοή τις ἄῤῥητος ἀνεδίδοτο, συνεπηχούντων τοῖς τυμπάνοις τῶν ἐκεῖσε ὀρέων, καὶ ἀντικτυπούντων τῶν ὅπλων, καὶ τῶν ἵππων χρεμετιζόντων, τῶν τε ἀνδρῶν ἀλλήλους ἐκβοώντων καὶ πρὸς τὴν μάχην ἐπιῤῥωννύντων, ὡς τὸ εἰκός. Ταυροσκύθας δὲ, τὴν τοῦ στρατοπέδου μετ' ἐμπειρίας ὡς αὐτοὺς ἀθρήσαντας[d] ἐπέλευσιν, ἀμηχανία καὶ δέος ᾕρει, τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντας τοῦ πράγματος. Ἀλλὰ καὶ ὡς σπουδῇ τὰ ὅπλα ἁρπάσαντες, καὶ τοὺς θυρεοὺς ἐπωμισάμενοι (ἐρυμνοὶ δὲ οὗτοι, καὶ ἐς τὸ ἀσφαλὲς ποδήρεις ἐξειργασμένοι πεποίηνται), ἐς καρτερὸν ἀντικαταστάντες συνασπισμόν[e], ἐπὶ τὸ πρὸ τοῦ ἄστεος ἱππήλατον πεδίον Ῥωμαίοις ἀντεπῄεσαν, δίκην θηρίων βρυχώμενοι, καὶ καινήν καὶ ἀλλόκοτον προϊέμενοι ὠρυγήν. Ῥωμαῖοι δὲ, συμβαλόντες αὐτοῖς, ἐῤῥωμένως ἐμάχοντο, καὶ ἄξια πολέμου ἔργα εἰργάζοντο, τῆς μάχης ἰσοπαλοῦς ἀμφοτέροις γεγενημένης. Ἐνταῦθα τοῖς ἀθανάτοις ὁ βασιλεὺς κατὰ τὸ εὐώνυμον τῶν Σκυθῶν κέρας μετὰ ῥύμης εἰσβάλλειν ἐγκελεύεται. Οἱ δὲ, προβαλόντες τὰς ἀκοντίας, καὶ σφοδρῶς τοῖς μύωψι τοὺς ἵππους κεντήσαντες, κατὰ τούτων ἤλαυνον. Σκύθαι δὲ, ἅτε πεζέταιροι χρηματίζοντες· οὐδὲ γὰρ ἀφ' ἵππων εἰθισμένον ἐστὶν αὐτοῖς ἀγωνίζεσθαι, ὅτι μηδὲ πρὸς τοῦτο γυμνάζονται· οὐχ ὑπήνεγκαι τὸν τῶν Ῥωμαίων δορατισμόν, ἀλλ' ἐκκλίναντες εἰς φυγὴν, ἐπὶ τὸν τοῦ ἄστεος περίβολον συνεκλείοντο· οὓς ἐπισπόμενοι Ῥωμαῖοι ἀνηλεῶς ἔκτεινον. Φασὶ γὰρ παρὰ ταύτην τὴν προσβολὴν ὀκτακισχιλίους πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἀναιρεθῆναι Σκυθῶν.

V. Qui superfuerant, ii in oppidum D inclusi e muris deque loco superiore telis conjectis fortiter resistebant. Eodem tempore Calocyrem Patricium Præsthlabæ commorantem, quem armaturam Russicam olim in Mœsos commovisse superius dixi, cum de Imperatoris adventu cognovisset (qui ob insignia principatus latere non poterat, fulgore auri divinam lucem diffundentia), clam adversa nocte oppido elapsum esse aiunt, adque Sphendosthlabum propter Dorystolum (quæ nunc Dristra vocatur) cum omnibus copiis subsidiantem pervenisse.

ε. Οἱ δὲ περιλειφθέντες, ἐπεὶ πρὸς τὸ ἄστυ συνεκλείσθησαν, ἐκ τῶν ἐπάλξεων ἄνωθεν ἐῤῥωμένως ἠκροβολίζοντο. Τηνικαῦτα λέγεται καὶ τὸν Πατρίκιον Καλοκύρην, τῇ Περσθλάβᾳ ἐπιχωριάζοντα, ὅσπερ τὴν Ῥωσικὴν πανοπλίαν κατὰ τῶν Μυσῶν τὸ πρόσθεν, ἤπερ μοι ἤδη ἐῤῥήθη, κεκίνηκεν, αἰσθόμενον τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἄφιξιν (οὐδὲ γὰρ ἐνῆν λανθάνειν, τῶν βασιλικῶν παρασήμων τῇ στιλπνότητι τοῦ χρυσοῦ ἄῤῥητον ἐκπεμπόντων μαρμαρυγήν), λαθραίως ὑπὸ νύκτα βαθεῖαν ὑπεξελθεῖν τε τοῦ ἄστεος καὶ ὡς τὸν Σφενδοσθλάβον

ἀφικέσθαι, αὐτοῦ που παρὰ τὸ Δορύςολον (ὃ τὰ νῦν Δρίςα[a] καλεῖται) πανσυδὶ διαπεσόντα. Ἀλλ' οὕτω μὲν ὁ Καλοκύρης ἀπέδρασε, Ῥωμαίους δὲ ἡ νὺξ ἐπελθοῦσα τῆς μάχης ἐπέσχεν. Ἄρτι δὲ κατὰ τὴν ὑστεραίαν καὶ τῆς λοιπῆς ςρατιᾶς μετὰ τῶν ἑλεπόλεων ἀφιγμένης (ἡμέρα δὲ ἦν ἡ καλουμένη μεγάλη πέμπτη[b], καθ' ἣν ἐπὶ τὸ πάθος μολὼν ὁ Σωτὴρ τὰ σωτήρια τοῖς μαθηταῖς μετὰ τὸν μυςικὸν δεῖπνον διδάγματα ἐξεπαίδευσε), πρωΐθεν ὁ αὐτοκράτωρ Ἰωάννης ἐξαναςὰς καὶ εἰς ἀῤῥαγῆ συνασπισμὸν διατάξας τὰς φάλαγγας, παιωνίσας τε τὸ ἐνυάλιον, τῷ τείχει προσέβαλεν, ὡς αὐτοβοεὶ αἱρήσων τὴν πόλιν. B Ῥῶς δὲ καὶ αὐτοὶ πρὸς τοῦ σφῶν παρακροτούμενοι ςρατηγοῦ (Σφέγκελος δὲ ἦν οὗτος, ὁ τρίτην ἔχων τιμὴν παρὰ Σκύθαις μετά γε Σφενδοσθλάβον· ἐκεῖνος γὰρ ἁπάντων κατῆρχεν), ἐκ τῶν ἐπάλξεων ἀντετάξαντο, καὶ Ῥωμαίοις ἐπιόντας κατὰ τὸ δυνὸν ἠμύνοντο, ἀκόντια, καὶ βέλη, καὶ λίθους χειροπληθεῖς ἐπαφιέντες ἄνωθεν. Ῥωμαῖοι δὲ, τοῖς τε τόξοις καὶ πετροβόλοις ὀργάνοις, σφενδόναις τε καὶ ἀκοντίοις θαμινώτερον κάτωθεν βάλλοντες, ἀνεῖργον τοὺς Σκύθας, βιαζόμενοι, καὶ μὴ ἐῶντες ἀδεῶς προκύπτειν ἐκ τῶν ἐπάλξεων. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, γεγωνότερον ἐμβοήσας καὶ τῷ περιβόλῳ τὰς C κλίμακας προσερείδειν ἐγκελευσάμενος, ἐπέῤῥωσε τῇ βοῇ τὴν πολιορκίαν, ἐκθύμως ἐπ' ὄψεσι βασιλέως ἁπάντων διαγωνιζομένων, καὶ τιμὰς ἀναλόγους τοῖς πόνοις τὰ παραυτίκα πρὸς αὐτοῦ προσδοκώντων ἀποίσεσθαι.

A Elapso Calocyre, Romanos nox superveniens a pugna revocavit. Reliquis copiis una cum machinis postero die consecutis (qui dies erat qui vocatur Feria quinta maxima, qua ad passionem gradiens Servator servantia post mysticam cœnam præcepta discipulis fudit), mane Joannes Imperator castris egressus aciem legionum cuneo conferto instruxit: classicum cani jussit, ad murumque copias admovit, oppidum uno impetu expugnare tentans. Russi et ipsi a suo duce incitati (is erat Sphencelus, tertio apud Scythas post Sphendosthlabum loco: hic B enim omnibus præerat), post pinnas constituti, Romanos subeuntes pro viribus reprimunt, jacula, sagittas, saxa manualia de superiore loco fundunt. Contra nostri succedentes, arcubus, tormentis, fundis, pilis magnopere usi, Scythas vi adhibita submovent, ut impune prospiciendi de pinnis potestas esset nulli. Ipse Imperator, contenta voce scalas ad murum poni jubens, hortatu non mediocriter vim oppugnationis auxit, neque erat quisquam qui non in principis conspectu fortiter pugnaret, præmiaque laboribus respondentia statim ab illo relaturum se speraret.

ς'. Ῥωμαίων δὲ ἐπιβρισάντων καὶ τοῖς τείχεσι προσπελασάντων τὰς κλίμακας, ἐνταῦθά τις γενναῖος νεανίσκος, ἄρτι πυρσαῖς θριξὶν ἐπιχνοάζων τὴν γένυν, ἐκ τῆς τῶν Ἀνατολικῶν ὁρμώμενος γῆς, ᾧ Θεοδόσιος ὄνομα, Μεσονύκτης ἐπίκλησις, θατέρᾳ μὲν τὸ ξίφος σπασάμενος, τῇ λαιᾷ δὲ τὴν ἀσπίδα ὑπὲρ κεφαλὴν ἀνατείνας, ὡς μὴ βάλλοιτο ἄνωθεν παρὰ τῶν Σκυθῶν, διὰ τῆς κλίμακος ἀνῄει· ἀγχοῦ δὲ γενόμενος τῆς ἐπάλξεως, κατατοξεύσας[c] τοῦ προκύπτοντος Σκύθου καὶ τοῦτον ἀμυνομένου τῷ δόρατι, παίει κατὰ τοῦ τένοντος· ἀπεῤῥάχθη[d] δὲ ἡ κεφαλὴ σὺν τῇ κόρυθι ἔξω τειχῶν πρὸς ἔδαφος ἐσφαιρίζετο. Ῥωμαῖοι δὲ D τῷ καινῷ τοῦ δράματος ἐπαλαλάξαντες, καὶ συχνοὶ τοῦ πρώτως ἀνελθόντος τόλμαν ζηλώσαντες, διὰ τῶν κλιμάκων ἀνέθεον. Ὁ δὲ Μεσονύκτης, ἐπεὶ τοῦ τείχους ἐπέβη, καὶ τῆς ἐπάλξεως ἐγκρατὴς ἐξεγένετο, πλείςους τῶν ἀμυνομένων Ῥῶς ἐπιςροφάδην πλήττων τῶν τειχῶν κατεκρήμνιζε. Θᾶττον δὲ συχνῶν ἑκασταχοῦ τῶν περιβόλων

VI. Instantibus Romanis scalasque ad muros admoventibus, adolescens impiger ex regione Orientis, rutila jam lanugine genam adumbrans, Theodosius cognomento Mesonyctes, districto altera manu gladio, altera scuto supra caput sublato, ne a Scythis missilibus dejectis feriretur, per scalam ascendit; cumque ad pinnas appropinquasset, Scytham prospicientem seque hasta re- D pellentem appetens in cervicem percussit, ut abscisum ejus caput una cum casside extra muros in terram provolveretur. Qua nova re oblata succlamant Romani, primique ascendentis virtutem æmulati crebri per scalas nituntur. Interim Mesonyctes in murum emergens, fastigii compos factus, Russos propugnantes quamplures circumquaque obtruncatos de muro præcipitavit. Ita cum multi celeriter undique munitiones ascendissent, omnique vi hostes conciderent, Scythæ relictis mœnibus in aulam regiam muro firmo circumdatam, ubi thesauri

[a] f. Δελφα. Infra №. B. Codex Δρῆςρα (sic).

[b] Cod. πέμπτη.

Præsthlaba oppugnata.

Fol. 309 verso

[c] Sic Codex, et manu post. Σκύθου.

[d] Codex, ἀπεῤῥάχθη

Mœsorum asservabantur, turpiter sunt compulsi, portula una ibi aperta relicta. Dum hæc geruntur, extra muros circumfusa Romanorum copia, cardinibus repagulisque portarum excisis ac perfractis, in oppidum se intulit, ingentemque Scytharum stragem fecit. Eodem tempore Borim Mœsorum regem, rufa ac densa barba insignem, una cum uxore duobusque infantibus comprehensum ad Imperatoremque adductum esse aiunt: quem ille receptum honore habuit, principemque Bulgarorum appellavit, venisse se testatus ad ulciscendas Mœsorum injurias a Scythis acceptas.

Præsthlaba vi capta.

[a] Sic Cod. forr. οὕτω.

VII. Romani, semel in oppidum illati, per angiportus se effuderunt, ad cædem hostium bonorumque direptionem conversi. Inde regiam oppugnatum venerunt, quo erat copiæ Russicæ compulsum robur. Qui, intus acriter se defendentes, eos qui per portulam se immittebant obtruncabant, militesque sic ad centum quinquaginta, fortes viros, oppresserunt. Qua re cognita, Imperator equo admisso accurrens, cohorte prætoria omni vi in hostem niti jussa, ubi non multum profici posse intellexit (propterea quod non pauci angusta portula intromissi aque Tauroscythis excepti parvo negotio gladiis confecti interibant), inconsiderato Romanorum impetu represso, ignem undique per propugnacula in regiam immitti jussit. Magna flamma emicante, et obvia quæque celeriter consumente, Russi tectis egressi plus VII. M. numero, in locoque patenti aulæ constipati, defensionem parabant. His Imperator Bardam Sclerum Magistrum cum cohorte expedita objecit: neque vero Sclerus, postquam illos suo fortissimorum militum agmine circumsepserat, huic rei defuit. Ita prælio commisso tametsi Russi acriter resistebant, ita ut eorum nemo tergum verteret, tamen Romani virtute et exercitatione belli superiores facti omnes confixerunt. Eodem prælio Mœsi quamplures ceciderunt, qui hostibus auxilio fuerant, Romanis infensi, quod adventus hostium ad se causa exstitissent. Sphencelus cum paucis, ad Sphendosthlabum clam elapsus, fuga

[b] Vide supra 25. D.

[c]

Fol. 310 recto.

[c] Sive ἐξολισθαίνοντας. Codex habet, ἐξολισθοῦντας, ut ab ἐξολισθέω. Supra 28. B. ὑπολισθέντας· 30. C. ὑπολισθόντα.

[d] Codex. ἐξιπποσάμενος.

[e] Cod. ἴσως.

[f] Codex. συσπειραθέντων.

A ἀνελθόντων, καὶ παντὶ σθένει τοὺς ἐναντίους ἀποσφαττόντων, τὰς ἐπάλξεις καταλιπόντες οἱ Σκύθαι, ἐς τὴν βασίλειον αὐλὴν, τειχίον ἐχυρὸν κεκτημένην, ἐν ᾗ καὶ ὁ πλοῦτος Μυσοῖς ἐναπέκειτο, ἀκλεῶς συνώσθησαν, πυλίδα μίαν ἀνεῳγμένην παραλιπόντες. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐδρᾶτο, ἡ ἔξω τειχῶν ὁρμωμένη τῶν Ῥωμαίων πληθὺς, τοὺς θαιροὺς τῶν πυλῶν καὶ μοχλοὺς διακόψασα καὶ συντρίψασα, ἔνδον εἰσῄει τοῦ ἄστεος, ἀμύθητον φόνον αὐτουργήσασα τῶν Σκυθῶν. Τότε δὴ καὶ Βορὴν συλληφθῆναι λέγεται, τὸν Μυσῶν βασιλέα, σὺν γυναικὶ καὶ δυσὶ νηπίοις, οὕτω[a] πυρσοῖς τὴν γένυν περιπυκάζοντα, καὶ B προσαχθῆναι τῷ βασιλεῖ· ὁ δὲ, τοῦτον δεξάμενος, διὰ τιμῆς ἦγε, κοίρανον Βουλγάρων ἀποκαλῶν, φάσκων τε, ἥκειν Μυσοῖς τιμωρήσων, δεινὰ πεπονθόσι πρὸς τῶν Σκυθῶν.

ζ'. Ῥωμαῖοι δὲ, ἅπαξ ἐμπελασθέντες τῷ ἄστει, ἐχώρουν διὰ τῶν στενωπῶν[b], τοὺς μὲν δυσμενεῖς ἀποκτείνοντες, τὰ δὲ χρήματα διαρπάζοντες. Τηνικαῦτα καὶ τῇ βασιλείῳ αὐλῇ προσέβαλλεν, ἐν ᾗ τῆς Ῥωσικῆς πληθύος συνώσθη τὸ μάχιμον. Ἀλλ' εὐσθενῶς ἔνδον ἀντικαταστάντες οἱ Σκύθαι τούτους ἀνῄρουν, διὰ τῆς πυλίδος ἐξολισθαίνοντας[c], καὶ μέχρι τῶν ἑκατὸν C καὶ πεντήκοντα ἄνδρας ἀνεῖλον νεανικούς. Ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα γνοὺς, θᾶττον ἐξιππασάμενος[d], παντὶ σθένει πρὸς τὴν μάχην χωρεῖν τοῖς ἑπομένοις προὐτρέπετο· ἐπεὶ δὲ οὐκ εἶχέ τι γενναῖον ἀνύτειν (διὰ γὰρ τῆς ἐστενωμένης πυλίδος τοὺς εἰσιόντας Ταυροσκύθαι δεχόμενοι εὐπετῶς κατειργάζοντο, πλείστους καταπαύοντες), τὴν μὲν πρόσω τῶν Ῥωμαίων ἀλόγιστον ὁρμὴν ἀνεχαίτισε, πῦρ δὲ τῇ αὐλῇ ἑκασταχοῦ διὰ τῶν περιβόλων ἐνιέναι προσέταξε. Τῆς δὲ πυρκαϊᾶς σφοδρᾶς ἀναρριπισθείσης, καὶ ἐκτεφρούσης θᾶττον τὰ ὑποκείμενα, τῶν δόμων ὑπεξελθόντες οἱ Ῥῶς, ὑπὲρ τοὺς ἑπτακισχιλίους τυγχάνοντες, ἔς τε[e] τὸ ὕπαιθρον τῆς αὐD λαίας συσπειραθέντες[f], ἀμύνεσθαι τοῖς ἐπιοῦσι παρεσκευάζοντο. Τούτοις ὁ βασιλεὺς Βάρδαν Μάγιστρον τὸν Σκληρὸν μετὰ νεανικοῦ συντάγματος ἀντέταξεν· οὓς κυκλωσάμενος τῇ συνεπομένῃ φάλαγγι τῶν ἀλκιμωτάτων ἀνδρῶν ὁ Σκληρὸς, ἔργου εἴχετο. Καὶ τῆς συμπλοκῆς γενομένης καρτερῶς οἱ Ῥῶς διεμάχοντο, μὴ δόντες νῶτα τοῖς ἐχθροῖς, Ῥωμαῖοι δὲ τῇ σφῶν ἀρετῇ καὶ τῇ τῶν πολέμων πείρᾳ καθηκόντισαν ἅπαντας, πλεῖστοι ὅτι καὶ Μυσῶν κατὰ ταύτην πεσόντων τὴν μάχην· οἷα συνεπόμενοι Σκύθαις, Ῥωμαίοις δυσμεναίνοντες, ὡς γεγονόσιν αἰτίοις

αἰτίοις τῆς ὡς αὐτοὺς γεγενημένης ἀφίξεως τῶν Σκυθῶν. Σφέγκελος δὲ παρὰ τὸν Σφενδοσθλάβον ᾤχετο, φυγῇ μεθ' ὀλίγων κλέψας τὴν σωτηρίαν· αὖθις δὲ ἀνῃρέθη, ὥσπερ μοι ἤδη εἰρήσεται. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἡ Πρεσθλάβα, ἐν δυσὶν ἡμέραις ἁλοῦσα, ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο.

A sibi peperit salutem : eum posterius periisse mox demonstrabitur. In hunc modum Præsthlaba, biduo expugnata, in potestatem Romanorum venit.

η'. Ἰωάννης δὲ ὁ αὐτοκράτωρ, τὴν στρατιὰν, ὡς τὸ εἰκὸς, φιλοφρονησάμενος, ἀνέπαυσε, καὶ τὴν θείαν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος αὐτόθι ἑώρταζεν. Ἔκ τε τῶν δορυαλώτων Ταυροσκυθῶν τινὰς ἀποκρίτους ὡς τὸν Σφενδοσθλάβον ἐξέπεμπε, τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν ἀπαγγελοῦντας αὐτῷ καὶ τὴν τῶν ἑταίρων ἀναίρεσιν, φράζειν τε, μὴ διαμέλλειν, ἀλλ' αἱρεῖσθαι τὴν ταχίστην δυοῖν θάτερον· ἢ τὰ ὅπλα καταθέσθαι καὶ τοῖς κρείττοσι πειθαρχεῖν, καὶ τῶν τετολμημένων συγγνώμην αἰτεῖν, ἀφισταμένους ἐξαυτῆς χώρας τῆς τῶν Μυσῶν· ἤ, τοῦτο μὴ βουλομένου[a], ἀλλ' εἰς τὴν σύντροφον αὐθάδειαν ἀποκλίναντας, παντὶ σθένει ἐπιοῦσαν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀμύνεσθαι δύναμιν. Ταῦτα μὲν ἀπαγγέλλειν Σφενδοσθλάβῳ παρήγγειλεν· αὐτὸς δέ, ὀλίγων ἡμερῶν ἐνδιατρίψας τῇ πόλει, καὶ ταύτης τὰ πεπονηκότα ὀχυρωσάμενος, καὶ φρουρὰν ἀποχρῶσαν καταλιπὼν, Ἰωαννούπολίν τε ταύτην ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ καλέσας ὀνόματι, πανστρατὶ τὴν ἐπὶ τὸ Δορύστολον ἵετο. Ὅπερ Κωνσταντῖνος, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος, ἐκ βάθρων ἐδείματο, καὶ εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται[b] κάλλος καὶ μέγεθος ἤγειρεν, ὁπηνίκα τὸ σταυρικὸν σημεῖον κατηστερισμένον ἐν οὐρανῷ θεασάμενος, Σκύθας δυσμενῶς ἀντιτεταγμένους αὐτῷ καὶ μανικῶς ὁρμῶντας κατεπολέμησε. Πάρεργον δὲ τῆς ὁδοῦ τήν τε καλουμένην Πλίσκουβαν καὶ Δίνειαν εἷλεν ὁ βασιλεύς, καὶ συχνὰς τῶν πόλεων, αἳ τῶν Σκυθῶν ἀφηνιάσασαι Ῥωμαίοις προσέθεντο. Σφενδοσθλάβος δὲ, τὸ κατὰ τὴν Πρεσθλάβαν πάθος γνούς, ἤσχαλλε μὲν καὶ ἤχθετο, οὐκ ἀγαθὸν οἰωνὸν τοῦ μέλλοντος τοῦτο τιθέμενος· τῇ δὲ Σκυθικῇ ἀπονοίᾳ περικροτούμενος, καὶ ταῖς κατὰ Μυσῶν νίκαις γαυρούμενος, εὐπετῶς ᾤετο καὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν καταγωνίσασθαι δύναμιν.

VIII. Joannes Imperator exercitui honestatibus, ut par erat, ornato requiem dedit, divinamque Servatoris resurrectionem eo in loco celebravit. Inde ex Scythis captis delectos aliquot ad Sphendosthlabum misit, qui oppidi expugna-
B tionem suorumque interitum nunciarent, dicerentque, sine mora duarum rerum, utra ei magis cordi esset, eam eligeret : aut, armis positis, victoribus obsequeretur, petitaque arrogantiæ venia confestim Mœsia decederet; aut, id si nollet, seque ad domesticam pervicaciam converteret, ut omni vi ab adventantibus Romanorum copiis se tueretur. His ad Sphendosthlabum datis mandatis, paucos dies in oppido commoratus, quod, collapsis mœnium partibus communitis, justoque præsidio relicto, Joannopolim suo nomine appellaverat, omnibus copiis Dorystolum ire
C contendit. Hanc urbem Constantinus, hymnis inclytus princeps, a fundamentis construxit, adque eam, quæ hodie suspicitur, speciem et amplitudinem excitavit, illo tempore quo, crucis signum sideris instar cœlo inscriptum conspicatus, Scythas hostiliter sibi oppositos furioseque ruentes debellavit. Imperator autem Pliscubam quæ vocatur et Dineam obiter ex itinere cepit, itemque oppida alia non una, quæ, excusso Scytharum imperio, in fidem se Romanorum permiserunt. Sphendosthlabus, clade ad Præsthlabam cognita, graviter quidem rem tulit, proque omine
D parum bono habuit : tamen, ut erat Scythica amentia inflammatus, simul quod victoriæ de Mœsis extulerant animum, Romanas opes item parvo negotio se fracturum existimabat.

Imp. iterum conditiones proponit Sphendosthlabo.

[a] Cod. male, βουλομένους.

Fol. 310 verso.

[b] Vide supra 75 B.

θ'. Ὁρῶν δὲ Μυσοὺς τῆς ἐκείνου μὲν ἐπικρατείας ἀφηνιάζοντας, τῷ δὲ βασιλεῖ προσχωροῦντας, πολλὰ γνωσιμαχήσας, καὶ ἀνασκοπήσας, ὡς, εἰ πρὸς Ῥωμαίους οἱ Μυσοὶ ἀποκλίνειαν, οὐκ εἰς καλὸν αὐτῷ τελευτήσει τὰ πράγματα, τοὺς γένει καὶ δυναστείᾳ διαφέροντας συνειλοχὼς τῶν Μυσῶν, εἰς τριακοσίους ἀριθμουμένους, ὠμῶς καὶ

IX. Ita cum animadvertisset, Mœsos alienatis à sua clientela voluntatibus Imperatori accedere, variis sententiis distractus, ac reputans, res suas, si ad Romanos Mœsi deficerent, exitum minime felicem habituras, in Mœsos qui inter cæteros genere atque opibus præstabant, ad numerum CCC conqui-

sitos, nefarium atque inhumanum facinus admisit. Omnes enim cervicibus abscisis interfecit: reliquam multitudinem vinctam in custodias inclusit. Ipse, omnibus Tauroscytharum coactis copiis, quarum summa erat circiter hominum millia sexaginta, adversus Romanos aciem constituit. Ad quam cum Imperator remissiore itinere adventaret, quidam animosiores cæca audacia incitati, ab exercitu Russico digressi, cum in insidiis consedissent, impressione ex inopinato facta antecursores aliquot oppresserunt. Quorum Imperator projecta præter viam corpora conspicatus, equum freno sustinuit, deploratoque civium interitu percussores investigari jussit. Speculatores silvas dumetaque diligenter scrutati, aggressores illos comprehensos ac vinctos in conspectum Imperatoris producunt: at ille evestigio interfici eos jussit. Ita speculatores impigre districtis gladiis ad unum omnes conciderunt. Cum in campo ante Dorystolum, quod item Dristram appellare consueruat, jam propius abessent exercitus, Tauroscythæ cuneos suos hastis scutisque rigentes condensatosque, adeo ut murorum speciem haberent, in aciem explicaat: opperiuntur hostes. Romanos ex adverso ita disposuit Imperator, ut equites cataphractos in utroque cornu collocaret; sagittarios, funditores, sine intermissione tela conjicere jussos, a tergo subjiceret. His ita constitutis, signa inferri imperat.

[a] *Nota ineptiam aut negligentiam orationis in συναγαγὼν et συναγομένων.*

[b] *Cod. αὔξισιν.*

[c] *Codex, Δρῆστραν (sic).*

Fol. 311 recto.

A ἀπάνθρωπον κατ' αὐτῶν ἐμελέτησε τόλμημα. Δειροτομήσας γὰρ πάντας ἀπέκτεινε· τὴν δὲ ἄλλην πληθὺν πεδήσας συνέκλεισεν ἐν εἱρκταῖς. Αὐτὸς δὲ τὴν τῶν Ταυροσκυθῶν πανσπλίαν συναγαγών, εἰς ἑξήκοντα χιλιάδας συναγομένων[a] ἀνδρῶν, Ῥωμαίοις ἀντεπετάξατο. Ἐν ᾧ δὲ ὁ βασιλεὺς σχολαιότερον τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπεποιεῖτο ἄφιξιν[b], τινὲς προβόλῳ τόλμῃ παρακροτούμενοι τῶν θρασυτέρων, τῆς Ῥωσικῆς ἀποῤῥαγέντες φάλαγγος, ἐς λόχον ἐκάθιζον, καὶ δή τῶν προδρόμων τινὰς ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐπελάσαντες ἔκτειναν. Ὧν ὁ αὐτοκράτωρ ἐῤῥιμμένα παρὰ τὴν ἀτραπὸν τὰ πτώματα κατιδών, τῷ ῥυτῆρι B τὸν ἵππον ἐπισχών, σχετλιάσας τε τὴν τῶν ὁμοεθνῶν ἀπώλειαν, ἀνιχνεύειν τοὺς τοῦτο δεδρακότας ἐκέλευε. Τῶν δὲ πεζεταίρων τοὺς δρυμοὺς καὶ τὰς λόχμας καταδραμόντων σπουδῇ, καὶ τοὺς πλάνητας ἐκείνους συνειληφότων, εἰς ὄψιν τε πεπεδημένους παραγαγόντων τῷ βασιλεῖ, αὐθωρὸν κατακοπτίζειν τούτους προσέταξεν. Οἱ δέ, μηδὲν μελλήσαντες, ξίφεσιν ἄρδην ἐμέλισαν ἅπαντας. Ἄρτι δὲ τῶν στρατευμάτων ἐς τὸν πρὸ τοῦ Δορυστόλου χῶρον συνελθόντων, ὃ καὶ Δείστραν[c] καλλίσκειν εἰώθασιν, Ταυροσκύθαι μὲν ἔγχεσι καὶ θυρεοῖς τὰς φάλαγγας πυκνώσαντες, καὶ οἷον πυργώσαντες, C τοὺς δυσμενεῖς παρὰ τὸ μεταίχμιον ἔμενον. Ῥωμαίους δὲ κατὰ μέτωπον ἀντιτάξας ὁ βασιλεύς, καὶ τοὺς πανσιδήρους ἱππότας κατὰ θάτερον κέρας παραστησάμενος, τούς τε τοξότας καὶ σφενδονήτας ἐξόπισθεν ἐπιστήσας, καὶ θαμινὰ βάλλειν ἐγκελευσάμενος, ἐπῆγε τὴν φάλαγγα.

Primum prælium ad Dorystolum.

X. Exercitus cum manum undique consererent, commisso acerrime prælio a primo congressu æquo Marte diu dimicatum est. Russi enim, graviter et acerbe ferentes, si laudem qua apud gentes finitimas floruissent, reportatæ semper in præliis victoriæ, nunc turpiter a Romanis fusi amitterent, magna coatentione rem gerebant. Romanis contra turpitudinis invidiæque verecundia subibat, si, adversariis omnibus armis et virtute subactis, in præsentia a gente peditibus præliante, equitandi autem usum omnino nullum habente, tanquam aliquot bello inexercitati tirunculi victi abirent, tantaque sibi gloria puncto temporis eriperetur. Ejusmodi rationes animo agitantes exercitus summa vi confligebant: ita tamen, ut Russi, innutrita feritate atque iracundia ducti, temere Romanos assilireat, fanaticorum

ι'. Τῶν δὲ στρατοπέδων εἰς χεῖρας ἀλλήλοις συναραχθέντων, καὶ σφοδρᾶς τῆς μάχης καταῤῥαγείσης, ἰσοπαλὴς παρὰ τὰς πρώτας προσβολὰς ὁ ἀγὼν τέως ἐν ἀμφοτέροις ἐγένετο. Ῥῶς μὲν γὰρ δεινόν που καὶ σχέτλιον τιθέμενοι, εἰ δόξαν παρὰ τῶν προσοίκων ἐθνῶν ἔχοντες, D ἐν ταῖς μάχαις ἀεὶ τῶν ἀντιπάλων κρατεῖν, νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων αἰσχρῶς ἡττηθέντες ταύτης ἐκπέσοιεν, ἐκθύμως διηγωνίζοντο. Ῥωμαίοις δὲ αἰδώς τις εἰσῄει καὶ νέμεσις, εἰ τὸ ἀντίξουν ἅπαν ὅπλοις καὶ τῇ σφῶν ἀρετῇ καταστρεφόμενοι, νῦν ἀπέλθοιεν, παρὰ πεζομαχοῦντος ἔθνους, ἱππάζεσθαι μηδόλως εἰδότος, καταγωνισθέντες, ὥς τινες ἔργων μάχης ἀνάσκητοι, καὶ τοσοῦτον αὐτοῖς ἐν ἀκαρεῖ κλέος οἰχήσεται. Τὰς τοιαύτας δὲ δόξας παρ' ἑαυτοῖς ἀνατρέφοντα τὰ στρατεύματα θαῤῥαλέως διηγωνίζοντο· καὶ Ῥῶς μὲν τῇ συντρόφῳ θηριωδίᾳ καὶ τῷ θυμῷ στρατηγούμενοι, μετὰ ῥύμης κατὰ Ῥωμαίων ἐφήλλοντο,

εἶον ἐνθουσιῶντες καὶ βρυχώμενοι· Ῥωμαῖοι δὲ μετ' ἐμπειρίας καὶ τεχνικῆς ἐπιστήμης αὐτοῖς ἀντεπήεσαν. Καὶ συχνοὶ παρ' ἀμφοτέρων ἔπιπτον τῶν μερῶν, καὶ μέχρι μὲν δείλης βαθείας ἀμφιταλάντως ἡ νίκη ἐδόκει, τῇδε κἀκεῖσε μεταφερομένης τῆς μάχης. Ἤδη δὲ τοῦ φωσφόρου καταφερομένου πρὸς δυσμὰς, τὴν ἵππον ὁ βασιλεὺς ἀνὰ κράτος αὐτοῖς ἐπιῤῥάξας, ἐμβοήσας τε, Ῥωμαίους ὄντας ἐπὶ τῶν ἔργων τὴν σφῶν ἀρετὴν ἐπιδείκνυσθαι, τῶν ἀνδρῶν ἐπέῤῥωσε τὰ φρονήματα. Ἐπιβρίθουσι γὰρ ἐκτόπῳ φορᾷ, καὶ οἱ σαλπιγκταὶ τὸ ἐνυάλιον ἐπαλάλαξαν, καὶ βοή τις ἀθρόα παρὰ Ῥωμαίων ἤρθη. Σκύθαι δὲ, τὴν τούτων οὐκ ἐνεγκόντες ῥοπὴν, ἐς φυγὴν ἔκλιναν καὶ πρὸς τὸ τεῖχος συνωθήσαντο, πολλοὺς τῶν σφετέρων παρὰ ταύτην ἀποβαλόντες τὴν μάχην. Ῥωμαῖοι δὲ, τὰ ἐπινίκια παιωνίσαντες, ἐν εὐφημίαις εἶχον τὸν αὐτοκράτορα· ὁ δὲ ἀξιωμάτων τότε διανομαῖς καὶ δεξιώσεσιν ἑστιάσεων ἐφιλοφρονεῖτο τούτους, καὶ προθυμοτέρους ἐπὶ τὰς μάχας εἰργάζετο.

A ritu rugientes; nostri illis usu ac scientia artis militaris obviam irent. Plurimis ex utraque parte occisis, cum usque ad multam vesperam victoria incerta videtetur, ac modo hi modo illi propellerentur, vespero jam ad occasum vergente, Imperator equitatum in illos magna vi immisit; simulque cohortatus, ut tanquam Romani vernaculam virtutem factis declararent, animos militum confirmavit. Incubuerunt enim B impetu singulari, tibicines bellicum concinunt, clamor undique à Romanis tollitur. Quorum impressionem cum Scythæ sustinere non possent, fugæ se commiserunt inque muros sunt compulsi, multis suorum in hac pugna amissis. Romani, victoriales cantus fundentes, Imperatorem laudibus ferebant: ipse eos officiorum tunc distributione epularumque communicatione remuneravit, alacrioresque ad prælia reddidit.

Russi se in oppidum recipiunt.

ΛΈΟΝΤΟΣ ΤΟΥ͂ ΔΙΑΚΌΝΟΥ

ἹΣΤΟΡΊΑΣ Θ.

LEONIS DIACONI HISTORIÆ

LIBER IX.

I. Ubi primum illuxit, Imper. firmo vallo in hunc modum castra communivit. Tumulus parum editus ante oppidum Dorystolum, ad planitiem versus surgit. Ibi collocatis castris fossam circumduci jussit, humum egestam in oram fossæ castra ambientem comportari, aggeri in justam altitudinem expresso hastas superne infigi, hisque scuta inter se continuata superponi: ut pro muro exercitui tum fossa tum egestus agger esset; neque facultas ulla hostibus daretur intro irrumpendi, utque, si fossæ se induissent, aditu arcerentur. Is Romanorum castra in regione hostili disponendi mos est. Perducta sic munitione, postridie ejus diei aciem instructam ad murum admovet. Scythæ, e turribus prospectantes, tela, saxa, et quæcunque tormentis mitti possunt, in phalangem Romanam conjiciunt. Hi fundis sagittisque Scythas submovent, ipsi inferius constituti. Neque ultra ejusmodi jaculationes progressa erat pugna, cum Romani in castra reversi corpora curaverunt: Scythæ, vergente die, cœperunt cum equitatu ex mœnibus prodire, tuncque primum in equis sedentes apparuerunt. Consueverant enim semper pedibus prælium inire, quod nullum habent neque in sellas ascendendi neque ex equo cum hostibus pugnandi usum. Romani celeriter arma capiunt, insessisque equis et arreptis contis (quibus prælongis in præliis utuntur), acriter magno impetu procurrunt. Ita hostes, cum ne regere quidem habenis equos scirent, à nostris confixi terga verterunt, intraque muros sunt conclusi.

Fol. 311 verso.

[a] Codex, αἰρομένων.

[b] Malim ἠμύνοντο.

Secundum prælium, equestre.

[c] Codex, τῶν ἐφιππίων. Fort. auctor scripserat, τὰ ἐφ' ἵππων ἐφεδ. quod utrumque unum sonat. Alterum prætuli, quo Leo antehac usus [illegible].

A α΄. Ἄρτι δὲ ἡμέρας διαυγαζούσης, ἐρυμνῷ χάρακι τοῦτον τὸν τρόπον ὁ βασιλεὺς τὸ στρατόπεδον ἐκρατύνετο. Γεώλοφός τις χαμαίζηλος τοῦ Δορυστόλου ἐκ διαστήματος κατὰ τὸ πεδίον ἀνίσταται. Ἐν τούτῳ τὸ στράτευμα διασκηνισάμενος, ταφρείαν ἀνορύττειν κυκλόθεν ἐκέλευε· τόν τε χοῦν ἐκφερεῦντας ἐς τὴν τὸ στρατόπεδον ταινιδοῦσαν τῆς τάφρου ὀφρῦν ἀποτίθεσθαι, ἐς ὕψος δὲ ἀποχρῶν αἰρομένων[a] τῶν χωμάτων ἄνωθεν καταπηγνύειν τὰ δόρατα, ἐπερείδειν τε τούτοις τοὺς θυρεοὺς ἀλλήλων ψαύοντας· ὡς ἀντὶ τείχους χρηματίζειν τήν τε τάφρον καὶ τὸν ἐκφορηθέντα χοῦν τῷ στρατεύματι· καὶ μὴ ἐνὸν εἶναι τοῖς ἐναντίοις ἔνδον διαβαίνειν, ἀλλ' εἴργεσθαι τῆς ἐφόδου τῇ τάφρῳ ἐγχριμπτοῦσιν. B Εἰθισμένον δὲ Ῥωμαίοις, ταύτῃ τὴν σφῶν ἐπὶ τῆς πολεμίας διατίθεσθαι ἔπαυλιν. Ἐπεὶ δὲ τὸν χάρακα τοῦτον τὸν τρόπον ἐκρατύνατο, τῇ ἐπιούσῃ ἐκτάξας τὴν στρατιὰν τῷ τείχει προσέβαλλε. Σκύθαι δὲ, τῶν πύργων προκύπτοντες, βέλη καὶ χερμάδας, καὶ ὅσα ἐκηβόλα πέφυκεν ὄργανα, κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἠφίεσαν φάλαγγος. Οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφενδόναις καὶ βέλεσι Σκύθας ἠμύναντο[b] κάτωθεν. Καὶ μέχρι τῶν τοιούτων ἀκροβολισμῶν ἀμφοτέροις ἡ μάχη προείσατο, καὶ Ῥωμαῖοι μὲν ἐπὶ τὸν χάρακα ᾔεσαν, καὶ δεῖπνον εἵλοντο· C Σκύθαι δὲ, κλινούσης ἡμέρας, ἔφιπποι τοῦ περιβόλου ἐξῄεσαν, τότε πρώτως φανέντες ἐφ' ἵππων ὀχούμενοι. Ἄφιπποι γὰρ παρὰ τοὺς πολέμους ἀεὶ χωρεῖν εἰώθεισαν, ἀνασκήτως ἔχοντες τῶν ἐφιππίων[c] ἐπιβαίνειν, καὶ τοῖς πολεμίοις ἀνταγωνίζεσθαι. Ῥωμαῖοι δὲ, σπουδῇ τοῖς ὅπλοις φραξάμενοι καὶ τῶν ἵππων ἐπιβάντες, τούς τε κοντοὺς ἀνειληφότες (ἐπιμήκεις δὲ τούτους παρὰ τὰς μάχας μεταχειρίζονται), μετὰ

ῥύμης

ῥύμης καὶ βιαίου ὠθισμοῦ αὐτοῖς ἐπελαύνουσιν. Οἱ δὲ, μηδὲ τοῖς ῥυτῆρσι τοὺς ἵππους χαλιναγωγεῖν ἐπιστάμενοι, πρὸς τῶν Ῥωμαίων κατακοντιζόμενοι, νῶτα δόντες εἰς τὸ τεῖχος κατεκλείοντο.

β'. Τηνικαῦτα δὴ καὶ αἱ τῶν Ῥωμαίων πυρφόροι τριήρεις μετὰ τῶν σιτηγῶν πορθμείων διὰ τοῦ Ἴστρου ἐφάνησαν ἀναπλέουσαι· ἃς Ῥωμαῖοι μὲν ἰδόντες ἀῤῥήτου χαρμονῆς ὑπεπλήσθησαν, Σκύθας δὲ δέος ᾕρει, τὸ ἐπιφερόμενον αὐτοῖς ὑγρὸν πῦρ δεδιότας. Ἠκηκόεισαν γὰρ πρὸς τῶν γεραιτέρων τοῦ σφῶν ἔθνους, ὡς τὸν μυριόστολον στρατὸν Ἴγγορος, τοῦ τὸν Σφενδοσθλάβον τεκόντος, Ῥωμαῖοι τῷ τοιούτῳ Μηδικῷ πυρὶ κατὰ τὸν Εὔξεινον ἐξετέφρωσαν. Ἐντεῦθεν σπουδῇ τὰ ἑαυτῶν συναγαγόντες ἀκάτια, πρὸ τοῦ περιβόλου τῷ ἄστεος εἵλκυσαν, ἵνα παραῤῥέων ὁ Ἴστρος τὸ θάτερον τοῦ Δορυστόλου περικλύζει πλευρόν. Ταῦτα αἱ πυρφόροι νῆες κυκλόθεν ἐφρούρουν, ὡς μὴ εἴη Σκύθαις ἐνὸν, αὐτῶν ἐπιβεβηκόσιν, ἐπὶ τὴν σφῶν ἀνασώζεσθαι γῆν. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ [a] Ταυροσκύθαι, τοῦ ἄστεος ὑπεκδύντες, κατὰ τὸ πεδίον ἐτάξαντο, ποδηνεκεῖς θυρεοὺς προβαλλόμενοι καὶ θώρακας ἁλυσιδωτούς. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ αὐτοὶ τοῦ χάρακος ὑπεξῄεσαν ἐς τὸ ἀκριβὲς τεθωρακισμένοι· καὶ καρτερῶς ἄμφω τὰ μέρη διηγωνίζοντο, καὶ ἀμφίδοξος ἡ νίκη ἐδόκει, ἄλλοτε θατέρου μέρους ὠθοῦντος. Ἐπεὶ δέ τις Ῥωμαίων τῆς φάλαγγος ἀποῤῥαγεὶς τὸν μετὰ Σφενδοσθλάβον τρίτον παρὰ Ταυροσκύθαις τιμώμενον Σφέγκελον, εὐθύμως τότε διαγωνιζόμενον, κατηκόντισεν, ἄνδρα γιγαντώδη καὶ νεανικόν· ἐπὶ τῷ τούτου πτώματι [b] διαταραχθέντες Ταυροσκύθαι βάδην τοῦ πεδίου ὑπενόστουν καὶ πρὸς τὸ ἄστυ ἠπείγοντο. Τηνικαῦτα καὶ Θεόδωρος, ὁ τὴν κατεπωνυμίαν Λαλάκων, ἀνὴρ κατά τε ἀλκὴν καὶ σώματος ῥώμην δυσαντίβλεπτος καὶ ἀκαταγώνιστος, πλείστους τῶν δυσμενῶν σιδηρᾷ κορύνῃ ἀπέκτεινεν. Ἰσχύϊ γὰρ χειρὸς ταύτην καταφέρων, αὐτῇ κυνῇ [c] καὶ τὴν ταύτῃ περιεσταλμένην συνέθλαστε [d] κεφαλήν. Ἀλλ' οὕτω μὲν τότε Σκύθαι, τὰ νῶτα δόντες, διὰ τοῦ ἄστεος ὑπενόστησαν. Ῥωμαίους δὲ ὁ βασιλεὺς, τὸ ἀνακλητικὸν ἐπαυλεῖν ἐγκελεύσας, συνεκάλεσεν ἐπὶ τὸν χάρακα, οὓς δώροις καὶ προπόσεσιν ἐθεράπευε, προθυμοποιῶν, ῥωμαλέως ἐπὶ τοὺς πολέμους χωρεῖν.

γ'. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν πραγμάτων ἠωρημένων, καὶ τῆς μάχης ἔτι συνεστηκυίας, Λέων Κουροπαλάτης, ὁ τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου ὅμαιμος, ἐπὶ τὴν κατὰ Λέσβον Μήθυμναν ἅμα

II. Eodem tempore triremes igniferæ Romanorum cum navibus frumentariis adverso Istro adnavigantes conspiciebantur: quas nostri videntes incredibili sunt lætitia affecti, nec minus Scythæ perturbati, quod impositum navibus madidum ignem verebantur. Audierant enim à majoribus natu gentis, quemadmodum maximam classem Ingoris, patris Sphendosthlabi, Romani eodem Medico igne in Ponto combussissent. Ita celeriter lenunculos suos contractos ante muros oppidi subduxerunt, qua præterfluens Ister alterum latus Dorystoli alluit. Eosdem igniferæ nostræ naves circumcirca observabant, ne Scythis facultas daretur, conscensis scaphis, in suam se regionem recipiendi. Postero die Tauroscythæ, ex oppido egressi, aciem in planitie instruxerunt, scutis ad pedes usque pertinentibus et loricis hamatis tecti. Item Romani castris progressi sunt bene loricati: et acriter utrimque pugnatum est, incerta victoria, altero alterum propelleare. Ubi vero Romanorum aliquis ex phalange procurrens Sphencelum, qui tertio post Sphendostblabum loco a Tauroscythis honorabatur, animose tunc prælliantem confixit, virum vasto corpore et audacia juvenili: hujus casu perturbati Tauroscythæ e planitie pedem referre, inque oppidum se recipere cœperunt. Eodem prælio Theodorus cognomento Lalaco, homo ob robur corporis, quod summum erat in illo, metuendus et inexpugnabilis, bostes numero plurimos clava ferrea interfecit. Quam manu tam valenti demittebat, ut simul et galeam et caput illa tectum confringeret. In hunc modum Scythæ, fuga facta, in oppidum revertefunt. Romanos Imperator, receptui cani jubens, in castra revocavit: ubi donis eos conviviisque accepit, animosque ad strenue ineundam pugnam majores fecit.

III. Eatenus dubio rerum exitu, flagrante etiam bello, Leo Curopalates, Nicephori Imperatoris frater, quem Methymnæ in Lesbo insula asservatum

Tertium prælium ad Dorystolum.

[a] Codex, ὑστερίᾳ.

Fol. 312 recto.

[b] Codex, ἐπὶ τῷ τούτου πτώματι.

Lalaconis virtus.

[c] Cod. κενῇ.

[d] Lege aut συνέθλα, aut συνέθλασε.

Leonis Curopalatæ rebellio.

esse supra demonstravi, custodibus pecunia corruptis, rebellavit: quippe illæsas habebat oculorum pupillas. Etenim cui prius fuerat ejus excæcatio mandata, is sive Imperatoris jussu (suspicantur et hoc, ob rationem illam, quod re patefacta homo impunitus permansit), sive misericordia motus tantæ calamitatis, cilia ejus combussit, pupillas illæsas et intactas reliquit. Ita Curopalates, conscenso lembo, ad oram contra Constantinopolim clam appulit, inque monasterio, quod Pelamys vocatur, se occultavit. Inde mittit certum hominem, qui amicis et familiaribus nunciaret se venisse. Hi suum auxilium pro viribus pollicentur: manum armatorum sese coacturos; claves palatii surrepturos, per quas facilis ei fieret in sacrum limen ingressus. Proinde suscipiunt negotium: quod verbis erant polliciti, nil morati re perficere conantur. Persuadent uni ex ostiariis palatinis donis inducto, ut in cera claves imprimeret, ceram sibi communicaret. Is, promtus ad rem, ceram informatam tradit: conjurati, opificem conducentes, claves celeriter domi cudendas curant.

A Νικηφόρῳ τῷ υἱῷ φρουρούμενος, ὥς μοι ἤδη δεδήλωται, χρυσῷ τοὺς φρουροὺς διαφθείρας, ἐς ἀποστασίαν ἀπέκλινεν, ἀσινεῖς ἔχων τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν. Ὁ γὰρ ἐκτυφλοῦν τὸ πρόσθεν αὐτὸν[a] προσταχθείς, εἴτε κατ' ἐντολὴν τοῦ βασιλέως τοῦτο πεποιηκὼς (ὑπονοεῖται γὰρ καὶ τοῦτο· τεκμήριον δέ, ὅτι μετὰ τὴν τοῦ δράματος διάγνωσιν κακῶν ἀπαθὴς ὁ ἄνθρωπος ἔμεινεν), εἴτε καὶ οἴκτῳ τῆς τοσαύτης ἐπικαμφθεὶς συμφορᾶς, τὰς μὲν βλεφαρίδας ἐκείνου κατέκαυσεν, ἀσινεῖς δὲ καὶ ἀκηράτους τὰς κόρας παρέλιπε. Τότε γοῦν εἰς ἀκάτιον ὁ Κουροπαλάτης ἐμβάς, τῇ κατ' ἀντιπέρας Βυζαντίου B χθονὶ λεληθότως προσώρμισεν, ἐπί τι φροντιστήριον, ὃ Πελαμὺς κέκληται, κρυπτόμενος. Ἐκεῖθέν τε διά τινος τῶν οἰκείων τοῖς φίλοις καὶ γνωρίμοις τὴν αὐτοῦ καταμηνύει ἄφιξιν. Οἱ δὲ παντὶ σθένει συνάρασθαί οἱ διωμολόγουν, καὶ πλῆθος συναθροίσειν ἐνόπλων ἀνδρῶν, καὶ τὰς τῆς βασιλικῆς ἑστίας κλεῖς ὑφελέσθαι, δι' ὧν αὐτῷ εὐπετῶς ἡ ἐς τὰ βασίλεια γένοιτο πάροδος. Καὶ δῆτα ἔργου εἴχοντο, καὶ τὴν διὰ λόγων ὑπόσχεσιν καὶ δι' ἔργων ἀνύτειν ἐπεχείρουν, μηδόλως μελλήσαντες. Ἐντεῦθεν δή τινα τῶν βασιλικῶν κλειδούχων δωρεαῖς ὑποποιησάμενοι, κηρῷ τὰς κλεῖς ἐκτυποῦν ἔπεισαν, καὶ C αὐτοῖς ἐπιδοῦναι τὸν κηρόν. Καὶ ὅς, οὐδὲν ἀναδύς, τυπώσας τὸν κηρὸν ἐπεδίδου· οἱ δέ, βάναυσον μισθωσάμενοι, τὰς κλεῖς ἐφ' ἑστίας ὡς τάχος ἐχάλκευσαν.

[a] Cod. αὐτῷ.

Fol. 312 verso

IV. Cum omnia ex sententia, ut rebantur illi, successissent, vocant Curopalatem, ut, trajecto freto, Constantinopolim appelleret. Is, nocte intempesta navi conscensa ad arcem delatus, ibi per portulam, quæ sub S. Phocæ est, urbem intrat, imperium jam se manibus tenere somnians. Verum huic pro fulgente purpura, pro sceptro aureo, pro tyrannide, quam infausto omine machinabatur, excæcationem diram, longinquum exilium, publicationem bonorum parabat fortuna, irridens spem hominis, quæ nimium fallax in contrariam partem evasit, acerbamque illi malorum miseriam intulit. Dum enim in ædibus cujusdam ex facientibus secum in regione Sphoracii desidet, conjuratorum conventum præstolans, aliquis asseclarum, ædibus elapsus, ad familiarem ipsius, textrini Augusti procuratorem, accedit: nunciat, Curopalatem venisse: consilio patefacto rogat, ut sibi cum corpore textorum auxilio sit.

η'. Ἐπεὶ δὲ πάντα τούτοις κατὰ γνώμην, ὥς γε ἐδόκει, ἐχώρει, τὸν Κουροπαλάτην ἐκάλουν περαιοῦσθαι τὸν Βόσπορον, καὶ καταίρειν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον. Ὁ δέ, τῶν νυκτῶν ἀωρὶ νεὼς ἐπιβὰς καὶ τῇ ἀκροπόλει προσσχὼν[b], ἐκεῖθεν διά τινος πυλίδος ὑπὸ τὴν τοῦ ἁγίου Φωκᾶ τελεθούσης[c] ἑστίαν, εἴσεισι τοῦ ἄστεος, τὴν τῆς ἡγεμονίας ἀρχὴν ἤδη κατέχειν ἐν ταῖς χερσὶν ὀνειροπολῶν. Τῷ[d] δέ, ἀντὶ πορφυρίδος D λαμπρᾶς, καὶ σκήπτρου χρυσοῦ, καὶ τυραννίδος, ἣν ὡς μὴ ὤφελεν ἐμελέτησεν, ἐκτύφλωσιν πικρὰν καὶ ὑπερορίαν μακράν, καὶ δήμευσιν τῶν οἰκείων ἡ τύχη ἐσκαιωρεῖτο, ἐπιγελῶσά που τοῖς ἐλπιζομένοις τἀνδρί, ὡς οὐκ ἐν ἐχυρῷ κειμένοις, ἀλλ' εἰς τοὔμπαλιν αὐτῷ περιτρεπομένοις, καὶ χαλεπὴν τῶν ἀτυχημάτων ἐπικυλίνδουσα συμφοράν. Ἄρτι γάρ, ἐπείπερ κατ' οἶκόν τινος τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ ἐν τοῖς τοῦ Σφωρακίου μέρεσι καθῆστο[e], τοὺς συνωμότας συνελθεῖν ἐκδεχόμενος, εἷς τῶν ἑφεπομένων αὐτῷ, τῆς ἑστίας ὑπεξελθών, πρόσεισι τῶν συνήθων

[b] Cod. προσχών.
[c] Codex, τελούσης.
[d] Cod. τό.
[e] Codex, καθῆσθαι.

A τινὶ, βασιλικῆς ἱερουργίας ὄντι μελεδωνῷ, τὴν τοῦ Κουροπαλάτου ἐνδημίαν μηνύων αὐτῷ, καὶ τὸ δρᾶμα ἀνακαλύπτων, καὶ προσλιπαρῶν συναίρεσθαι αὐτοῖς μετὰ τοῦ τὴν ἱερουργικὴν αὐτουργοῦντος συστήματος. Ὁ δὲ τὴν ταχίστην βοηθεῖν ἐπηγγέλλετο, καὶ ἀναστὰς ὡς τὸ περὶ αὐτὸν πλῆθος καλέσων ἀπῄει. Παρὰ Λέοντα δὲ τὸν Πατρίκιον καὶ πλωΐμου Δρουγγάριον ἀφικόμενος, ὃς τότε παρὰ βασιλέως τὴν τοῦ Βυζαντίου ἐνεχείριστο φροντίδα, πάντα τούτῳ δηλοῖ· καὶ ὡς ὁ Κουροπαλάτης ἐκ τῆς ὑπερορίας ἀναχθεὶς, ἐπηλύτης[a] τε ὢν, καὶ κατά τινα οἰκουρῶν ἑστίαν, ὅσον οὔπω βούλεται τυραννεῖν. B Ὁ δὲ τῷ ἀθρόῳ τῆς ἀγγελίας καταπλαγεὶς, εἶτ' αὖθις ἀνενεγκὼν[b] (ἦν δὲ σταθηρὸς ἐν περιστάσεσι, καὶ τὸ δέον δραστήριος ἐν ἀπόροις ἐξευρεῖν), τὸ περὶ αὐτὸν στῖφος ἀνειληφὼς, ἐξαυτῆς τῇ οἰκίᾳ, καθ' ἣν ὁ Κουροπαλάτης κατήγετο, ἐπιτίθεται. Ἐπεὶ δὲ ἔγνω τὸ καθ' αὐτὸν δρᾶμα καταφωραθὲν ὁ Κουροπαλάτης καὶ ἔκδηλον γεγονὸς, διά τινος παραθύρου μετὰ τοῦ υἱοῦ ὑπεκδὺς Νικηφόρου, ἐς τὸν θεῖον καὶ μέγαν καταφεύγει σηκὸν, ἱκέτης ἐλεεινὸς ἀντὶ σοβαροῦ τυράννου καὶ ἀλαζόνος ὁρώμενος. Ὃν ἐκεῖθεν οἱ περὶ τὸν Δρουγγάριον ἀποσπάσαντες, εἰς ἀκάτιόν τε ἅμα τῷ υἱῷ Νικηφόρῳ ἐμβαλόντες, πρὸς τὴν λεγομένην Καλώνυμον νῆσον περαιοῦσι· κελεύσει τε βασιλικῇ αὖθις πρὸς τοῦ αὐτοκράτορος ἐκ Μυσίας ἐπιτεταγμένῃ[c] ἀμφοτέρους ἀποτυφλοῦσι, καὶ τὴν τούτων περιουσίαν δημεύουσιν.

A Hic se cito præsto illi fore spondet, surgens tanquam officium vocaturus abit. Verum, ad Leonem Patricium classis Drungarium introductus, cui ab Imperatore erat Constantinopolis commissa cura, ibi omnia defert: Curopalatem, de exilio reversum, in urbe commorari, domo aliqua se continere, nec quicquam propius esse quam ut regnaret. Perculsus subito hoc nuncio Drungarius ubi se collegit (ut erat firmo in periculis animo, et industrius in rebus dubiis ad optima consilia invenienda), sumta sua cohorte, domum, in B qua Curopalates deversabatur, continuo invasit. Is cum rem deprehensam perspectamque esse intellexisset, per posticum cum Nicephoro filio elapsus in divinam et magnam ædem confugit, miser supplex ex tyranno glorioso atque arrogante factus. Inde eum protractum homines Drungarii in lenunculum cum Nicephoro filio conjiciunt, inque insulam, quæ vocatur Calonymus, deportant: ubi mandato Aug. a principe ex Mœsia allato ambos excæcant, bonis eorum publicatis.

[a] Codex. ἐπηλύτης.

[b] Vide supra 24 C.

Leo Curopalates excæcatur.

[c] Codex. ἐπιτεταγμένης.

C ε'. Ἀλλ' οὕτω μὲν τῷ Κουροπαλάτῃ Λέοντι τὰ τῆς τυραννίδος εἰς δεινὸν καὶ ὀλέθριον κατέληξε τέλος. Οἱ δὲ Ῥῶς συνασπίσαντες (αὖθις γὰρ ὁ λόγος, ὅθεν ἐξέβη, ἐπάνεισιν), ἐπὶ τὸ πεδίον ἐξῄεσαν, παντὶ σθένει πειρώμενοι, τὰς τῶν Ῥωμαίων πυρπολεῖν μηχανάς. Οὐ γὰρ τὰς τούτων μετὰ ῥοίζου ἔφερον ἐκπεμπομένας βολάς, πλείστων ὁσημέραι ὑπὸ τῶν ἀφιεμένων λίθων ἀναιρουμένων Σκυθῶν. Ἰωάννης δὲ ὁ Κουρκούας καὶ Μάγιστρος, ἐκ γένους προσήκων τῷ βασιλεῖ, τὴν τῶν τοιούτων μηχανημάτων ποιούμενος φυλακὴν, D τὴν μετὰ θράσους ὁρμὴν τῶν ἐναντίων ἰδὼν, καὶ ἄλλως οἴνῳ καρηβαρῶν καὶ νυστάζων (μετ' ἄριστον γὰρ ἦν), ἵππου ἐπιβὰς, σὺν τοῖς ἑπομένοις λογάσιν ἤλαυνε κατ' αὐτῶν. Βόθρῳ δὲ ὁ ἵππος κατενεχθεὶς ἀποβάλλει τῶν νώτων τὸν Μάγιστρον. Οἱ δὲ Σκύθαι, ἀριπρεπῆ πανοπλίαν ἰδόντες, καὶ φάλαρα τοῦ ἵππου καὶ τὴν ἄλλην σκευὴν ἐξειργασμένα λαμπρῶς (ἐτύγχανον γὰρ κατακόρως ἀληλιμμένα[d] χρυσῷ), δόξαντες αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι τὸν αὐτοκράτορα, ἀθρόως περιδραμόντες αὐτοῖς ὅπλοις τοῦτον τοῖς ξίφεσι καὶ πελέκεσι κατα-

V. In hunc modum Leonis Curopalatæ rebellio tristem et fatalem habuit exitum. Russi vero, phalange facta (redit enim eo, unde egressa est, oratio), in campum processerunt, summa vi contendentes, ut Romanorum tormenta concremarent. Ægre enim tela cum stridore inde missa tolerabant, quibus quotidie Scythæ plurimi lapidibus icti dejiciebantur. Agebat tormenturum custodiam Joannes Curcuas magister militiæ, genere cum Imperatore conjunctus. Is ubi D hostes audacter procurrentes vidit, vini somnique plenus (quod post prandium res gerebatur), equo conscenso, cum sequentibus delectis contra venit. Equus in scrobem delatus dorso eum excutit. Tum Scythæ, insignem armaturam ejus, phalerasque equi cum reliquo ornatu elaboratas magnifice conspicati (erant enim affatim inducta auro), rati Imperatorem esse, omnes simul circumfusi una cum armis eum gladiis securibusque ferum in modum articulatim dividunt: caput pilo fixum in turribus constituunt, Romanos irridentes, quod eorum Im-

Fol. 313 recto

Joannes Curcuas præ-lians occidit.

[d] Codex. ἀλαλιμμένα.

peratorem victimæ ritu obtruncassent. Has Joannes magister pœnas scelerum in ædes sacras commissorum tulit, ut a furore barbarorum opprimeretur. Etenim ecclesias multas in Mœsia vastasse dicitur, earumque vestem et vasa sacra in privatam supellectilem convertisse.

Quintum prælium. Icmor ob Anema trucidatur.

VI. Russi ejusmodi victoria elati, postridie ejus diei oppido egressi, adversa acie constiterunt: itemque Romani, in altum cuneum conferti, obviam procedunt. Erat Icmor, qui sub Sphendosthlabo exercitum Scythicum ducebat, proximus post illum auctoritate, vir immani corpore et ferocia juvenili. Hunc Anemas ex protectoribus palatinis, Cretici satrapæ filius, conspicatus magno impetu cum cohorte satellitum, quos circa se habebat, incurrere, Romanorumque complures occidere, virtute animi elatus, gladio ab latere stricto, huc illuc conversum incensumque calcaribus equum in Icmorem immisit: quem nactus cervicem gladio appetit: Scythæ caput cum manu dextra abscissum solo afflixit. Duce cadente clamor a Scythis lamentatione permixtus tollitur: fit in eos a Romanis impetus. Quem illi non sustinuerunt; sed, prætoris cæde vehementer commoti, scutis post humeros rejectis in oppidum reversi sunt. Romani quos possunt consectantur atque occidunt. Cœpta jam nocte, cum luna pleno orbe colluceret, in campum egressi mortuos suos conquisiverunt: hos pro muro coacervatos rogis compluribus accensis cremaverunt, in iisdem captivos numero plurimos, viros et mulieres, patrio more jugulantes. Item inferias celebrantes, in Istro lactentes infantes et gallos gallinaceos suffocabant, undis fluminis mersos. Etenim dicuntur gentilium sacris addicti, Græcorum more sacrificia et libamina manibus offerre, sive ab Anacharside et Zamolxi, suis philosophis, ad hunc modum, sive a sociis Achillis initiati. Siquidem Arrianus in Periplo auctor est, Achillem Pelei filium Scytham exstitisse, Myrmecione natum, quod est ad Mæotidem paludem oppidulum: expulsum vero a Scythis ob sævitiam, crudelitatem, arrogantiam animi, in

[a] *Vide supra 89. C*

[b] *Codex,* Ἀνεμᾶς· *sed Cedrenus, II 678 D et alibi, recte pers.*

Fol. 303 verso.

A μάλιστα ἀπηνῶς· δορατίῳ τε τὴν κεφαλὴν περιπείραντες, ἐπὶ τῶν πύργων κατέπηξαν, Ῥωμαίους τωθάζοντες, ὡς τὸν σφῶν βασιλέα δίκην βοσκήματος κρεουργήσαντες. Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν Ἰωάννης ὁ Μάγιστρος ἀπηνέγκατο τὰ ἐπίχειρα, ὧν εἰς τοὺς θείους πεπαρῴνηκε σηκοὺς, θυμοῦ βαρβαρικοῦ γεγονὼς παρανάλωμα. Λέγεται γὰρ πολλοὺς τῶν κατὰ Μυσίαν κεραΐσαι, καὶ τὰ τούτων ἔπιπλα καὶ σκεύη τὰ ἱερὰ εἰς ἰδιωτικὰ μετασκευάσαι κειμήλια.

ς΄. Ῥῶς δὲ τῇ τοιαύτῃ νίκῃ κατεπαρθέντες, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν τοῦ ἄστεος ὑπεξιόντες, παρὰ τὸ μεταί- B χμιον ἐτάξαντο· Ῥωμαῖοι δὲ καὶ αὐτοὶ, ἐς βαθεῖαν συνασπίσαντες φάλαγγα, τούτοις ἀντεπῄεσαν. Ἐνταῦθα Ἴκμορα, τὸν μετὰ τὸν Σφενδοσθλάβον τὸ Σκυθικὸν ἄγοντα στράτευμα καὶ τιμώμενον εὐθὺς μετ' ἐκεῖνον, ἄνδρα γιγαντώδη καὶ νεανικὸν[a], ἰδὼν Ἀνεμᾶς[b], ὁ τῶν βασιλικῶν σωματοφυλάκων εἷς, καὶ τοῦ τῶν Κρητῶν υἱὸς ἀρχηγοῦ, ἐνθουσιωδῶς ἐφορμῶντα μετὰ τῆς τῶν ἑπομένων περὶ αὐτὸν φάλαγγος καὶ πλείστους Ῥωμαίων ἀποκτιννύοντα, ἀλκῇ τε φύσεως ἐπαρθεὶς, τὸ παρηωρημένον ξίφος ἑλκύσας, καὶ τὸν ἵππον τῇδε κἀκεῖσε παρεξελάσας, τοῖς τε μύωψι κατανύξας, κατὰ τοῦ Ἴκμορος ἵεται, καὶ τοῦτον καταλαβὼν C πλήττει κατὰ τοῦ τένοντος· ἡ δὲ τοῦ Σκύθου κεφαλὴ σὺν τῇ δεξιᾷ ἐκτμηθεῖσα χειρὶ πρὸς τοὔδαφος ἀπηνέχθη. Τοῦ δὲ πεσόντος, βοή τις παρὰ τῶν Σκυθῶν οἰμωγῇ σύμμικτος αἴρεται· Ῥωμαῖοι δὲ τούτοις ἐπέδραμον. Οἱ δὲ οὐκ ἤνεγκαν τὴν τῶν ἐναντίων ῥοπὴν, ἀλλὰ τῷ τοῦ σφῶν στρατηγοῦ πάθει ἐκτόπως περιαλγήσαντες, τὰ σάκη κατωμαδὸν ἄραντες, ἐχώρουν διὰ τοῦ ἄστεος, οὓς ἐπισπόμενοι Ῥωμαῖοι ἀπέκτεινον. Ἤδη δὲ νυκτὸς καταλαβούσης, καὶ τῆς μήνης πλησιφαοῦς οὔσης, κατὰ τὸ πεδίον ἐξελθόντες τοὺς σφετέρους ἀνελάμβανον νεκροὺς· οὓς καὶ συναλίσαντες πρὸ τοῦ περιβόλου καὶ πυρὰς θαμινὰς ἀνανάψαντες, κατέκαυ- D σαν, πλείστους τῶν αἰχμαλώτων, ἄνδρας καὶ γύναια, ἐπ' αὐτοῖς κατὰ τὸν πάτριον νόμον ἐναποσφάξαντες. Ἐναγισμούς τε πεποιηκότες, ἐπὶ τὸν Ἴστρον ὑπομάζια βρέφη καὶ ἀλεκτρυόνας ἀπέπνιξαν, τῷ ῥοθίῳ τοῦ ποταμοῦ ταῦτα καταποντώσαντες. Λέγονται γὰρ Ἑλληνικοῖς ὀργίοις κατόχους ὄντας, τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον θυσίας καὶ χοὰς τοῖς ἀποιχομένοις τελεῖν, εἴτε πρὸς Ἀναχάρσεως ταῦτα καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν σφετέρων φιλοσόφων, μυηθέντες, εἴτε καὶ πρὸς τῶν τοῦ Ἀχιλλέως ἑταίρων. Ἀῤῥιανὸς γάρ φησιν ἐν τῷ Περίπλῳ, Σκύθην Ἀχιλλέα τὸν Πηλέως πεφυκέναι

πεφηνέναι[a], ἐκ τῆς Μυρμηκιῶνος καλουμένης πολίχνης, παρὰ τὴν Μαιῶτιν λίμνην κειμένης· ἀπελαθέντα δὲ πρὸς τῶν Σκυθῶν διὰ τὸ ἀπηνές, ὠμόν, καὶ αὔθαδες τοῦ φρονήματος, αὖθις Θετταλίαν οἰκῆσαι. Τεκμήρια τοῦ λόγου σαφῆ ἥ, τε τῆς ἀμπεχόνης σὺν τῇ πόρπῃ σκευή, καὶ ἡ πεζομαχία, καὶ ἡ πυρσὴ κόμη, καὶ οἱ γλαυκιῶντες ὀφθαλμοί, καὶ τὸ ἀπονενοημένον, καὶ θυμοειδές, καὶ ὠμόν· ἃ καὶ ὀνειδίζων Ἀγαμέμνων ἐπισκώπτειν, οὑτωσὶ λέγων·

Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τε[b].

Φόνῳ γὰρ εἰσέτι καὶ αἵματι τὰ νείκη Ταυροσκύθαι διακρίνειν εἰώθασιν. Ὅτι δὲ τὸ ἔθνος ἀπονενοημένον, καὶ μάχιμον, καὶ κραταιόν, πᾶσι τοῖς ὁμόροις ἐπιτιθέμενον ἔθνεσι, μαρτυροῦσι πολλοί, καὶ ὁ θεῖος δὲ Ἰεζεκιήλ, μνήμην τούτου ποιούμενος, ἐν οἷς ταῦτά φησιν· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ σὲ τὸν Γὼγ καὶ Μαγὼγ[c], ἄρχοντα Ῥώς. Ἀλλ' ἀπόχρη μὲν ταῦτα περὶ τῶν Ταύρων ἐναγισμῶν.

ζ. Τότε δὲ ἤδη διαυγαζούσης ἡμέρας βουλὴν ὁ Σφενδοσθλάβος τῶν ἀρίστων ἐκρότησεν, ἣν καὶ κομέντον τῇ σφετέρᾳ διαλέκτῳ φασίν. Ἄρτι δὲ συναθροισθέντων περὶ αὐτόν, καὶ ὅ, τι δεῖ καὶ δρᾶν πρὸς αὐτοῦ διερωτηθέντων, οἱ μὲν ἀωρὶ συνεβούλευον τῶν νυκτῶν, ἐπιβάντες τῶν πλοίων, πάσῃ μηχανῇ κλέψαι τὴν φυγήν· μὴ γὰρ οἵους τε καθεστάναι ἱππόταις πανσιδήροις ἀνδράσι συμπλέκεσθαι, ἀποβαλόντας καὶ ταῦτα τοὺς πρωταγωνιστάς, ὑφ' ὧν τὸ στρατόπεδον ἀνερρώννυτο, καὶ οἱ θυμοὶ τῶν ἀνδρῶν παρεθήγοντο. Οἱ δὲ τοὔμπαλιν δεξιὰς ἐμβάλλειν Ῥωμαίοις ἐξυνεβούλευον[d], καὶ πίστεις λαμβάνειν, καὶ οὕτω διασώζειν τὴν περιλειφθεῖσαν στρατιάν. Οὐδὲ γὰρ ἔχειν εὐχερῶς κλέψαι τὸν ἀπόπλουν, τῶν πυρφόρων[e] νεῶν παρὰ τοῦ[f] Ἴστρου ἀκτὴν ἑκατέρωθεν φρουρουσῶν τὰ πορθμεῖα, ὡς, ἡνίκα πειραθεῖεν ἐκπλεῦσαι τὸν ποταμόν, πυρπολήσειν ἐξαυτῆς ἅπαντα. Ὁ δὲ Σφενδοσθλάβος, μύχιον καὶ πικρὸν ἀνοιμώξας, Οἴχεται τὸ κλέος, ἔφη, ὃ τῇ Ῥωσικῇ πανοπλίᾳ συνείπετο, τὰ πρόσοικα καταστρεφομένῃ ἔθνη ἀπονητί, καὶ χώρας ὅλας ἀνδραποδιζομένῃ ἀναιμωτί, εἰ νῦν ἀκλεῶς Ῥωμαίοις ὑπείξομεν. Ἀλλὰ γάρ, τὴν ἐκ προγόνων ἀνειληφότες ἀρετήν, ἀναλογισάμενοί τε, ὡς ἀκαταγώνιστος ἡ Ῥωσικὴ μέχρι καὶ τήμερον καθέστηκεν ἀλκή, ἐκθύμως ὑπὲρ τῆς σφῶν σωτηρίας διαγωνισώμεθα. Οὐδὲ γὰρ ἔθιμον ἡμῖν φεύγουσιν ἐς τὴν πατρίδα φοιτᾶν, ἀλλ' ἢ νικῶντας ζῆν, ἢ εὐκλεῶς τελευτᾶν, ἔργα ἐπιδεδειγμένους γενναίων ἀνδρῶν. Τοσαῦτα μὲν ὁ Σφενδοσθλάβος ἐβούλευσεν.

A Thessalia posthæc sedem collocasse. Cujus rei clara argumenta sunt amictus fibulati ratio, pugna pedestris, capillus rufus, oculi glauci, amentia, iracundia, crudelitas: quæ ipsa conviciis Agamemnon consectabatur, sic dicens:

Huic semper jurgia cordi,
Rixæque, pugnæque.

Cæde enim et sanguine ad hanc diem Tauroscythæ dirimere rixas consuerunt. Audaciam autem et virtutem atque robur gentis, finitimum quemque B populum invadentis, cum multi alii testantur, tum etiam divus Ezechiel, mentione ejus facta, ubi ad hunc modum ait: *Ecce ego induco super te Gog et Magog, principem Rhos.* Sed de inferiis Taurorum hæc sufficiant.

VII. Inter hæc prima luce Sphendosthlabus consilium primorum ordinum constituit, quod sua lingua comentum appellant. Coactos quid agat consulit. Alii multa de nocte naves conscendendas, omnibusque modis furtim elaben- C dum, existimant; nullo se pacto equites cataphractos sustinere posse, idque postquam virtute præstantes duces amisissent, qui exercitum confirmare, animos militum incitare consueverint. Contra ea alii censebant compositionem cum Romanis fieri oportere, atque ita fide accepta reliquias exercitus servari. Clam ab oppido solvere non esse facile, quod igniferæ naves ad ripam Istri utrobique transitum custodirent, ut, simul ac conarentur in amnem enavigare, cuncta evestigio cremarent. Tum vero cum ingemuisset vehementius Sphendosthlabus, *Periit,* inquit, *gloria,* D *arma Russica sequens, quæ modo populos finitimos nullo negotio subegerunt, modo citra sanguinem integras tenuerunt regiones, si nunc turpiter cedimus Romanis. Quin, repræsentantes patriam virtutem, reputamus, invictum usque adhuc perstitisse Russicum robur, et pro nostra salute acriter confligimus! Non solemus nos quidem fugientes in patriam reverti, sed vel vivere victores, vel gloriose mori, effectis virorum fortium facinoribus.* Ejusmodi consilium egit Sphendosthlabus.

[a] Vide supra 32 C. 60 D 102 B

[b] Iliad. A. 177.

[c] Codex, τὸν Ἀγὼγ καὶ Μαγώγ. Ezech XXXIX. 1. Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ Γὼγ ἄρχοντα Ῥὼς et idem XXXVIII. 2.

Consilium militare Sphendosthlabi.

[d] Sic Codex, duplici augmento.

Fol. 314 vers.

[e] Codex, πυρφόρων.

[f] Sic Cod. lege, παρὰ τὰ τοῦ.

accurate, intelligere possunt: item ex fluminum trajectionibus: tum accuratius etiam ex eorum mansionibus, posquam inde moverunt. Dux autem, cognito prædatorum hostilium adventu, vicos, quo irrupturi sint, suspicans, propius ad hos accedat: locoque idoneo cum manu sua abditus, si a stationibus equitum quoquoversus dimissis admonetur, hostesque egressi atque dissipati conspiciuntur, in dispersos erumpat, illosque invadens nullo negotio expugnabit. Sin autem accidit, ut ex agricolis aliquot à se captis antequam egrediantur, ducem et venisse et occupasse vicos intelligant, ideoque non audeant excurrere, infecta re raptim se domum recipient, nihil præter laborem, lassitudinem, ærumnas consecuti.

A σοχάσασθαι· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τοῖς τῶν ποταμῶν περάμασι· ἀκριβέστερον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν τούτων ἀπληκτων, ἡνίκα ἐκεῖθεν ἀπαίρουσι. Ὁ δὲ στρατηγὸς, τοῦ κούρσου τῶν πολεμίων τὴν ἄφιξιν ἀναμανθάνων, καὶ τῶν χωρίων, ἐν οἷς τὰς ἐκδρομὰς ποιήσασθαι μέλλουσι, στοχασάμενος, πλησίον τούτων γινέσθω· καὶ ἐν ἐπιτηδείῳ τόπῳ ἑαυτὸν ἀποκρύψας μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, βίγλας τε καβαλλαρίων πανταχοῦ ἀποστείλας, ἡνίκα περὶ αὐτῶν καταμηνυθείη, καὶ θεαθῶσιν ἐξελαύνοντες καὶ διασκορπιζόμενοι, ἐξέλθῃ εἰς τὸ σκόρπισμα, καὶ τούτοις ἐντυγχάνων ἀπόνως αὐτοὺς καταγωνίσεται. Εἰ δὲ συμβῇ τινὰς τῶν B χωριτῶν κρατηθῆναι παρ' αὐτῶν πρὸ τοῦ ἐξελάσαι, καὶ ἀναμαθεῖν τήν τε τοῦ στρατηγοῦ παρουσίαν καὶ τὴν τῶν χωρίων ἐπέλευσιν, καὶ μὴ θαῤῥήσουσιν ἐξελάσαι, ἄπρακτοι σπουδαίως πρὸς τὴν ἰδίαν ὑποστρέψουσι χώραν, μόνον τὸν κόπον[a] καὶ τὴν συντριβὴν καὶ ταλαιπωρίαν ὑποστάντες.

[a] Codd. σκοπόν.

CAPUT VII.

De contractione et motu exercitus: et de eo, ut mercatoribus permittatur, intrare hostium fines, ac speculari.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

C Περὶ συναθροίσεως καὶ κινήσεως φοσσάτου· καὶ περὶ τοῦ παραχωρεῖν τοὺς πραγματευτὰς εἰσέρχεσθαι καὶ κατασκοπεῖν.

Arabes quo mense incurrebant sæc. X in fines Romanos.

Si audis instrui et moveri magnum exercitum, quo plerumque tempore amplæ copiæ congregari solent, hoc est mense Augusto: ea enim tempestate ex Ægypto, Palæstina, Phœnicia, Cœlesyria, catervæ hominum in Ciliciam finesque Antiochiæ, circa Alepum, emergebant, et assumtis Arabibus mense Septembri in Romanos faciebant incursionem: eo, inquam, tempore, quo exercitus hostilis coiturus est, expedis crebrius cursores sive tasinacia, indicesque plurimos ex proborum atque fidelium numero, emittere. Item mercatoribus potestatem facere introeundi: cum amiris, qui oppidis fines nostros adjacentibus præsunt, amicitiam contrahere: scribere ad illos, homines cum donis mittere: ut his variis actionibus cum consilia atque cogitationes hostium, tum numerum copiarum equestrium et pedestrium quæ cogantur, præfectosque earum, et in quas provincias incursionem facere instituerint, plane dux perdiscat. Ita certior factus

Fol. 379 vers.

[b] Codd. συνεχέστερον.

Παρασκευὴν δὲ καὶ κίνησιν μεγάλου φοσσάτου ἀκούων, ἐν ᾧ καιρῷ μάλιστα εἴωθε τὰ μεγάλα συναθροίζεσθαι φοσσάτα, ἤγουν τῷ Αὐγούστῳ μηνί· ἐν γὰρ τῷ τοιούτῳ καιρῷ ἀπό τε Αἰγύπτου, Παλαιστίνης τε καὶ Φοινίκης, καὶ τῆς Κοίλης Συρίας, πλήθη ἀνήρχοντο ἐν Κιλικίᾳ, καὶ ἐν ταῖς χώραις Ἀντιοχείας, τῷ Χάλεπι, καὶ προσλαμβάνοντες καὶ Ἄραβας τῷ Σεπτεμβρίῳ μηνὶ τὴν κατὰ Ῥωμαίων ἐποιοῦντο ἐξέλευσιν· ἐν τῷ τοιούτῳ τοίνυν καιρῷ, ὅτε ἡ D συνάθροισις τοῦ φοσσάτου τῶν πολεμίων μέλλει γίνεσθαι, συνεχέστερον[b] τοὺς τρапεζίτας ἀποστέλλειν, ἤτοι τὰ τασινάκια, καὶ κατασκόπους πλείστους τῶν χρησίμων καὶ πιστῶν. Παραχωρεῖν δὲ καὶ πραγματευτὰς εἰσέρχεσθαι· προσποιεῖσθαι δὲ καὶ φιλίαν πρὸς τοὺς κρατοῦντας ἀμηράδας τῶν ταῖς ἄκραις ἡμῶν παρακειμένων κάστρων· καὶ γράφειν πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἀνθρώπους μετὰ ξενίων ἀποστέλλειν· ὅπως διὰ τῆς πολυειδοῦς ταύτης πολυπραγμοσύνης δυνηθῇ σαφῶς ἀναδιδάσκεσθαι τὰς τῶν πολεμίων βουλὰς καὶ μελέτας, καὶ τὰ πλήθη τῶν ἐπιστρατευο-

μένων φωσσάτων ἱππέων τε καὶ πεζῶν, καὶ τοὺς τούτων ἀρχηγούς, καὶ ἐν ποίαις χώραις τὴν ἐπέλευσιν ποιεῖν βούλονται. Καταμηνυόμενος δὲ τὴν τοῦ φωσσάτου ἀποκίνησιν, καὶ διὰ ποίας ὁδοῦ τὴν ἐξέλευσιν κατὰ Ῥωμανίας ποιεῖσθαι μέλλει, ἐπισυνάγειν ἅπαντα τὰ στρατεύματα, καὶ πρὸς τὰς ἄκρας παραγίνεσθαι, ἀποστέλλειν δὲ[a] τουρμάρχην ἐμπειρότατον, εἴτε ἕτερόν τινα τῶν μεγάλων καὶ χρησίμων ἀρχόντων, μετὰ ἱππέων ἐπιλέκτων προσσυναντῆσαι τοῖς πολεμίοις πρὸ τοῦ τὴν εἰσβολὴν εἰς τὰς ἡμῶν χώρας ποιήσασθαι· ἵνα καὶ ἐπακολουθῶσιν αὐτοῖς, καὶ παραμένωσι, καὶ τὰς ἀποκινήσεις αὐτῶν τῷ στρατηγῷ καταμηνύωσι. B

A cum de motu exercitus, tum de itinere, quo in fines populi Romani irrupturus est, debet coactis omnibus copiis ad limitem progredi, et sive turmarcham peritissimum, sive aliquem ex magnis probatisque præfectis præmittere, qui cum equitibus delectis hostibus occurrat, antequam irruptionem in provincias nostras fecerint : ut et insequantur illos, et speculentur, et motus illorum duci renuncient.

[a] f. τόν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ή.

Περὶ παραμονῆς φωσσάτου, καὶ ἀκολουθήσεως.

Ἡ δὲ παραμονὴ αὐτῶν οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι. Τοῦ στρατηγοῦ μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐν ἐπιτηδείῳ καὶ ὀχυρῷ τόπῳ παρατρέχοντος, καὶ τῶν χωρίων διὰ τῶν ἐκσπηλατόρων φυγαδευομένων ἐν τοῖς κάστροις, ἢ, μὴ ὄντων κάστρων, C ἐν ὄρεσιν ὑψηλοῖς καὶ ὀχυρωτάτοις καὶ ἀνεπιβουλεύτοις, ὁμοίως καὶ πάντα τὰ κτήνη αὐτῶν· δέον ἀποστέλλειν καὶ τὸν ὀφείλοντα παραμένειν ἀπὸ δευτέρας ὥρας ἢ καὶ τρίτης τῆς ἡμέρας. Καὶ εὐχὴν λαμβάνοντας[b] τοῦ στρατηγοῦ, ἀναλαμβάνεσθαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τοὺς παρασυρτάτους, καὶ ὁρμᾷν πρὸς τὴν ὁδὸν, καθ' ἣν οἱ πολέμιοι διέρχονται, τὴν ἀποσκευὴν αὐτοῦ καὶ τοὺς παρεστωπαρόντους καταλιμπάνων μετὰ τοῦ στρατηγοῦ, μηδὲν ἄλλο ἐπιφερομένους ἢ μιᾶς ἡμέρας τροφὴν, καὶ αὐτὴν μετὰ ἐνδείας, ἄρτους μόνους καὶ τυρὸν, ἢ καὶ τάριχα, καὶ τὰς τῶν ἵππων καὶ ἡμιόνων ταγάς. Εἰς χωρίον δὲ ἀπληκεύων, τάς τε χρείας καὶ τὴν τῶν ἀλόγων τροφὴν D ἐφευρίσκων, διαναπαυσάτω ἐκεῖσε τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὸ[c] ἵππον, ἕως ὥρας ἐννάτης τῆς ἡμέρας, βίγλας κρατῶν ἐν ὑψηλοτέροις τόποις. Καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ τοῦ λαοῦ ἀρχηγὸς, ἐν περιωπῇ ὑψηλοτάτῃ ἀνερχόμενος, ἀποσκοπεῖν ὀφείλει καὶ βλέπειν κονιορτοὺς τῶν πολεμίων καὶ καπνούς· καὶ ὡς ἐκ τούτου κατανοεῖν καὶ στοχάζεσθαι, ἐν οἷς διέρχονται καὶ ἀπληκεύσαι μέλλουσι. Ὑπὸ γὰρ τῶν ἐμπείρων ἀνδρῶν καὶ οἱ τόποι, ἐφ' οἷς προσήκει ἄπληκτα γίνεσθαι, διαγινώσκονται. Ἡνίκα δὲ αἰσθωνται[d] τοῦ τόπου, ἐν ᾧ ηὐλίσαντο οἱ πολέμιοι, παραυτίκα δηλῶσι

CAPUT VIII.

De ratione observandi atque insequendi exercitum. Fol. 379 verso.

Observandi hi sunt hunc in modum. Dum dux cum omnibus copiis per locum opportunum ac munitum juxta iter facit, pagani autem cum omnibus suis pecoribus intra oppida, aut, C si nulla oppida subsunt, in montes editissimos et munitissimos eosdemque insidiis minus obnoxios, ab expilatoribus compelluntur : item eum, qui lateri hostium adhæreat, circa horam diei alteram vel tertiam emitti oportet. Is accepta benedictione ducis, postquam assumsit catervam suam atque equisones, conferat se ad viam, qua hostes transeunt : impedimenta sua et agasones apud ducem relinquat, neque quicquam secum ferat præter unius diei cibaria, atque ea angusta, buccellatum duntaxat et caseum, aut salsamenta, et equorum ac mulorum pabula. Si in D vicum pervenit, ubi victum jumentorumque pabulationes inveniat, reficiat ibi milites et equos usque ad horam nonam diei, stationibus per loca editiora dispositis. Ipse agminis præfectus, altissima specula conscensa, observare aucuparique debet pulveres hostium et fumos : unde colligat æstimationemque faciat, qua transeant et consessuri sint. Etenim a peritis hominibus loca quoque, ubi castra fieri expediat, internoscuntur. Ubi intellexerint quo loco adversarii constiterunt, evestigio hac de re ducem certiorem faciant. Is cum suo Fol. 380 recto.

[b] Forte λαμβάνοντα. De voce λαβεῖν εὐχὴν Ducang. Glossar. I. 451 C.

[c] f. τόν.

[d] Cod. ἔσωνται.

exercitu, loricis et sagis (epanoclibana vocant), quæ oportet non candida esse, instructo, ita ut unusquisque proprium telum in manibus habeat, iter ingrediatur. Sole ad obitum vergente, quando prædatores hostium castris egressi, simulque præsidia eorum tuendorum causa disposita, ad tentoria revertuntur, ille quoque sequi et ad castra hostium adventare debet. Iter autem cum cautione, attentione diligenti, ac latenter faciat: seque abdat, ne ab adversariis conspiciatur. Nox postquam venit, accedat ad castra: ac si in loco, ubi consederunt hostes, ab uno latere, vel etiam a duobus, tumulus editus castris imminet, facile sane observationem illo in loco peragent. Nam duo milites aut tres, descendentes ex equis, et pedibus in tumulum evadentes, ubi ad castra appropinquaverint, ex editis illis naturaque munitis collibus, quo ascensus facilis nullus hostibus patet, cum videre castra poterunt, tum audire voces hominum, equorumque et mulorum hinnitus. Dimittat item alias quatuor quadrigas, quæ in equis ipsæ quoque ab utroque latere castrorum, quælibet seorsum, agant: ut eodem modo hinnitus equorum ac mulorum fremitumque multitudinis exaudire queant. Quod si in loco castrorum ejusmodi natura munitus tumulus non est, nihilominus debes quatuor quadrigas mittere, quæ ad utrumque latus exercitus hostilis silentio stent, et signa sibi inter se dent conventa receptus, si opus est, aut sibilo, aut verbo et vocatu. Easdemque oportet, vel bis nocte, vel semel, aliis permutare, ut cum illæ tum equi earum requiescant: ipsum item turmarcham, aut aliquem præfectum, ad earum immutationem venire, inspicere, ubi et qua ratione stationem agant, et postquam succedentes apposite locaverit, ad eum locum reverti, ubi prius stetisset. Si strepitus exauditur motum prædatorum significans, quatuor quadrigæ paululum pedem referant, ita tamen, ut longius ne discedant: ad turmarcham profectionem hostium nuncient. Is ducem certiorem faciat, qua via impetum fecerint, et qua hora: ut dux, tempore et hora profectionis eorum cognita, conjecturam facere possit, ad quos vicos usque ad mane perventuri sint. Milites a turmarcha missi, quocunque hic loco pernoctat, ibi duci

Quomodo noctem agere debent speculatores.

Fol. 380 verso.

* Codd. σύνημα: sed vid. Ducang. Glossar. verbo Σύνθημα.

A τῷ στρατηγῷ περὶ τούτου. Κἀκεῖνος μετὰ τοῦ ἰδίου στρατοῦ θώρακας ἀμπεχομένου καὶ τὰ λεγόμενα ἐπανωκλίβανα μὴ λευκὰ ὄντα, ἐπὶ χεῖρας ἕκαστος τὸ μεταχειριζόμενος ὅπλον κατέχων, τὴν ὁδοιπορίαν ποιείτω. Τοῦ δὲ ἡλίου ὑποκλίναντος, καὶ τῶν εἰς λείαν ἐκ τοῦ φοσσάτου ἐξερχομένων πολεμίων ὑποστρεφόντων πρὸς τὰς σκηνὰς αὐτῶν, καὶ τὰ φύλακα τούτους φυλάττοντα, τότε συνεισέρχεσθαι καὶ αὐτὸν καὶ πλησιάζειν τῷ τῶν ἐχθρῶν φοσσάτῳ. Μετὰ σκοποῦ δὲ ὁδοιπορείτω καὶ προσοχῆς ἀκριβοῦς, καὶ λαθραίως· καὶ ἑαυτὸν ὑποκρυπτέτω, τοῦ μὴ θεαθῆναι παρὰ τῶν πολεμίων. Νυκτὸς δὲ B ἤδη καταλαμβανούσης, πλησίον γενέσθω τοῦ ἀπληκίου· καὶ εἰ μέν ἐστι βουνὸς ὑψηλὸς, ἐν ᾧ παρενέβαλον οἱ πολέμιοι, ἐξ ἑνὸς μέρους ἢ καὶ ἐκ δύο πλησίον τοῦ ἀπληκίου αὐτῶν, ἀπόνως τὴν παραμονὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ φυλάξουσιν. Ἀποβάντες γὰρ τῶν ἵππων καὶ πεζῇ ἐν τῷ βουνῷ ἀνερχόμενοι ἄνδρες δύο τῷ ἀριθμῷ ἢ καὶ τρεῖς, καὶ πλησιάζοντες τῷ ἀπλήκτῳ, ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν ἐκείνων καὶ ὀχυρωτάτων βουνῶν, τῶν μὴ δυναμένων ἄνοδον εὔχερῆ παρέχειν τοῖς πολεμίοις, ὁρᾶν τὸ φοσσάτον, καὶ τὰς φωνὰς τοῦ λαοῦ ἐνωτίζεσθαι, καὶ τοὺς τῶν ἵππων καὶ ἡμιόνων χρεμετισμούς. C Ἀποστέλλει δὲ καὶ ἕτερα τέσσαρα τετράδια ἵστασθαι ἐφίππους καὶ αὐτοὺς ἔνθεν κἀκεῖθεν τοῦ φοσσάτου, ἀπ' ἀλλήλων διακεχωρισμένα· ὥστε καὶ αὐτοὺς ἀκούειν τοὺς χρεμετισμοὺς τῶν ἵππων καὶ ἡμιόνων, καὶ τὴν τοῦ λαοῦ ὀχλαγωγίαν. Εἰ δὲ ἐν τῷ τοῦ ἀπλήκτου τόπῳ τοιοῦτος ὀχυρώτατος βουνὸς οὐκ ἔστι, καὶ οὕτως τέσσαρα τετράδια ἀποστέλλεσθαι, τοῦ ἔνθεν κἀκεῖθεν τοῦ φοσσάτου ἡσύχως ἵστασθαι, καὶ σύνθημα* παρέχειν ἀλλήλοις σημαντικὰ ὑποχωρήσεως, εἴγε δεήσοι, εἴτε διὰ συριγμοῦ, εἴτε διὰ λόγου καὶ ἐπιλαλιᾶς. Ὑπαλλάττεσθαι δὲ αὐτοὺς παρ' ἑτέρων, εἴτε δεύτερον τῇ νυκτὶ, ἢ καὶ ἅπαξ, πρὸς τὸ καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἵππους D αὐτῶν διαναπαύεσθαι. Ἀπέρχεσθαι δὲ τὸν τουρμάρχην, εἴτε ἕτερόν τινα κεφαλὴν, εἰς τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν, καὶ ἐπιβλέπειν, ποῦ καὶ πῶς ἵστανται, καὶ τοὺς ἀντ' ἐκείνων πάλιν καλῶς ἐφιστῶν ὑποστρέφειν ἐν ᾧ καὶ ἵστατο πρότερον. Ταραχῆς δὲ ἐξακουομένης κίνησιν δηλούσης τοῦ κούρσου, τὰ τέσσαρα τετράδια μικρὸν ἀναποδιζέτωσαν, μὴ μέντοι δὲ μακρόθεν γενέσθωσαν· τῷ δὲ τουρμάρχῃ μηνυέτωσαν τὴν τῶν πολεμίων ἀποκίνησιν. Αὐτὸς δὲ μηνυέτω τῷ στρατηγῷ, δι' οἵας ὁδοῦ τὴν ὁρμὴν ἐποιήσαντο, καὶ ἐν οἵᾳ ὥρᾳ· ἵνα τὸν καιρὸν καὶ τὴν ὥραν τῆς ἀποκινήσεως

κινήσεως αὐτῶν ἀναμανθάνων ὁ στρατηγὸς δύνηται στοχάσασθαι, ἐν οἵοις χωρίοις καταλάβωσιν ἄχρι πρωΐας. Οἱ δὲ ἀποστελλόμενοι παρὰ τοῦ τουρμάρχου καταμηνῦσαι τῷ στρατηγῷ, ἐν ᾧ τόπῳ ὁ στρατηγὸς ηὐλίζετο, τὴν τοῦ κούρσου ἀποκίνησιν. Ἐπὰν δὴ οὐχ εὑρήσωσιν ἐκεῖσε αὐτὸν, ἀλλ' ὑποδοχεαρίους[a] τοὺς παρ' αὐτοῦ καταλειφθέντας, δέον ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ γενομένους φωνῆσαι· τοὺς δὲ ὑποδοχεαρίους ἀκριβῶς διασκοπουμένους, ἡνίκα τῆς φωνῆς αἴσθωνται, ἑνωθῆναι, καὶ διὰ τάχους τῷ στρατηγῷ τούτους προσάξαι, εἴτε εἰς ἑτέρους πάλιν ἀγαγεῖν ὑποδοχεαρίους, τοῦ στρατηγοῦ ἴσως πάλιν μετακινήσαντος[b]. Χρὴ γὰρ αὐτὸν, εἴτε ἅπαξ, εἴτε καὶ δὶς, ἐν νυκτὶ μεταπληκεύειν διὰ πολλὴν ἀσφάλειαν, πρὸς τὸ μὴ ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐνεδρευθῆναι, ἔχειν δὲ αὐτὸν καὶ βίγλας διπλᾶς, εἰς φυλακὴν αὐτοῦ ἀσφαλεῖς.

A nuncient, prædatores profectos esse. Quem si non ipsum eo in loco deprehendunt, verum susceptores ab illo relictos, oportet ut advenientes vocem mittant: susceptores, re diligenter explorata voceque agnita, se illis conjungere, eosque celeriter vel ad ducem, vel ad alios susceptores perducere, si denuo inter hæc locum dux mutaverit. Oportet enim illum, majoris securitatis causa, ne ab adversariis circumveniatur, sive semel sive bis noctu alio transgredi, excubiasque habere duplices et firmas ad ipsum custodiendum. B

[a] De hac voce vid. Ducang. Glossar. col. 1644.

Fol. 38, vers.

[b] Codd. μετακινήσαντες.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θʹ.

Περὶ τῆς κινήσεως τοῦ κούρσου, καὶ ἀκολουθήσεως.

Τοῦ στρατηγοῦ τοίνυν τὴν κίνησιν τοῦ κούρσου ἀναμανθάνοντος, παραυτίκα καὶ ἕτερον ἄρχοντα μεθ' ἱππέων ἐκλεκτῶν, ὑποτασσόμενον τῷ τουρμάρχῃ τῷ ἀκολουθοῦντι τῷ κούρσῳ, ἀποστέλλειν πρὸς αὐτόν· ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ὁ ἀποστελλόμενος ἕνα τῶν παρὰ τοῦ τουρμάρχου πεμφθέντων, καταμηνῦσαι τὴν τοῦ κούρσου κίνησιν τῷ στρατηγῷ, τοῦ παρ' αὐτοῦ ὁδηγηθῆναι εἰς τὸ εὐχερῶς ἑνωθῆναι. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ στρατηγὸς ὄπισθεν τοῦ ἀποστελλομένου ἄρχοντος ἀποκινησάτω μετὰ τοῦ ὑπ' αὐτὸν λαοῦ, καὶ σπουδασάτω καταλαβεῖν τὸν τουρμάρχην· ὅπως ὄπισθεν καὶ αὐτὸς τοῦ τουρμάρχου τῷ κούρσῳ τῶν πολεμίων ἀκολουθῇ. Ἡ γὰρ ἀκριβὴς καὶ ἄπλαιστος ἀκολούθησις ἐκ τῶν ὄπισθεν τῶν πολεμίων ὀφείλει γίνεσθαι, κατὰ τὰ ἐκείνων ἴχνη καὶ τὴν ὁδοιπορίαν. Ὁ δὲ τουρμάρχης κατὰ τὸ κοῦρσον τῶν πολεμίων ἀποκινήσῃ τρία ζευκτὰ, ἐμπείρους καὶ ἐπιτηδείους ἄνδρας ἀναλαμβανόμενος, παραγίνεσθαι[c] τῇ ὁδῷ τῶν πολεμίων· καὶ τυπώσας τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ζευκτὸν, πῶς ὀφείλουσι περιπατεῖν καὶ τοῖς πολεμίοις κατακολουθεῖν, ὑποστρεφέσθω πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. Τὸ δὲ πρῶτον[d] ζευκτὸν πλησίον τῶν πολεμίων περιπατείτω, ἀκούει καὶ τὴν τοῦ λαοῦ ὀχλαγωγίαν, καὶ τοὺς χρεμετισμοὺς τῶν ἵππων. Τὸ δὲ δεύτερον,

CAPUT IX.

De motu manus prædatoriæ, et de insecutione.

Dux certior factus prædatores egres- C sos esse, evestigio alterum præfectum cum equitibus delectis, qui turmarchæ prædatores insequenti subsit, ad eum mittat: qui mittitur, secum habeat unum de illis, qui a turmarcha venerunt ad prædatorum profectionem duci significandam, a quo ducatur, ut facilius se conjungere turmarchæ queat. Ipse dux, cum suis copiis a tergo præfecti præmissi iter ingressus, ad turmarcham pervenire properet: ut ipse quoque, turmarcha antecedente, prædatores hostium insequatur. Diligens enim erratique expers insecutio a tergo hostium debet fieri, secundum vestigia atque itum D eorum. Turmarcha autem versus agmen adversariorum tria paria, peritis atque idoneis viris delectis, promoveat, quæ in viam hostium se committant: et edocto primo et secundo et tertio pari, quo pacto ambulare hostesque insequi debeant, ad suum agmen redeat. Primum itaque par, propa hostes iter faciens, fremitum multitudinis auscultet, et hinnitum equorum. Secundum par, excipiens primum, ita incedat, ut cum conspicere antegrediens, tum conspici ab illo possit: neque magis appropinquet, neque remanens visui se subtrahat. Post

[c] Vid. ob imperatum ὑποφοιτᾶν, f. Ὁ δὲ τουρμάρχης, ἵνα τὰ κ. τ. π. α., τρία ζευκτὰ, ἐμπ. κ. ἐ. ἄ. ἀναλαμβανόμενος, παραγίνωνται.

[d] Fol. 38, vers.

tria paria tres quadrigas constituet, ita ut a prima quadriga tertium par, a secunda quadriga similiter prima conspici possit. Tertia quadriga, secundam subsequens, sex habere homines debet: ut eorum duo quæ renunciantur ab aliquo pari, referre turmarchæ possint, turmarcha duci. Et si concitatius ire incipiunt hostes, debet primum par renunciare de hac re: ut et turmarcha et dux contentius ipsi quoque ambulent, neque longius se ab hostibus removeant. Si hostes denuo remissius ingrediuntur, item turmarcha atque dux lentius procedant: ut neque nimis appropinquantes agnoscantur, nec longius progressi neque subsequentium statum internoscere, nec internosci ab illis possint: quod calamitatem singularem affert. Præsertim autem subsistentibus adversariis, ad pabulum equis dandum, dux hac de re certior factus itidem, pabuli dandi causa, loco opportuno subsistat, excubiasque externas dimittat ad se custodiendum. Ubi cognovit hostes denuo movisse, ipse quoque evestigio exiens insequatur, ita ut utroqueversum tricenos equites dimittat: neque longius tamen, sed tam propinque, ut agminis ejus voces exaudire queant. A tergo præfectum habeat cum equitibus insequentem, quos saca vocant. Magno autem ab hostibus intervallo dux iter faciat, omni diligentia adhibita, ne animadvertant, se a tergo ipsos sequi: item caute ingrediatur, et qui proxime hostem insequantur accurate dispicere jubeat, ne forte quasdam insidias hostes reliquerint, ad insequentes ipsumque ducem circumveniendum. Quod in Tarsensibus sæpe usu venit. Etenim turmarcha illos insequens cum parum diligenter rivos ante se locaque quæ armatos celare possent explorasset, de improviso in illorum insidias inciderunt nostri. Quamobrem solertia atque diligentia magna ei qui insequitur opus est, ne ejusmodi quid accidat. Ante quam diluxerit ducem oportet, ubi jam cognovit quos in agros vicosve excursuri hostes sint, ad dextram lævamve eorum se deflectere, qua locum magis natura munitum conspicatur. Et citatum agmen ad latus eorum detorquens, ante quam dilucescat, sicuti diximus, ne animadverso pulvere hostes ducem adesse intelligant, loco munito occupato suam ibi manum abdat. Inde cum

Fol. 382 recto.

Arabum Tarsensium consuetudo in itinere faciendo.

* f. ἐπειδὰ ἔγνω.

A τὸ τοῦ πρώτου ἀκόλουθον, ὁδοιπορείτω, ὅσον δύναται ὁρᾷν τὸ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ὁρᾶσθαι ὑπ' αὐτοῦ· καὶ μήτε πλησίον γίνεσθαι, μήτε μακρύνεσθαι, ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι. Τρία δὲ τετράδια ὄπισθεν τῶν τριῶν ζευκτῶν ἀποκαταστήσει, ὁρῶν τὸ πρῶτον τετράδιον τὸ τρίτον ζευκτὸν, τὸ δὲ δεύτερον τετράδιον ὡσαύτως ὁρῶν τὸ πρῶτον. Τὸ δὲ τρίτον τετράδιον, τὸ ἀκόλουθον τοῦ δευτέρου, ἓξ ἐχέτω ἄνδρας· ἵνα οἱ ἓξ αὐτῶν δύο τὰ ὑπὸ ζευκτοῦ μηνυόμενα ἀποκομίζωσι τῷ τουρμάρχῃ, ὁ δὲ τουρμάρχης τῷ στρατηγῷ. Ἐὰν γὰρ ὀξύτερον βαδίζωσιν οἱ πολέμιοι, ὀφείλει μηνύειν τὸ πρῶτον ζευκτὸν περὶ B τούτου· ἵνα καὶ ὁ τουρμάρχης καὶ ὁ στρατηγὸς ὀξύτερον καὶ αὐτοὶ βαδίζωσι, καὶ μὴ ἐπὶ πολὺ μακρύνωσι τῶν πολεμίων. Εἰ δὲ χαλαρώτερον πάλιν βαδίζουσιν οἱ πολέμιοι, καὶ ὁ τουρμάρχης καὶ ὁ στρατηγὸς ὡσαύτως χαλαρώτερον περιπατείτωσαν· ἵνα μήτε πλησίον γενόμενοι διαγινώσκωνται, μήτε μακρυνόμενοι οὔτε τὴν τῶν ἐπακολουθούντων διοίκησιν ἐπιγινώσκωσιν, οὔτε παρ' ἐκείνων ἐπιγινώσκωνται· ὅπερ οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐπάγει βλάβην. Ἄλλως τε δὲ καὶ τῶν πολεμίων ἀπληκευόντων πρὸς τὸ ταγίσαι τοὺς ἵππους, καὶ περὶ τούτου καταμηνυόμενος ὁ στρατηγὸς, καὶ αὐτὸς ἐν ἐπιτηδείῳ τόπῳ ἀπλη- C κευέτω πρὸς τὸ τοὺς ἵππους ταγίσαι, ἐξκούβιτα ἀποστέλλων εἰς φυλακὴν ἑαυτοῦ. Καὶ ἡνίκα πάλιν τὴν κίνησιν τῶν πολεμίων καταμηνυθείη, παραυτίκα καὶ αὐτὸς κινήσας ἐπακολουθῶν, ἔνθεν κἀκεῖθεν ἑαυτοῦ ἀποστέλλων ἀνὰ τριάκοντα ἱππεῖς, μὴ πόρρω, ἀλλὰ σύνεγγυς, ὡς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ φωνὰς ἐνωτιζομένους. Καὶ ὄπισθεν αὐτοῦ ἐπακολουθοῦντα ἄρχοντα ἐχέτω μεθ' ἱππέων, οὓς δὴ σάκα ὀνομάζουσι. Μήκοθεν δὲ ὁδοιπορείτω ὁ στρατηγὸς, καὶ πᾶσαν ποιείτω ἀσφάλειαν τοῦ μὴ διαγνωσθῆναι ὡς ὄπισθεν αὐτοῖς ἐπακολουθεῖ· ἀλλ' ἀσφαλῶς μὲν περιπατεῖν, καὶ τοὺς πλησίον πολεμίων ἐπακολουθοῦντας παραγγέλλειν ἀκριβῶς ἀποσκοπεῖν, μὴ D λόχους τινὰς οἱ πολέμιοι καταλείψωσιν εἰς ἐνέδραν τῶν ἐπακολουθούντων αὐτοῖς καὶ αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ. Ὅπερ παρὰ τῶν Ταρσιτῶν πολλάκις γέγονε. Καὶ ἐπακολουθοῦντος αὐτοῖς τοῦ τουρμάρχου, καὶ μὴ ἀκριβῶς τοὺς ἔμπροσθεν σκοποῦντος ῥύακας καὶ τοὺς τόπους τοὺς δυναμένους λαὸν ἀποκρύπτειν, ἀπροσέκτως τῇ ἐνέδρᾳ τούτων περιπεπτώκασι. Διὰ ταῦτα πολλῆς δεῖται ἀγχινοίας καὶ ἀκριβείας ὁ ἐπακολουθῶν, ἵνα μὴ τοιοῦτόν τι συμβῇ γενέσθαι. Πρὸ δὲ τοῦ διαυγάσαι δεῖ τὸν στρατηγὸν, ἐπεὶ διέγνω* τὸ ἐν ποίοις τόποις καὶ χωρίοις ἐξ-

λάσαι μέλλουσιν οἱ πολέμιοι, εἴτε δεξιὰ εἴτε εὐώνυμα αὐτῶν ἐπικλῖναι, ἐν οἷς ὀχυρώτερος αὐτῷ τόπος καθορᾶται. Καὶ ὀξύτερον βαδίσας καὶ ἐκ πλαγίου αὐτῶν γενόμενος ὡς ἀπὸ μιλίων δύο, πρὸ τοῦ τὴν ἡμέραν, ὡς λέλεκται, διαυγάσαι, ἵνα μὴ τὸν κονιορτὸν θεασάμενοι οἱ πολέμιοι τὴν παρουσίαν τοῦ στρατηγοῦ ἐπιγνώσωσι, τὸν ὀχυρὸν τόπον ὁ στρατηγὸς καταλαμβάνων τὸν ἴδιον ἀποκρυψάτω λαόν. Κἀκεῖνος μετ' ὀλίγων ἱππέων πλησιέστερος γενέσθω τῶν πολεμίων· καὶ εἰς ὑψηλὴν περιωπὴν ἀνερχόμενος, καθαρῶς ὁρᾷν τοὺς πολεμίους σπουδαζέτω. Καὶ τούτων εἰς ἐξέλευσιν ὁρμώντων καὶ διασκορπιζομένων πρὸς λείαν, καρτερησάτω ὁ στρατηγὸς ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ ἄχρι τρίτης ἢ καὶ τετάρτης ὥρας τῆς ἡμέρας, τὴν παράταξιν τοῦ Ἀμηρᾶ θεωρῶν, καὶ ἀκριβῶς τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ στοχαζόμενος. Ἐπεὶ δὴ οἱ μέλλοντες ἐξελάσαι πόῤῥω που τῆς παρατάξεως τοῦ Ἀμηρᾶ γεγόνασιν· ὡς μὴ δυνατὸν ἐστι πάλιν τούτοις ὑποστρέφειν, ἢ ἐπιγνῶναι τὸν κατὰ τῆς παρατάξεως τοῦ Ἀμηρᾶ ἀναφθέντα πόλεμον, ἕκαστον σπεύδοντα τὰ χωρία καταλαβεῖν, καὶ λείαν ὅτι πλείστην ποιήσασθαι· τὰς ἰδίας παρατάξεις ὡς δεῖ εὐτρεπίσας, κατὰ τῆς τοῦ Ἀμηρᾶ παρατάξεως ὀλιγανδρούσης τὴν ἐπέλευσιν ποιησάτω, καὶ Θεοῦ συνεργίᾳ τῆς νίκης κρατήσει, καὶ τελείαν πανωλεθρίαν τοῖς πολεμίοις ἐργάσεται. Εἰ δὲ κατὰ τῆς παρατάξεως ἐπελθεῖν οὐ θαῤῥήσει, πολλὴν καὶ ἀξιόλογον δύναμιν ὁρῶν ἐν αὐτῇ, ὑπὲρ τὴν ἰδίαν· τότε ἐκ πλαγίου καὶ μακρόθεν διὰ κρυφίας καὶ ἐπιτηδείας ὁδοῦ ὁρμάτω σὺν ἐλασίᾳ τῇ πρεπούσῃ, καταλαβεῖν τὸ σκόρπισμα τῶν πολεμίων. Καὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπιδραμεῖν αὐτοῖς ἀγωνισάσθω, διεσκεδασμένοις οὖσι, καὶ ἀξιόλογον ἔργον, Θεοῦ συμμαχίᾳ, ἐπιτελέσει. Ὀφείλει οὖν καὶ ἄρχοντα τῶν χρησίμων μετὰ ὀλιγοστῶν ἱππέων ὄπισθεν ἔχειν, βλέποντα καὶ ἀποσκοποῦντα τὴν τοῦ Ἀμηρᾶ παράταξιν, καὶ τὰ περὶ αὐτῆς, ὡς ἂν ὁδοιπορεῖν, καταμηνύειν αὐτῷ. Εἰ δὲ καὶ φοῦλκον, τὸ εἰς φυλακὴν τῶν διασκορπιζομένων πρὸς λείαν πολεμίων ὑπάρχον, συναντήσει ὁ στρατηγὸς πλῆθος ἔχον, διχῇ τὸν λαὸν αὐτοῦ διέλῃ, καὶ ἔμπροσθεν μὲν ἀποστείλῃ τοὺς ὀφείλοντας μετὰ τοῦ φούλκου συνάψαι πόλεμον. Τούτων δὲ συῤῥαγέντων, εὐθὺς καὶ ὁ στρατηγὸς μετὰ τῆς παρατάξεως αὐτοῦ πλησίον ἐπακολουθῶν ὀξέως καὶ εὐτόλμως μετὰ κραυγῆς καὶ ἀλαλαγμοῦ σὺν ἐλασίᾳ κατ' αὐτῶν ὁρμησάτω, καὶ τούτους, Θεοῦ βοηθείᾳ, τροπωσάμενος καταδιώξει καὶ τελείως καταγωνίσεται. Εἰ οὖν

A paucis equitibus propius adversarios accedat, et conscensa specula edita det operam, ut dispicere clare hostes queat. Quibus ad excursionem egressis prædandique causa dissipatis, dux suo se loco contineat usque ad tertiam vel quartam diei horam, ita ut aciem consideret Amiræ, numerumque copiarum attente æstimet. Sed ubi excursores longius a signis Amiræ discesserunt: quando fieri non potest, ut vel redire, vel denique prælium cum acie Amiræ commissum animadvertere queant, quolibet ruente, ut vicis occupatis prædam

B quamplurimam capiat: suis turmis convenienter instructis in aciem Amiræ, jam infrequentem, impressionem faciens, Dei ope victoria potietur, et internecivam cladem hostibus inferet. Sed si non audet aciem aggredi, quod multas et bellicosas copias suisque firmiores in ea videt: e transverso ac longius, occulta et opportuna via, agmineque quantum opus est citato abeat, ad excursores dispersos opprimendos. Ac per totum diem exagitare illos dissipatos studens, præclare rem, numine obsecundante, geret. Debet præterea præfectum probatum cum pauculis equi-

C tibus a tergo habere, qui Amiræ aciem videat ac speculetur, et de illa, quemadmodum se moveat, sibi renunciet. Si globum numero frequentem dux offendit, qui hostibus prædatum dispersis præsidio sit, bifariam dividat manum suam, et partim præmittat, qui cum hoc globo pugnam ineant. Quibus præliantibus, evestigio dux quoque cum sua acie proxime subsequens acriter atque animose cum clamore et barritu cursim in illos se incitet, eosque Dei auxilio fusos persequetur ac funditus delebit. Quod si, numine obsecundante, dux bene rem gessit, com-

D pressis adversariis prædatum egressis, si magnum atque insigne facinus effecit, credendum est hostes cum probro domum redituros. Sed si amplius in ditione nostra commorari statuerunt, dux assumto suo agmine longius ab illis discedat, hoc est in loca idonea, ubi milites suos defatigatos per triduum reficiat, solosque qui speculari debent, sicuti jam exposuimus, quotidie emittat. Atenim ubi cognovit, eos signa movisse redeundi causa, evestigio per præfectum probatum magna celeritate missum in asperitatibus viarum pedestres

Amiræ, h. e. duces Arabum.

Fol. 382 verso.

Fol. 383 recto

copias congreget : ipseque dux connitatur, ut neque nocte neque interdiu partem ullam capiat quietis, sed celeritate maxima eos præcurrat, et universis pedestribus equestribusque copiis bene præparatis dimicationem adversus illos instruat, quemadmodum superius singillatim exposuimus. Quod si ita fecerit, gratia Christi, auctoritate vero atque intercessione intemeratæ matris ejus, prælio cum hostibus commisso rem obtinebit. Atque hæc quidem sic se habent.

* Vide supra 126 A.

A Θεοῦ συνεργίᾳ εὐοδωθῇ ὁ στρατηγὸς, καὶ τοὺς εἰς λείαν ἐκδραμόντας πολεμίους καταστροπώσηται, οἱ μὲν μεγάλην καὶ ἀξιόλογον δουλείαν ἐργάσηται, εἰκός ἐστι τοὺς ἐχθροὺς πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν ὑποστρέψαι μετ' αἰσχύνης. Εἰ δὲ ἔτι ἐν τῇ ἡμετέρᾳ χειρίσαι μελετῶσι, τὸν ἴδιον λαὸν ὁ στρατηγὸς ἀναλαμβανόμενος μήκοθεν γενέσθω τῶν πολεμίων, ἐν ἐπιτηδείοις δηλονότι χωρίοις, καὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ κατάκοπον ὄντα* ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς διαναπαυσάτω, μόνους τοὺς παραμένειν ὀφείλοντας, ὡς ἤδη ἐξεθέμεθα, ἀποστέλλων ἑκάστῃ ἡμέρᾳ. Πρὸς ὑποστροφὴν δὲ ὁρμῶντας τούτους ὁ στρατηγὸς ἐπιγνοὺς, παραυτίκα τάχει πολλῷ ἄρχοντα τῶν χρησίμων ἀποστείλας, τὸ πεζικὸν στράτευμα εἰς τὰς δυσχωρίας τῶν ὁδῶν ἐπισωρευσάτω· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ στρατηγὸς σπευσάτω, μὴ ἐν νυκτὶ μηδὲ ἐν ἡμέρᾳ ἑαυτὸν ποσῶς ἂν ἀναπαῦσαι, ἀλλὰ σὺν τάχει πολλῷ ἔμπροσθεν αὐτῶν γενέσθω, καὶ καλῶς παρασκευάσας ἅπαν τὸ τῶν πεζῶν καὶ ἱππέων αὐτοῦ στράτευμα, τὸν κατ' αὐτῶν πόλεμον διαθείτω, καθὼς ἀνωτέρω ἐπιλεπτῶς ἐξεθέμεθα. Καὶ οὕτως ποιῶν, χάριτι Χριστοῦ, καὶ δυνάμει καὶ πρεσβείαις τῆς πανυμνήτου αὐτοῦ μητρὸς, τῆς κατὰ τῶν ἐχθρῶν μάχης κρατήσει. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

CAPUT X.

Fol. 383 verso

De sejunctione manus prædatoriæ, deque peditatu a tergo subsequente.

B

Nec, quæ ipsi vidimus, exponere pigebit. Identidem exercitus hostium, equestresque ac pedestres copiæ e finibus oppidisque suis simul exibant : ac per triduum, vel interdum diutius, itinere una facto, a se discedebant. Equites, ditionem nostram incursione facta populaturi, aliquot dierum itinere prægrediebantur, peditatum retro relinquentes : quod opprimere habitatores vicorum non præmonitos casisque inhærentes properabant. Impedimenta et pedites cum suis sarcinis, a tergo subsequentes, postquam saltus atque angustias transierant, locum idoneum ad C sese custodiendos tutandosque conspicati, in eo collocatis tabernaculis considebant, equites prædatum egressos ibi præstolantes : ut revertentes incolumes per loca iniqua traducerent. Id si usu venit, dux, excursione eorum nunciata, speculatores emittat, et omnia juxta superius præscriptum faciat. Ac si parvo negotio prædatum egressos nancisci dispersos, fundereque potest, re exequi id quidem properet. Sin autem ob errationes quasdam offensionesque intervenientes impedimentum ipsi in-

Arabum modus invadendi fines Romanos.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι΄.

Περὶ τοῦ διαχωρισμοῦ τοῦ κούρσου, καὶ τοῦ λαοῦ ὄπισθεν ἐπακολουθοῦντος.

Ἃ δὲ ἡμεῖς ἐθεασάμεθα, ἐκθέσθαι οὐδαμῶς καταοκνήσομεν. Τὸ τῶν πολεμίων φωσάτον διαφόρως, εἰ, τε ἱππεῖς σὺν τῷ πεζῷ ὁμοῦ τῆς χώρας καὶ τῶν πόλεων αὐτῶν συνεξέρχονται· καὶ ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις ὁμοῦ συμπεριπατήσαντες, ἔσθ' ὅτε καὶ πλείοσιν, ἀπ' ἀλλήλων διεχωρίζοντο. Καὶ οἱ μὲν ἱππεῖς, οἱ τὰς ἡμετέρας χώρας καταπτρέχειν καὶ ληλατεῖν βουλόμενοι, προὐλάμβανον ἡμερῶν τινῶν διάστημα, τοῦ πεζικοῦ λαοῦ αὐτῶν ἀφεμένης· διὰ τὸ σπεύδειν αὐτοὺς ἀμηνυτὶ τοὺς οἰκήτορας τῶν χωρίων καταλαβεῖν, οἴκοι μένοντας. Τὸ δὲ τοῦλδον μετὰ τῶν πεζῶν καὶ τῆς τούτων ἀποσκευῆς, ὄπισθεν C ἑπόμενον, ἡνίκα τὰς δυσχωρίας καὶ τὰ στενὰ διῆλθεν, ἐπιτήδειον διασκοπῆσαν τόπον πρὸς φυλακὴν αὐτῶν καὶ ἀσφάλειαν, τὰς σκηνὰς πηξάμενοι ἐν αὐτῷ ηὐλίζοντο, τοὺς εἰς κοῦρσον ἐκδραμόντας ἱππεῖς ἐκεῖσε προσεκδεχόμενοι· ἵνα τοὺς ὑποστρέφοντας καλῶς τὰς δυσχωρίας διαβιβάσωσιν. Ὁ οὖν στρατηγὸς, τὴν ἐξέλευσιν αὐτῶν καταμηνυόμενος, τὰς παραμονὰς ἀποστελλέτω, καὶ πάντα ποιείτω κατὰ τὴν ἀνωτέρω διάταξιν. Καὶ εἰ μὲν εὐχερές ἐστι τῷ στρατηγῷ, τοὺς εἰς τὴν λείαν ἐκδραμόντας διεσκεδασμένους καταλαβεῖν, καὶ τούτους καταστροπώσασθαι

προπώσασθαι, ἔργῳ τοῦτο σπουδαίως πληρώσαι. Εἰ δὲ διά τινα σφάλματα καὶ τὰς συμβαινούσας ἐνδεπτώσεις ἐμπόδιον προσυπάντησις αὐτῷ, εἰς τὸν κατὰ τοῦ φοσσάτου πόλεμον παρασκευασθήτω· καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὰς σκηνὰς ἐπήξαντο, ἀκριβῶς διασκοπησάτω, μή ποτε ποταμός ἐστι ἀσφάλειαν αὐτοῖς παρέξειν, ἢ ῥύαξ. Καὶ πρὸς τὴν θέσιν τοῦ τόπου δεῖ καὶ αὐτὸν παρασκευασθῆναι, καὶ σπουδῇ πολλῇ πρὸς ἑαυτὸν τὸ πεζικὸν στράτευμα, εἰ δυνατὸν, ἐπισυναγαγεῖν. Προσδοκῶντος δὲ τοῦ στρατηγοῦ τὴν τούτων ἀποκίνησιν καὶ ἐν ἑτέρῳ ἀπλήκτῳ μετάβασιν, ἢ τυχὸν δι' αὐτομόλων τοῦτο πυνθανομένου, δέον ἱππεῖς ἀποστεῖλαι νυκτὸς, ἀρχηγοὺς ἔχοντας τῶν ἐμπείρων ἀνδρῶν καὶ ἀξιολόγων, καὶ δύο ἐγκρύμματα παρασκευάσαι ἔνθεν κἀκεῖθεν τῆς ὁδοῦ, δι' ἧς γενήσεται ἡ τῶν πολεμίων διέλευσις. Ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ἀποσταλέντων ἑκατὸν ἄνδρας ἐπιλεξάμενος, εἰς λόχον καθιστάτω, χωρία φυλάττοντας τὰ πλησίον τῆς παρόδου τῶν πολεμίων διακείμενα. Καὶ αὐτὸν τὸν στρατηγὸν χρὴ ἐν ἐπιτηδείῳ τόπῳ μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἵστασθαι κεκρυμμένον, καὶ ἐκ περιωπῆς ἐφορῶντα τὴν τῶν πολεμίων διάβασιν. Οἱ οὖν ἱππεῖς τῶν πολεμίων, οἱ εἰς συλλογισμὸν χρειῶν τὰ χωρία διερευνώμενοι τὰ πλησίον τόποις συμπαρακείμενα, ἡνίκα ἐν τοῖς φυλαττομένοις χωρίοις εἰσέλθωσι, καὶ τῶν ἵππων ἀποβάντες τὰς οἰκίας ἀναψηλαφῶσι τῶν χωριτῶν, κατ' αὐτῶν* οἱ εἰς τὸν λόχον ἱστάμενοι ἑκατὸν ἱππεῖς ὁρμησάτωσαν, καὶ ὅσους ἀνελεῖν δυνηθῶσιν, εἴτε ζωγρήσαι, παραυτίκα πρὸς φυγὴν ὁρμήσωσιν, ἀποφεύγοντες τὴν ὁδὸν τὴν ἀναμεταξὺ τῶν δύο ἐγκρυμμάτων διερχομένην, ἐφελκόμενοί τε τοὺς πολεμίους πρὸς δίωξιν. Καταδιωκόμενοι δὲ ταῖς ἐνέδραις περιπεσεῖν τοὺς πολεμίους παρασκευάσουσι. Τότε οὖν ἐξερχέσθωσαν τὰ ἑκατέρωθεν ἱστάμενα ἐγκρύμματα, καὶ σφοδρῶς τὴν καθ' αὐτῶν ὁρμὴν ποιησάτωσαν, καὶ πολλοὺς τῶν πολεμίων ἔργον μαχαίρας ποιήσονται. Τοῦ δὲ στρατηγοῦ ταῦτα ὁρῶντος, παραυτίκα καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν πλειόνων τοῦ σὺν αὐτῷ λαοῦ ἐν ὁρμήματι σφοδροτάτῳ τὴν προσβολὴν εἰς τὴν παράταξιν τῶν πολεμίων ποιείτω· τοὺς δέ γε ὑπολοίπους τοῦ λαοῦ αὐτοῦ κατὰ νώτου τῶν πολεμίων γενέσθαι, καὶ συνάψαι πόλεμον παρασκευασάτω. Καὶ εἰ μή τι ἐμπόδιον ἐξ ἡμετέρων ἁμαρτιῶν γένηται, τῶν πολεμίων ὑπερισχύσουσι. Εἰ δέ γε ἰσχυρῶς μαχόμενοι οἱ πολέμιοι ἀντισχεῖν δυνηθῶσι, καὶ στῶσιν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ τὰ ἀχθοφόρα ζῶα ἀποφορτί-

A fertur, ad castra oppugnanda se comparet: locum, ubi tabernacula posuerunt, diligenter perspiciat, ne forte flumen amniculusve subsit, præsidium illis præbens. Ita juxta situm loci instruere se oportet, magnaque diligentia adhibita peditatum, si fieri potest, cogere. Suspicans autem dux discessuros hostes in aliaque castra transituros, sive per transfugas fortasse hoc edoctus, debet noctu equites præmittere cum præfectis peritis et probatis, insidiasque parare binas ad utrumque latus viæ, qua hostes transituri sint. Ex illis præ- B missis equitibus centum delectos in latibulo collocet, qui vicos observent itineri adversariorum subjacentes. Ipsumque ducem oportet loco idoneo cum omnibus copiis in occulto subsistere, e specula hostes transeuntes observantem. Equites adversariorum, qui frumentandi causa vicos propius sitos perlustrant, simul atque vicos obsessos ingressi ex equis descenderint, casasque rusticorum scrutari inceperint, equites centum in insidiis collocati impressionem in illos faciant, et, sive interfectis sive captis quotquot potuerunt, evestigio fugæ se mandent: ruentesque per viam inter C binas insidias transeuntem hostes ad persecutionem attrahant. Ita peragitati efficient, ut adversarii insidiis se induant. Tunc vero prorumpant qui utrobique in latibulis locati sunt, et vehementi impetu in eos facto magnum hostium numerum gladiis conficient. Hæc ubi dux videt, continuo ipse quoque cum majori parte sui agminis acerrimo incursu in aciem hostium se incitet: reliquos suorum militum jubeat in terga hostium circumvectos eo signa inferre. Ac nisi peccatorum nostrorum causa impedimentum aliquod intervenit, expugnabunt hostes. Tamen, si D vehementius præliantes adversarii obsistere possunt, et eodem loco consistentes jumentis onera deponunt, effectoque multis sarcinis objectis vallo aciem instruere conantur, id quidem magnam difficultatem oppugnationi afferet. Sed nihilominus debet dux corona facta undique signa inferre, et si qua spes est, peditatum itinere celeriter facto Ipso die prælii advenire posse, id ut fiat curare. Quod si fieri non potest propter longinquitatem, idoneos ex equitibus descendere de equis jubeat, et pedibus una cum equitatu prælium

F. 383 bis, recto. Sunt enim hæc in Codice duo folia eodem numero 383 notata.

Insidiæ prope castra hostium structæ.

* Cod. ἐ ξωσιν.

F. 383 bis, verso.

cum adversariis inire, arcubus, fundis, hastis, scutis utentes. Oportet autem ducem et sarcinas suas, et impedimenta, si sub manu sint, secum adducere, propiusque hostes considere, ut formidinem illis ac desperationem afferat. Quod si eo in loco aquæ nulla omnino facultas est, id quoque non mediocriter animos eorum perturbabit: et si non funditus illos delet, at certe multos eorum captivos faciet, plures etiam tum interficiet tum sauciabit, spiritusque eorum arrogantes franget; ut non amplius ausuri sint absque metu in pagos Romanorum incursiones facere. Si autem dux transitum eorum e castris in castra non præscierit, sive ex perfugis, ut dixi, sive ex captivis; ut noctu præmissas insidias in via illorum collocare possit: nihilominus interdiu adversus hostes iter ingressos palam instructo exercitu prælium administret; præterquam si admodum infrequentes tenuesque habet copias. Nam, ut brevi expediam, impedimentorum aggressio, quia pauci duntaxat armati equites præsidio illis relinquuntur, nunquam offensionem incommodumve exercitui nostro tulit: sed quoties dimicatio confecta contra illa est, semper exercitus Romanus hostes bene multos cum cepit tum interfecit; jumenta et mulas onustas non unas in potestatem redegit. Quod si præterea peditatus, armatus ille quidem et exercitatus ad præliandum, die dimicationis præsto esse potest, in adversarios, corona undique cinctos, impugnationem dux pro suo officio instruat, eosque prorsus ad internecionem redigat. Talia enim cum adversus impedimenta hostium, tum etiam adversus nostra illis ingruentibus evenisse, non vidimus modo, verum legimus etiam apud scriptores, et a majoribus didicimus. Ideoque magno usui est impedimentorum oppugnatio, quod detrimentum incommodumve omnino nullum, victoriam autem gloriamque apprime afferre potest. Nam exercitus Romanus ea invadens, etiamsi rem non obtinet, at certe damni nihil est facturus. Item si, quo loco jam consederunt hostes, eo se continent, neque ob ejus munimentum inde digrediuntur, prædatoresque exspectant, nihilominus debet dux signa inferre: ne cunctante illo, dum peditatus congregatur, vel ob aliam quam causam, inter hæc omnis

Fol. 384 recto.

* Codex. ἡ.

Oppugnatio impedimentorum, quas opportunitates habeat.

b f. συν.

Fol. 384 verso.

A σαντες, ἄπληκτον δῆθεν ποιούμενοι ἐκ πολλῆς περιστάσεως, καὶ πειρῶνται τοῦ ἀντιπαρατάξασθαι, πολλὴν ἐκ τούτου ἐφευρήσουσι τὴν δυσχέρειαν. Ἀλλ' ὅμως χρὴ καὶ τὸν στρατηγὸν κύκλῳ κατ' αὐτῶν ἐπαγαγεῖν τὸν πόλεμον, καὶ, εἰ δυνατὸν, καὶ πεζικὸν λαὸν τῇ αὐτῇ τοῦ πολέμου ἡμέρᾳ καταλαβεῖν τάχει πολλῷ παραγινέσθαι, τοῦτο παρασκευάσῃ. Εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι διὰ τὸ πόῤῥω τούτους τυγχάνειν, τοὺς προσήκοντας τῶν ἱππέων τῶν ἵππων ἀποβῆναι διορισάτω, καὶ πεζῇ τοῖς πολεμίοις μετὰ τῶν ἱπποτῶν μάχεσθαι, τόξοις καὶ σφενδόναις καὶ δόρασι σὺν ἀσπίσι χρωμένους. Δεῖ B οὖν τὸν στρατηγὸν καὶ τὴν αὐτοῦ ἀποσκευὴν ἀγαγεῖν, καὶ τὸ τοῦλδον, εἴ γε πλησίον τυγχάνει, καὶ σύνεγγυς τῶν πολεμίων ἀπληκεῦσαι, εἰς ἔκπληξιν αὐτῶν καὶ ἀπόγνωσιν. Εἰ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ὕδωρ παντελῶς οὐκ ἔστι, καὶ τοῦτο πολλὴν ἀθυμίαν αὐτοῖς προξενήσει· καὶ εἰ μὴ τελέως τούτους καταγωνίσηται, ἀλλ' οὖν πολλούς γε τούτων ἀνδραποδίσει, πλείστους δὲ καὶ θανατώσει, καὶ τραυματίας ἐργάσεται, καὶ τὸ ἀλαζονικὸν αὐτῶν καταβαλεῖ φρόνημα· ὥστε μὴ ἀδεῶς κατατολμᾶν κατὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν χωρίων τὰς ἐφόδους ποιεῖσθαι. Εἰ δὲ μὴ πρότερον ὁ στρατηγὸς C ἐπιγνῷ τὴν ἀπὸ τοῦ ἀπλήκτου αὐτῶν ἐν ἑτέρῳ ἀπλήκτῳ μετάβασιν, ἢ, ὡς ἔφην, δι' αὐτομόλων, ἢ διὰ δεσμωτῶν· ὅπως ἐν νυκτὶ ἀποστείλας παρασκευάσῃ ἐν τῇ παρόδῳ αὐτῶν τὰ ἐγκρύμματα· καὶ ἐν ἡμέρᾳ ὁδοιπορούντων τῶν πολεμίων φανερῶς παρασκευασάμενος τὸν κατ' αὐτῶν διαθεῖναι πόλεμον· εἴ γε [a] ἡ πάνυ ὀλιγοστὸν καὶ εὐαρίθμητον κέκτηται στράτευμα. Ὁ γὰρ κατὰ τὸ τοῦλδον αὐτῶν πόλεμος, συντόμως, οὐδέποτε ἐναντίωσιν ἢ βλάβην τῷ ἡμετέρῳ στρατῷ προὐξένησεν, ὀλίγους ἔχον μαχίμους ἱππεῖς εἰς φυλακὴν ἑαυτοῦ· ἀλλ' ὁσάκις ἂν κατ' αὐτῶν [b] συνηφθῇ πόλεμος, πολλοὺς αὐτῶν ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατὸς καὶ D ἠνδραποδίσατο καὶ ἀνεῖλε· καὶ πολλὰ τῶν ὑποζυγίων καὶ ἡμιόνων αὐτῶν πεφορτισμένα ἀνελάβοντο. Εἰ δὲ καὶ τὸ πεζικὸν στράτευμα ἐν ἡμέρᾳ πολέμου τύχῃ, τὸ ὡπλισμένον δηλονότι καὶ πρὸς πολέμους γεγυμνασμένον, κύκλῳ κατ' αὐτῶν στρατηγικῶς παρασκευάσῃ τὸν πόλεμον, καὶ τελείῳ τούτους ἀφανισμῷ παραδῷ. Τοιαῦτα γὰρ γενέσθαι ἐν τῷ τοῦλδῳ τῶν πολεμίων, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτῶν ἐν τῷ ἡμετέρῳ, καὶ ἐθεασάμεθα, καὶ ἐν ἱστορικοῖς ἀνέγνωμεν, καὶ παρὰ τῶν ἀρχαιοτέρων μεμαθήκαμεν. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν ὠφέλιμος ὁ κατὰ τοῦ τοῦλδου

πόλεμος, ὡς μὴ φέρειν τινὰ βλάβην ἢ ἐναντίωσιν, μᾶλλον δὲ νίκην καὶ εὔκλειαν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ τὴν νικῶσαν εὕρῃ εἰς τὸν καθ' αὐτὸ πόλεμον ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατὸς, ἀλλ' οὖν οὐδεμίαν βλάβην ὑποστήσεται. Εἰ δὲ, ἐν ᾧ τόπῳ προσέτερον τὺλίζοντο, διέμειναν ἐν αὐτῷ, μηδαμῶς τῶν ἐκεῖσε ἀπέρχοντες διὰ τὴν τοῦ τόπου ὀχυρότητα, τὸ κοῦρσον ἀπεκδεχόμενοι, καὶ ὡσαύτως ὁ στρατηγὸς κατ' αὐτῶν ἐπάξει τὸν πόλεμον· μή ποτε ἐμβραδύνοντος διὰ τὴν τοῦ πεζικοῦ ἰδίου λαοῦ ἐπισώρευσιν, ἢ διά ἄλλην τινὰ πρόφασιν, ὑποστρέψῃ τὸ κοῦρσον, καὶ διακωλύσῃ τὸν πόλεμον. Οὕτως δὲ χρὴ τὸν στρατηγὸν κατ' αὐτῶν ἐπελθεῖν. Διασκοπήσαι διὰ τῶν ἀποστελλομένων βιγλατόρων τὰ συμπαρακείμενα χωρία, καὶ σύνεγγυς ὄντα τοῦ ἀπληκίου τῶν πολεμίων· κἀκεῖσε ἀποκρύψαι ἱππεῖς ἐκλεκτοὺς ἐν ἐπιτηδείῳ τόπῳ, μετὰ ἄρχοντος ἐμπειροτάτου καὶ ἀνδρείου. Καὶ ἐπεὶ ἐν αὐτοῖς εἰσέρχονται τροφὰς διερευνώμενοι, κατ' αὐτῶν ὁρμησάτωσαν. Ἑτέρους δὲ ἱππεῖς εἰς λόχον ἀπαρτίσαι εἰς βοήθειαν καὶ ἐκδίκησιν τῶν ἔμπροσθεν ἀποσταλέντων· καὶ εἴ γε τούτους βουληθῶσιν ἐπιδιῶξαι οἱ τῶν πολεμίων ἱππεῖς, ἐπιθήσονται κατ' αὐτῶν, καὶ τρέψονται, καὶ καταδιώξουσι· διὰ τὸ ἀείποτε ὀλιγοστοὺς εἶναι τοὺς ἱππεῖς, τοὺς εἰς φυλακὴν τοῦ τούλδου. Τῶν πολεμίων ἐν τοῖς χωρίοις μὴ εἰσερχομένων, εἰ καὶ ἀδύνατον τοῦτο τυγχάνει, διερευνησάτω ὁ στρατηγὸς τοὺς ἀποστελλομένους παρ' αὐτοῦ τῶν ἐμπείρων ἀνδρῶν βιγλάτορας, καὶ διασκοπησάτωσαν*, ἐν ᾧ μέρει τοῦ ἀπληκτου αὐτῶν τὰς καμήλους οἱ πολέμιοι εἰς νομὴν ἐξάγουσι. Καὶ διαχωρισάτω εἴτε τουρμάρχην, εἴτε τοποτηρητὴν χρήσιμον, μεθ' ἱππέων ἀνδρείων· καὶ σκοπησάτωσαν ῥύακα, εἰ εὕρηται ἐν τῷ τόπῳ ἐπιτήδειος· καὶ παρασυρθῶσιν ἐν αὐτῷ κεκρυμμένοι, ἕως οὗ πλησίον γένωνται· καὶ τότε φανερῶς κατὰ τῶν καμήλων τὴν ἐπίθεσιν ποιήσωνται. Εἰς δύο δὲ τὸν λαὸν οἱ ἀποσταλέντες διαμερισάτωσαν· καὶ οἱ μὲν ἡμίσεις τὰς νεμομένας καμήλους καὶ τοὺς ὄνους ἀναλαμβανέτωσαν, οἱ δὲ ἄλλοι εἰς φυλακὴν καὶ ἐκδίκησιν καὶ βοήθειαν αὐτῶν ἔστωσαν. Καὶ εἰ τύχῃ φοῦλκον ἔξω τοῦ φοσσάτου τῶν πολεμίων ἱστάμενον, καὶ ἐπέλθῃ κατὰ τῶν εἰς τὰς καμήλους ἐπιθεμένων, ἢ καὶ ἐκ τοῦ φοσσάτου ἐξέλθωσιν ἱππεῖς καταδιώκοντες, οἱ ὄπισθεν ὄντες τούτοις καταγωνίσονται. Παραυτίκα δὲ καὶ ὁ στρατηγὸς, οὐ πόρρω ὢν, ἀλλὰ πλησίον ἐν τῷ ἐγκρύμματι, κατ' αὐτῶν ἐξελθέτω· καὶ καθὼς ὁρᾷ συναφθέντα τὸν πόλεμον, οὕτω καὶ διατιθέτω, ἢ σφοδρῶς κατὰ τῶν

A manus prædatoria recurrat, totumque de impugnatione consilium irritum faciat. Sic autem debet dux eos aggredi. Vicos propinquos castris hostium subjacentes per excubitores dimissos exploret : ibi equites delectos cum peritissimo ac forti præfecto loco opportuno occulat. Hi, quando frumentatores hostium vicos ingressi sunt, impetum in illos faciant. Alii equites in latibulo disponi debent, opem auxiliumque laturi præmissis illis: quos si insectari hostes volunt, ipsi ultro in illos se inferent, eosque fusos persequentur ; quod perexiguo semper B numero sunt equites, qui ad impedimentorum custodiam relinquuntur. Hostibus omnino in vicos non ingredientibus, tametsi id quidem fieri non potest, imperet dux excubitoribus peritis viris a se emissis, ut explorent, qua parte castrorum adversarii camelos pastum ducant. Tum designet vel turmarcham, vel vicarium bonum, cum equitibus strenuis : iique rivum nacti, si loco illo idoneus subest, in eo absconditi adrepant, donec propius accesserint : tum apparentes impetum in camelos faciant. Debet autem emissum agmen bifariam divisum esse : ut dimi-C dia pars camelos asinosque pascentes abigat, altera ad prioris custodiam ac defensionem opem huic latura in statione sit. Quod si globus hostium pro castris excubias agens in abactores camelorum incurrit, vel e castris equites provolant nostrosque persequuntur, qui in subsidiis stant illos expugnabunt. Simulque dux, qui non procul inde in latibulo subsidiatur, contra illos prodeat : et perinde ut videt prælium fieri, ita rem administret, ut vel effuse in hostes ruat, vel, si præmissi de manu sua superiores fuerint, ordinate confertaque acie ad oppugnanda castra suc-D cedat. Ita productis universis equitum militumque copiis, perspecto regionis situ, loca certa cuique attribuat equitum peditumque numero, oppugnationemque corona circumdata, si fieri potest, instituat. Si flumen subest, aut rivus, ut superius diximus, qui fossæ instar hostibus munimenta præbeat, si utcunque admittit transitum, ea quoque armatos inducat. Curet item, ut tentoria exercitus collocentur, ad declarandum, castra se ibi ponere velle, quo terreat adversarios : quibus rebus constitutis, inferat signa. Ac si recte, ordinatim,

Camelorum hostilium abactus.

Fol. 185 vers.

* Cod. διασκοπησάτωσαν.

strenue oppugnationem administrat, magnifice vincet. Quod si primo die fundere illos nequit, quod et industrie resistunt, et peditatu valent, simul quod locorum situ adjuvantur, tamen considere juxta oportet, majoresque pedestres copias accersere. Noctu curæ sibi sit, ut cum levis armatura tum funditores tela in hostes conjiciant: item ut ignes quamplurimi in orbe circa illos fiant: leviterque armatos ad fortitudinem atque audaciam exhortetur, ut prælio manibus conserto in discrimen se offerant, donec in castra hostium perruperint, equos, mulos, facultates noctu prædati sint, vulneratione magna ac cæde hostium facta. Et omnino, si quid ejusmodi ope Dei ex una parte accidit, conspicitur autem vel intelligitur a reliquis aciebus, hæ quoque mortis contemtione ad prædas faciendas ruent, spe lucri incensæ, hostesque gratia numinis parvo negotio expugnabunt. Quod si fortasse propter errata quædam adversosque casus non funditus illos disperdit dux, at certe multos eorum cum captivos faciet tum contrucidabit, prædaque plurima milites potientur. Dum hæc dux circa oppugnationem castrorum administrat, oportet præfectum ex proborum peritorumque numero cum equitibus quadraginta longius emitti, qui viam obsideat, qua prædatoria hostium manus reditura est. Quam si versus illorum castra remeantem, prægredientemque, ut mos est Tarsensium, catervam quam veredum vocant, propius se accessisse conspicatur, ut exercitum certiorem faciat adventare prædatores: id evestigio præfectus excubitum missus duci renunciet. Hic si videt, veredum longe ante agmen prædatorum prægredi, præfectum probum mittat cum equitibus delectis, qui, si fieri potest, nec opinato impetum in id faciat, potieturque ejus nullo negotio. Si propius minoreque intervallo agmini prædatorum antecedit, neminem emittat contra veredum: verum ea potius satis habeat, quæ Deus illi in oppugnatione castrorum contulit: cum omnibus copiis signis conversis loca opportuna et munitiora capiat. Deinde ubi exercitus hostium eo consilio loca iniqua transivit, ut, adventum prædatorum præstolans, quæ ab illis rapta sunt, sive mancipia sive pecora, tuta

Fol. 385 verso.

* Sic Codd. Veredum quid.

Fol. 386 recto.

A πολεμίων ἐπέλθῃ, ἢ τῶν ἀποσταλέντων τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἐπικρατεστέρων ὄντων, ἐν τάξει καὶ μὴ διεσκεδασμένως τὴν ἐπέλευσιν κατὰ τοῦ ἀπλήκτου ποιήσωνται. Καὶ ἅπαντα τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς ἀγαγὼν, ἐπεὶ τὴν τοῦ τόπου θέσιν ἐξεπίσταται, διαμερίσῃ τὰ καστρόπια ταῖς τάξεσι πάσαις τῶν τε ἱππέων καὶ πεζῶν, καὶ τὸν κατ' αὐτῶν διάθηται πόλεμον, εἰ οἷόν τέ ἐστι, κύκλῳ. Εἰ δὲ ποταμός ἐστιν, ἢ ῥύαξ, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, ἀντὶ χάρακος τοὺς πολεμίους φυλάττων, εἰ μὲν ὁπωσοῦν πόρον δέχεται, κἀκεῖθεν λαὸν ἐπιστήσῃ. Παρασκευάσῃ δὲ καὶ σκηνὰς αὐτῶν πῆξαι, πρὸς τὸ ἐνδείκνυσθαι, μέλλοντα αὐτὸν ἀπληκεῦσαι ἐκεῖσε, εἰς ἐκφόβησιν αὐτῶν· καὶ οὕτως ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον. Καὶ εἰ καλῶς καὶ εὐτάκτως καὶ ἀνδρείως διάθηται τὰ περὶ τοῦ πολέμου, μεγάλως εὐοδωθήσεται. Εἰ δέ γε τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ οὐ δυνήσεται τούτους κατατροπώσασθαι, ἰσχυρῶς αὐτῶν ἀντισταμένων, καὶ πεζικὴν ἐχόντων δύναμιν, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου θέσεως βοηθουμένων, δέον καὶ παραμεῖναι αὐτοῖς, καὶ πλεῖον πεζικὸν προσκαλέσασθαι. Καὶ ἐν τῇ νυκτὶ τοὺς ψιλοὺς καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς σφενδονίτας βάλλειν παρασκευάσῃ· καὶ πυρὰ πλεῖστα ἀνάπτειν κύκλωθεν αὐτῶν· καὶ ἀνδρείως καὶ εὐτόλμως C παραινέσῃ τοῖς ψιλοῖς τοῦ ἐκ χειρὸς μάχεσθαι καὶ προκινδυνεύειν, ἕως ἂν εἰσέλθωσιν ἔνδον τοῦ ἀπλήκτου τῶν πολεμίων, καὶ ἵππους καὶ ἡμιόνους καὶ τινα πράγματα νυκτὸς ἀναλάβωνται, πλήττοντες συνεχῶς καὶ ἀναιροῦντες τοὺς πολεμίους. Καὶ εἰ ὅλως Θεοῦ βοηθείᾳ τοιοῦτον πρὸς ἓν μέρος γένηται, καὶ θεαθῇ καὶ ἐπιγνωσθῇ ἀπὸ τῶν ἄλλων τάξεων, ὁρμήσουσι καὶ αὐτοὶ* θανάτου καταφρονοῦντες εἰς ἁρπαγὴν τῶν λαφύρων, διὰ τὴν τοῦ κέρδους ἐλπίδα, καὶ περιγενήσονται τούτων τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ῥᾳδίως. Εἰ δὲ καὶ μὴ τελέως τούτους κατατροπώσηται διά τινα τυχὸν σφάλματα καὶ ἀποτυχίαν, ἀλλ' οὖν πολλοὺς τούτων καὶ χειρώσεται καὶ ἀναιρήσει, D καὶ λάφυρα πλεῖστα ὁ λαὸς αὐτοῦ λήψεται. Οὕτως δὲ τοῦ στρατηγοῦ τὰ περὶ τῶν πολέμων τοῦ φοσάτου διενεργοῦντος, χρὴ καὶ ἄρχοντα τῶν χρησίμων καὶ ἐμπείρων μετὰ τεσσαράκοντα ἱππέων μήκοθεν ἀποστεῖλαι, φυλάττειν τὴν ὁδὸν, ἣν ὑποστρέφειν μέλλει τὸ τῶν πολεμίων κοῦρσον. Καὶ ἡνίκα τούτους θεάσηται πρὸς τὸ φοσάτον αὐτῶν ἐρχομένους, καὶ ἔμπροσθεν αὐτῶν, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ταρσίταις, τὸ λεγόμενον παρ' αὐτοῖς βέρεδον, ἐρχόμενον σύνεγγυς αὐτῶν, καταμηνύσῃ τῷ φοσάτῳ τὴν τοῦ κούρσου αὐτῶν παρουσίαν· εὐθέως ὁ εἰς τὴν βίγλαν ἀποσταλεὶς ἄρχων

ἄρχων μηνυέτω τῷ στρατηγῷ. Καὶ εἰ μὲν ἤδη τὸ βέρεδον μάκοθεν πολὺ τῆς παρατάξεως τοῦ κούρσου ἐρχόμενον, ἀποστελεῖ ἄρχοντα τῶν χρησίμων μετ' ἐκλεκτῶν ἱππέων, ἐπιθέσθαι κατ' αὐτῶν, εἰ δυνατὸν, ἀδοκήτως, καὶ κατακυριεύσει τούτων ῥᾳδίως. Εἰ δὲ πλησίον καὶ σύνεγγυς τῆς παρατάξεως τοῦ κούρσου ἔμπροσθεν αὐτῶν περιπαίει, μὴ ἀποστελλάτω κατ' αὐτῶν· ἀλλὰ μᾶλλον ἀρκεσθήτω πρὸς ἃ ὁ Θεὸς αὐτῷ συνήργησεν εἰς τὸν κατὰ τοῦ φοσσάτου πόλεμον· καὶ ὑποστρεφέσθω μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ, ἐπιλαμβανόμενος τῶν ἐπιτηδείων καὶ ὀχυρωτέρων τόπων. Ἐπεὶ δὲ τὸ τῶν πολεμίων φοσσάτον διὰ τοῦτο διῆλθε πάσας τὰς δυσχωρίας, ἐκδεχόμενοι τὴν τοῦ κούρσου παρουσίαν, ἵνα τὰ παρὰ τοῦ κούρσου κατασχεθέντα, εἴτε ἀνδράποδα εἶεν εἴτε κτήνη, καλῶς σὺν αὐτοῖς ἀκινδύνως διαβιβάζῃ τὰς δυσχωρίας· δέον τὸν στρατηγὸν ἀγωνίσασθαι ἔμπροσθεν αὐτῶν γενέσθαι, καὶ τὰς στενωποὺς καταστχεῖν μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ πεζῶν καὶ ἱππέων, καὶ τὸν κατ' αὐτῶν πόλεμον ἐπιμελέστερον ἀπαρτίσαι, καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται. Καὶ μηδέποτε ὑποστρέφοντες αὐτοὶ ἀπολέμητοι καταλειφθῶσιν. Εἰ γὰρ καλῶς τὰ τοῦ πολέμου ἐν ταῖς δυσχωρίαις διάθοιτο, μεγάλως αὐτοὺς κατατροπώσεται. Εἰ δὲ διὰ τὸ μὴ ἔχειν πλείστην καὶ ἀξιόλογον πεζικὴν δύναμιν, ἀδυνατεῖ πρὸς τὸ μεγάλως αὐτοὺς κατατροπώσασθαι, ἀλλ' οὖν πῶς οὕσπερ ᾐχμαλώτευσαν (εἰ καὶ μὴ πάντας) ἀναρρύσεται κατ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ὀλίγους τῶν πολεμίων καὶ τραυματίσει καὶ δορυαλώτους ποιήσεται.

A ac salva per loca impedita transducat: oportet ducem operam dare, ut, illos præveniens, cum omnibus militum equitumque copiis angustias itinerum occupet, prœliumque adversus illos, quemadmodum superius demonstravimus, solertius administret. Neque unquam citra dimicationem reverti sinantur. Etenim, si in angustiis recte bellum dux instruit, funditus eos vincet. Sin magno et firmo peditatu destitutus profligare penitus eos nequit, at denique quos in servitutem abducunt, in libertatem (etiamsi fortasse non B omnes) vindicabit, hostiumque non paucos cum sauciabit tum captivos faciet.

Fol. 386 verso.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια. C

Περὶ τοῦ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἵστασθαι τοὺς πεζοὺς ἐν ταῖς δυσχωρίαις.

Χρὴ τὸν στρατηγὸν καὶ ἄλλως ἀγωνίσασθαι τοὺς πολεμίους τροπώσασθαι, εἰ καὶ ὀλίγος ἐστὶν ὁ περὶ αὐτὸν λαός. Τόπον κατασκοπησάτω ἐπιτήδειον καὶ ὀχυρώτατον, ἢ τι παραπλήσιον κάστρον· ὡς ἐπιδέχεσθαι τὴν τοῦ ὀχυροῦ τόπου θέσιν μετὰ πεζῶν κρατεῖσθαι, καὶ ἔνθεν κἀκεῖθεν τῆς ὁδοῦ εἰς λόχους τὸ πεζικὸν ἀποκρύπτειν στράτευμα. Τοῦ δὲ πεζικοῦ ὄπισθεν ὁ στρατηγὸς σύνεγγυς μετὰ τοῦ ἱππικοῦ στρατεύματος στήτω, D πάνυ τῶν πεζῶν ἔγγιστα. Ἔχειν τε καὶ τὸ ἱππικὸν ἔγκρυμμα καὶ πεζοὺς πλησίον αὐτοῦ, καὶ σχεδὸν συνημμένως κατὰ τὸ ὄπισθεν μέρος ἱστάσθω. Ἀποσταλήτωσαν[a] δὲ καὶ εἰς τὴν ἐνέδραν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ ἄνδρες ἐπίλεκτοι, καὶ ἵππους παχεῖς[b] ἔχοντες, ἄχρι τῶν ἑκατὸν, ἀρχηγὸν ἔχοντες ἀνδρεῖον καὶ ἐμπειρότατον, καὶ γινώσκοντα χωρίον ἐπιτήδειον, ἐν ᾧ κρύψῃ τὸν ἴδιον λαόν. Νυκτὸς δὲ τὸν τοιοῦτον τόπον καταλαμβανέτω, καὶ καλῶς αὐτοὺς ἀποκρυψάτω. Ἡνίκα δὲ διαυγάσῃ, εἰς περιωπὴν ἀνελθὼν βλεπέτω[c], τῶν πολεμίων περιπατούντων, τὸν

CAPUT XI.

In angustiis peditatum ad utrumque latus viæ stare oportere.

Debet alio quoque modo operam dare dux ut hostes fundat, si exiguæ circa se copiæ sunt. Investiget locum idoneum et munitissimum, vel castellum, quod prope sit: ut liceat per naturam munitum illum locum peditibus occupari, copiasque pedestres ab utroque viæ latere in insidiis occultari. A peditum tergo dux cum equitatu quam proxime subsidietur. Hæ equestres insidiæ, ipsæ quoque pedites prope ipsas habentes, pæne contingentes aciem post signa consistant. Oportet autem, ut in insidias mittat dux homines lectos, equis velocibus insidentes, numero ad centum, cum præfecto forti et peritissimo, cognoscente locum opportunum, quo suam manum occulet. Hunc locum noctu occupet, suos bene abdat. Prima luce conscensa specula, si hostes movent, quo tendant dispiciat. Si prædatum procedere videt, vicosque perscrutari, prædæ, pecuniæ,

Prælium prope castellum.

[a] Codd. Ἀποσταλήτωσαν.

[b] l. ταχεῖς.

Fol. 387 recto.

[c] Codd. omnes, βλεπέτω.

et si quid aliud invenire possint, comportandi causa, se contineat, donec descendentes ex equis jumenta e vicis conquirere conspexerit. Tum ex equitibus, qui circum eum sunt, septuaginta vel sexaginta, hoc est, plures quam apud hostes esse constat (necessario enim equitum in caterva ducis numerus major quam adversariorum esse debet), hos jubeat acri impetu incitatissimo equorum cursu hostes adoriri, et suffragante numine rem bene geret. Si tamen accidit, ut ab adversariis repellantur, oportet his cum subsidiantibus quadraginta equitibus obviam ire, captivosque, si quos feceris, vel interficere vel amandare, ut confestim discedant, inque munitum locum introducantur. Dux autem perite pugnam administrans hostibusque obsistens, et modo se retorquens ad illos, modo confugiens, eos ad persequendum lacessat. Quod si ad loca usque institerint, ubi pedites latent, eaque loca nonnulli hostium transgressi sint, tunc pedites ex insidiis coorti adversariis insequentibus occurrent, eosque repriment. Hostes autem quotquot erunt ultra pedites provecti, in insidias equitum incidentes universi contrucidabuntur. Loci enim natura adjuti pedites introrumpere persequentes non sinent: ideoque, intermissa insectatione, infecta re discedent omnes, amissis de suis quotquot intra angustias jam sunt circumventi.

Arabes jumenta abigentes.

a Cod. iernian.

Fol. 387 vers.

b f. ἄπρακτος.

A. τούτων διάβασιν. Ὁρῶν δὲ τοὺς εἰς λείαν ἐκτρέχοντας καὶ τὰ χωρία διερευνῶντας, πρὸς τὸ ἐπισυναγαγεῖν λάφυρά τι καὶ χρήματα, καὶ εἴ τι ἕτερον ἐφευρεῖν δυνηθῶσι, καρτερησάτω ἕως ἂν θεάσηται αὐτοὺς τῶν ἵππων ἀποβαίνοντας, καὶ τοὺς ἵππους τῶν χωρίων ἀνερευνωμένους. Τότε τῶν μετ᾽ αὐτοῦ ἱππέων εἴτε ἑβδομήκοντα ἢ ἑξήκοντα, πλείους δηλονότι τοὺς οἰκείους τῶν πολεμίων ὄντας (πλείονες γὰρ τῶν πολεμίων τῷ ἀριθμῷ εἶναι ὀφείλουσιν οἱ τοῦ στρατηγοῦ), διακελευσάσθω τούτους ἀνδρείῳ ὁρμήματι σὺν ὀξυτάτῃ τῶν ἵππων ὁρμῇ ἐπιθέσθαι τοῖς ἀντιπάλοις, καὶ Θεοῦ συνεργίᾳ εὐοδωθήσονται. Εἰ δὲ

B συμβῇ τούτους ἐπιδιωχθῆναι παρὰ τῶν πολεμίων, δέον περιαπαντῆσαι αὐτοῖς μετὰ τῶν ὑπολειφθέντων αὐτῷ τεσσαράκοντα, καὶ τοὺς μὲν καταχεθέντας δεσμώτας ἢ ἀναιρῆσαι, ἢ ἔμπροσθεν ἀποστεῖλαι, ἀπελθεῖν τάχιον, καὶ τὸ ὀχύρωμα καταλαβεῖν. Καὶ οὕτος ἐμπείρως μαχόμενος καὶ ἀνθιστάμενος τοῖς πολεμίοις, καὶ ποτὲ μὲν ὑποστρέφων κατ᾽ αὐτῶν, ποτὲ δὲ ὑποφεύγων, ἐρεθίσει αὐτοὺς πρὸς δίωξιν. Καὶ εἰ ἄχρι τῶν τόπων καταδιώξωσιν, ἐν οἷς οἱ πεζοὶ ἀποκρύπτονται, καὶ τούτους τινὲς τῶν πολεμίων διέλθωσι, τότε οἱ πεζοὶ τῶν ἐγκρυμμάτων ἐξερχόμενοι ἀντιστήσονται τοῖς διώκουσι

C πολεμίοις, καὶ ἀπωθήσουσιν. Οἱ δὲ τοὺς πεζοὺς διελθόντες πολέμιοι ἐμπεσοῦνται τῷ ἐγκρύμματι τῶν ἱππέων, καὶ ἄρδην ἅπαντες ἀπολοῦνται. Ὑπὸ γὰρ τοῦ τόπου οἱ πεζοὶ βοηθούμενοι οὐκ ἐάσουσι τοὺς διώκοντας διελθεῖν· ἀλλὰ τὴν δίωξιν καταλείψουσι καὶ ἄπρακτοι πάντες[b] ὑποστρέψουσι, τοὺς ἤδη περικαταχεθέντας τῶν οἰκείων ἀπολέσαντες.

CAPUT XII.

De subita incursione hostium, antequam Romanæ copiæ cogi possint.

Si fit subita et acris hostium incursio, quod apud illos sæpe usu venit, neque dum exercitus Cæsarei unum in locum coacti sunt, solusque dux præsto est: neque ille propter repentinam illorum invasionem facultatem nactus est copias suæ provinciæ congregandi, parvulasque habet atque exiguas: si videt hostes ad prædam ferri ac festinare: scit autem, regionem, quo impetum faciant, nondum exinanitam,

c *Forsitan inducenda vox ὀλίγον, quæ ex subjecta linea in hanc emergere potuit.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϐ΄.

Περὶ ἀθρόας ἐξελεύσεως τῶν πολεμίων, πρὸ τοῦ τὰ Ῥωμαϊκὰ ἐπισυναχθῆναι στρατεύματα.

D

Εἰ δέ γε τῶν πολεμίων ἐξέλευσις ἀθρόα καὶ σύντομος γένηται, οἷα πολλάκις παρ᾽ αὐτῶν εἴωθε γίνεσθαι, μήπω τῶν βασιλικῶν στρατευμάτων ἐπισωρευθέντων, ἀλλὰ μόνου τοῦ στρατηγοῦ· μηδὲ αὐτοῦ δυνηθέντος διὰ τὸ σύντομον τῆς αὐτῶν ἐξελεύσεως τὸν ὀλίγον[c] λαὸν τοῦ ἰδίου θέματος ἐπισυναγαγεῖν· ἀλλ᾽ ὀλίγους ἔχῃ καὶ εὐαρίθμητον· ὁρᾷ δὲ τοὺς πολεμίους πρὸς λείαν σπεύδοντας καὶ ἐπειγομένους· ἐπιγνῷ δὲ τὴν χώραν, ἐν ᾗ τὴν ὁρμὴν ποιοῦνται, μήπω

ἐκσπλευθεῖσαν, καὶ εἰς τὰ κάστρα ἢ εἰς τὰ ὀχυρώματα φυγαδευθεῖσαν· χρὴ τῆς τοιαύτης χώρας εἴτε τὸν τουρμάρχην εἴτε ἑτέρους ἄρχοντας σπουδῇ πολλῇ ἀποστεῖλαι, καὶ ἔμπροσθεν τῶν πολεμίων γενέσθαι καί, ὡς οἷόν τε ἐστι, καὶ τοὺς τῶν χωρίων οἰκήτορας καὶ τὰ τούτων κτήνη φυγαδεῦσαι καὶ ἐκσπλεῦσαι. Ὁρῶντα δὲ τὸν στρατηγὸν τοὺς πολεμίους ἤδη μέλλοντας πρὸς τὸ τῆς ἡμέρας διάφαυσμα τοῖς χωρίοις ἐπιθέσθαι, ὄπισθεν αὐτοὺς ἐπακολουθοῦντα, καθὼς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, τῇ αὐτῇ νυκτὶ δεῖ ἐμφανισθῆναι τοῖς πολεμίοις, πρὸς πόλεμον δῆθεν παρασκευαζόμενον· ἵν' ὡς ἐκ τούτου δυνηθῇ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ἀναστεῖλαι, καὶ ἀβλαβῆ τὴν χώραν διατηρῆσαι. Καὶ εἰ μὲν ποταμός ἐστιν ἐν τῇ ὁδῷ δυσπέρατος, καὶ μέλλουσι τοῦτον διαπερᾷν οἱ πολέμιοι, ἢ στένωμα ἢ δυσχωρία ἐν τῇ ὁδῷ, ἡνίκα τὸν ποταμὸν οἱ πλείους διαπεράσωσιν, ἢ εἰς τὸ στένωμα χωρηθῶσιν, εἰς τὴν ὄπισθεν λαὸν αὐτοῦ ἀποστεῖλαι. Καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν στρατηγὸν παραγενέσθαι μετὰ ἐκλεκτῶν ἀρχόντων καὶ καλλιππασάτων, καὶ ἐμφανισθῆναι τοῖς πολεμίοις, καὶ πρὸς μάχην δῆθεν καθ' αὐτῶν παρασκευασθῆναι, τοῦ συμβαλεῖν πόλεμον· τοὺς παριππαράτους καὶ ἐνταγιστράτους διαχωρίζων ἐξ αὐτοῦ, καὶ εἰς ὀχυρώματα εἴτε κάστρον ἀποστέλλων, εἰ τύχῃ πλησίον. Εἰ δὲ ποταμὸς οὐκ ἔστιν οὐδὲ δυσχωρία ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡσαύτως δεῖ μικρόν τι παραβουλεύσασθαι καὶ πρὸς μάχην ὁρμῆσαι, ἕως οὗ καὶ ἐπιδιωχθῇ παρ' αὐτῶν τῇ νυκτί· ἵνα διαγνώσαντες σαφῶς οἱ πολέμιοι τὸν στρατηγὸν ἐπακολουθοῦντα, συσταλῶσι, καὶ μηδαμῶς ἐξελάσαι τολμήσωσι, καὶ τὴν ἐπίθεσιν κατὰ τῶν χωρίων ποιήσωνται. Καὶ τούτου γενομένου, τῆς μελλούσης γενέσθαι ἐπιδρομῆς ἐν τοῖς χωρίοις καὶ αἰχμαλωσίας ῥύσεται αὐτούς, καὶ ἐλευθερώσει. Μετὰ πολλῆς δὲ ἀκριβείας καὶ διασκέψεως ποιείτω τὴν ἔνδειξιν καὶ κατ' αὐτῶν προσβολήν, δι' ὀλίγων καὶ ἐκλεκτῶν, ὡς ἔφημεν, ἱππέων, καὶ εὐθέως ὑποστρεφέσθωσαν φεύγοντες πρὸς τὸν στρατηγὸν καὶ τὸ ὀχύρωμα, καὶ μὴ ἀμέτρως καὶ παρὰ τὸ δέον ἐφορμάτωσαν κατὰ τῶν ἐχθρῶν. Λαοῦ γὰρ ἴσως παρὰ τὴν αὐτῶν δύναμιν αὐτοῖς ἐπιφορτισθέντος, πολεμίας χειρὸς τάχιον γενήσονται παρανάλωμα· καὶ μάλιστα, εἰ τύχῃ πανσέληνον εἶναι τὴν νύκτα. Εἰ δὲ ἀφεγγής ἐστι καὶ ζοφώδης, ἀβλαβῶς τὴν τοιαύτην πρᾶξιν ἐργάσονται, καὶ δυοῖν θάτερον πάντως φανεῖεν κατωρθωκότες· ἢ μηδόλως ἐξελάσαι πρὸς λείαν τοὺς πολεμίους παρασκευάσαντες, ἤ, εἴπερ καὶ ὅλως ἐκδράμωσιν, ἄχρι τοῦ αὐγάσαι τὴν ἡμέραν τελείως οὐδαμῶς ἐξελάσαι κατατολμή-

A fortunasque in oppida locave munita comportatas esse: oportet in ejusmodi regionem sive turmarcham sive alios præfectos magna celeritate adhibita transmittere, qui hostibus obviam fiant, et, quantum efficere possint, paganos eorumque pecora ex agris excitent atque expellant. At si dux videt, hostes jam in eo esse, ut circa diluculum in vicos impetum faciant, debet, a tergo ipsos insequens, quemadmodum superius demonstravimus, illa ipsa nocte ad prælium instructus, hostibus se ostendere: ut sic comprimere eorum im- B petum, regionemque incolumem præstare queat. Ac si fluvius est in itinere, quem transituri sunt hostes, angustiæve aut difficultas viæ, ubi major pars eorum flumen transierit, vel se in angustias implicuerit, quosdam in ultimum agmen immittat. Ipsumque ducem propius accedere expedit cum præfectis, lectis illis quidem et probis equis insidentibus, seque in conspectum dare hostium, et ad dimicationem adversus illos se comparare, perinde quasi jamjam esset prælium commissurus: equisones autem atque pabulatores disjungat a se, inque loca munita vel C in oppidum amandet, si forte subest. Sin flumen non est in itinere, neque difficultas viarum, nihilominus oportet audere aliquantulum, comminarique impetum, donec ab his nocte vel insectetur*: ut hostes ubi præclare intellexerunt ducem subsequi, pleni formidinis neque longius progredi neque in vicos incursionem facere audeant. Id si accidit, ab imminenti invasione vicos, a servitute suos vindicabit dux, et liberabit. Ostentationem autem et impressionem cum diligentia atque providentia magna faciat, per paucos et lectos, ut docuimus, equites, qui celeri fuga D ad ducem locumque munitum revertantur, neque effuse et plus quam attinet in hostem ruant. Nam copia pro ipsorum viribus nimis magna incumbente, cito fortasse hostilis manus præda fient: idque maxime, si accidit ut sit luna pernox. At si nox illunis est et obscura, sine ullo incommodo suo rem perficient, eque duabus rebus alteram certe obtinebunt: aut enim efficient, ut hostes omnino prædatum non exeant, aut, si id faciant, ut certe ante albens penitus cœlum non audeant egredi, tuncque pauci duntaxat. Plerique enim, ducis

Hostes quemadmodum a prædando avertendi.

Fol. 388 recto

* Insectare ut animam adhibes. Plauti auctoritatem secutus.

Fol. 388 verso

impetum veriti, a signis Amiræ non discedent. Ita, si sic se gesserit dux, pagani in loca munita et in oppida elapsi incolumes servabuntur.

A σωσι, καὶ τότε ὀλίγοι τινές. Οἱ γὰρ πλείους τὸν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ πόλεμον ὑφορώμενοι τῆς τοῦ Ἀμηρᾶ παρατάξεως οὐκ ἀποστήσονται. Καὶ οὕτως ποιοῦντος τοῦ στρατηγοῦ, ἐκφύγωσιν οἱ τῶν χωρίων οἰκήτορες εἴς τε τὰ ὀχυρώματα καὶ τὰ κάστρα, καὶ ἀβλαβεῖς διατηρηθῶσιν.

CAPUT XIII.

De insidiis, quæ contra mensuratores, quos vocamus, in castrorum locis fiant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Περὶ τοῦ ἐνεδρεῦσαι κατὰ τῶν λεγομένων μινσουρατόρων ἐν τοῖς ἀπληκτοις.

B

Hostes si castris factis provincias nostras populantur, neque longius prædatores dimittunt, sed sese custodiunt, operam dabit, ut alio commento eos male habeat. Dispicere oportet atque conjecturam capere, tum qua ex parte hostium castra sint, tum ubi postridie ejus diei sint metaturi. Qui locus si longius abest a castris, ad sextum milliarium, aut decimum*, aut ultra, ut itineris longitudo languentes ipsos jumentaque eorum efficere possit: juxta illum locum, ubi metaturi sunt, si inspectione facta latibulum opportunum inveneris, equites lectos valentesque trecentos, vel etiam pauciores, dimissos ibi abdes. In alteris insidiis totum exercitum tuum collocabis loco idoneo, qui firmamenti causa munitionem habeat. Si oppidum subest, id quoque ad salutem commodumque tuum plurimum confert. Et si pedites opus sunt, egredi illi possunt ex oppido, pugnaturi una tecum et opem laturi. Si qui autem, ut fit, antecurrunt de exercitu hostili, locum capturi, ubi castra instruant, quos mensuratores vocare Romani consueverunt, his in opere occupatis, qui abs te prope castra in primis insidiis constituti sunt, celeriter in illos magno impetu erumpant, et obsecundante numine eos opprimant. Contra, si hostes eos prosequuntur usque ad locum, ubi firmiores insidias collocasti, invadens illos impressione virili ac forti superabis persequentes, tropæumque memoriæ dignum de illis excitabis. Denique si accidit, ut maximæ copiæ hostium ingruant, tibique obsistant, nihilominus, quod cum a munitione tum a peditatu habes adjumentum, eos confundes, efficiesque, ut,

* f, sublato commate in græco, ad M XVI, aut ultra.

Fol. 389 verso.

Mensuratores.

Τῶν δὲ πολεμίων φοσσατικῶς τὰς χώρας ἡμῶν δῃούντων, καὶ κοῦρσα πόῤῥωθεν μὴ ἀποστελλόντων, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἀσφαλιζομένων, σπουδάσει δι' ἑτέρας μηχανῆς τραυματίσαι αὐτούς. Διασκοπῆσαι δὲ χρὴ καὶ στοχάσασθαι, ἀφ' οὗ τόπου τὸ τῶν πολεμίων ὑπάρχει ἄπληκτον, καὶ ἐν ποίῳ τῇ ἐπαύριον μέλλει ἀπληκεύειν. Καὶ εἰ μακρότατόν ἐστι τὸ διάστημα τοῦ ἀπλήκτου, ὡσεὶ μιλίων ἕξ, καὶ δέκα, καὶ ἐπέκεινα, ὥστε τὸ τῆς ὁδοῦ μῆκος δύνασθαι κατακόπους αὐτούς τε καὶ τοὺς ἵππους αὐτῶν ἐργάσασθαι· πλησίον τοῦ τόπου, ἐν ᾧ μέλλουσι καταλύειν, διασκοπήσας, καὶ εὑρὼν λόχον ἐπιτήδειον, μαχίμους

C καὶ ἐκλεκτοὺς ἄνδρας ἱππότας τριακοσίους, ἢ καὶ τούτων ἔλαττον, ἀπολεξάμενος, ἐν αὐτῷ ἀποκρύψεις. Καταστήσεις δὲ καὶ ἑτέραν ἐνέδραν μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ σου ἐν ἐπιτηδείῳ τόπῳ, ἔχοντι καὶ ὀχύρωμα εἰς ἀσφάλειαν αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ κάστρον πλησίον τύχῃ, ἔστι καὶ αὐτὸ εἰς περιττοτέραν σοι σωτηρίαν καὶ ὠφέλειαν. Καὶ εἰ χρεία γένηται τῶν πεζῶν, ἐξελθέτωσαν καὶ αὐτοὶ τοῦ κάστρου, συμμαχοῦντες καὶ ἐπιβοηθοῦντές σοι. Οἱ δὲ προτρέχοντες τοῦ λαοῦ τῶν πολεμίων καταλαβεῖν τὸν τόπον πρὸς τὸ εὐτρεπίσαι τὰ ἑαυτῶν ἄπληκτα, ὡς εἰώθει, οὓς μινσουράτορας εἴωθασι Ῥωμαίοις καλεῖν, καὶ ἀσχολουμένων ἐν

D αὐτοῖς, ἐξελθέτωσαν κατ' αὐτῶν οἱ παρὰ σοῦ ἐν τῷ πρώτῳ λόχῳ πλησίον τοῦ ἀπλήκτου προκαταστάντες ὀξέως σὺν ἐλασίᾳ πολλῇ, καὶ τούτους βοηθείᾳ Θεοῦ χειρώσονται. Καὶ εἴγε τούτους οἱ ἐχθροὶ καταδιώξουσιν ἕως τοῦ τόπου, ἐν ᾧπερ δυνατὸν ἔγκρυμμα κατέστησας, ἐξερχόμενος κατ' αὐτῶν ἀνδρικῷ καὶ γενναίῳ ὁρμήματι ὑπερισχύσεις τῶν διωκόντων, καὶ τρόπαιον μνήμης ἄξιον ἀνεγερεῖς. Καὶ εἴγε συμβῇ δυνάμεις τῶν πολεμίων καταλαβεῖν, ἀντιμαχομένας σοι, ἔχων τὴν τοῦ ὀχυρώματος βοήθειαν καὶ τῶν πεζῶν, οὕτως κατισχύσεις αὐτούς,

αὐτῆς, καὶ πολλοὺς τῶν οἰκείων ἀποβαλόντας ἀπράκτους παρασκευάσεις ὑποστρέψαι.

A multis suorum amissis, re infecta redeant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδʹ.

Περὶ τῆς ὑποχωρήσεως τῶν ἱππέων ἀπὸ τῶν πεζῶν, ὁδοιπορούντων ὁμοῦ.

Χρὴ δὲ καὶ τοῦτό σε ἀκριβῶς, ὦ στρατηγέ, σκοπεῖν, καὶ τῶν πολεμίων ἀγωνιζομένων διαλαθεῖν σε, καὶ κοῦρσα ἀποστέλλειν, καὶ τὰς χώρας ἡμῶν ληΐσασθαι, ἄγρυπνον ἔχειν τὸν νοῦν· μή ποτέ σε ἡ ἐπίνοια καὶ μηχανὴ αὐτῶν διαλάθῃ. Ὅπερ γὰρ λέξω, καὶ ἐν ἄλλοις οἱ αὐτοὶ ἐξειργάσαντο. Ὁμοῦ γὰρ αὐτῶν τῶν τε ἱππέων καὶ πεζῶν σὺν τῇ ἀποσκευῇ [a] ὁδοιπορούντων, καθὼς ταῖς ὄπισθεν καὶ διελθούσαις ἡμέραις ἐποίουν οἱ εἰς κοῦρσα ἐξελάσαι βουλόμενοι, ἡνίκα πρὸς δυσμὰς ὁ ἥλιος καταντήσῃ, ἡ μὲν ἀποσκευὴ αὐτῶν καὶ ἅπαν τὸ ὑπουργικὸν σὺν τῷ πεζῷ τούτῳ στρατεύματι καὶ τοῖς εἰς φυλακὴν αὐτῶν καταλιμπανομένοις πολεμισταῖς ἱππεῦσι τὰς σκηνὰς πηξάμενοι, ὡς ἔθος αὐτοῖς ἀπληκεύουσι. Οἱ δὲ εἰς κοῦρσον ἐπιμαθέντες, καὶ τὰς ἡμετέρας χώρας καταδραμεῖν βουλόμενοι, πρὸς τὸ μὴ κονιορτὸν αὐτῶν φανῆναι, ἀμφὶ δείλην ὀψίαν πρὸς κοῦρσον ὁρμῶσι. Τῷ δὲ παραμεῖναι ἐφείλοντι [b] τῷ τῶν πολεμίων φοσσάτῳ, εἴτε τουρμάρχης ἐστὶν εἴθ' ἕτερος ἄρχων, μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἐρχόμενον χρὴ πλησιάσαι τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ αὐλίζονται. Ἐπειδὴ, τῆς νυκτὸς καταλαμβανούσης, ὀφείλουσι τότε κατὰ τὸ εἰωθὸς εἰσέρχεσθαι [c], καὶ πλησιάζειν ταῖς σκηναῖς αὐτῶν, μετὰ πρώτην ὥραν ἢ καὶ δευτέραν τῆς νυκτός. Καὶ ἐὰν οὐχ εὑρήσωσιν ἐν τῷ ἀπλήκτῳ τοὺς τῶν πολεμίων ἱππεῖς, διὰ τὸ ἤδη αὐτοὺς εἰς κοῦρσον πορευθῆναι, οὐκ ἔστι δυνατὸν ἄλλως τούτους, τοὺς τὴν παραμονὴν πεπιστευμένους ἄρχοντας, τοῦτο ἀκριβῶς διαγνῶναι, καὶ τῷ στρατηγῷ τὸ ἀληθὲς καταμηνῦσαι, εἰ μὴ οὕτως ὡς λέξω. Δεῖ τοίνυν τοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς παραμονὴν ἀποστελλομένους, ἐκ τῶν παραμεινάντων τὰς ὄπισθεν καὶ διελθούσας ἡμέρας τὸ φοσσᾶτον, καὶ εἰς τετράδια ἱσταμένους, καθὼς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, δύο ἐξ αὐτῶν ἐμπειροτάτους καὶ ἀνδρείους τῶν εἰς τὴν παραμονὴν ἀπερχομένων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ λαμβάνειν· ἵνα καλῶς παρ' αὐτῶν ἀναδιδάσκωνται, οἷα πρότερον κἀκεῖνοι ἐνήργησαν καὶ ἐθεάσαντο. Αὐτοὺς δὲ

CAPUT XIV.

De discessu equitum a peditatu, quocum iter fecerant.

Illud quoque, o dux, diligenter considerare te oportet, et, si hostes insciente te prædatores emittere, pro-
B vinciasque nostras populari student, intentam habere mentem: ne forte tibi consilium commentumque eorum lateat. Nam quod dicturus sum, iidem alibi quoque patraverunt. Equitatu atque peditatu eorum cum impedimentis una iter faciente, quemadmodum antea diebusque superioribus fecerunt, ei qui prædatum exire volunt, sole ad occasum vergente; impedimenta eorum calonesque omnes, cum peditatu atque equitibus armatis ad præsidium eorum relictis, constitutis tabernaculis more suo consident. Qui vero parati sunt ad incursionem faciendam, populari-
C que regiones nostras constituerunt, ne pulvis eorum cerni possit, circa serum diei prædatum proficiscuntur. Tum, qui speculaturus est castra hostium, sive turmarcha sit, sive alius præfectus, cum manu sua progressus propius accedere debet ad locum, ubi consederunt. Postea, tenebris jam offusis, de more ulterius etiam provecti appropinquent tentoriis illorum, post primam vel secundam horam noctis. At si equites hostium non amplius sunt in castris, jamque exierunt prædatum, fieri sane non potest, ut præfecti, quibus observatio credita est, id recte per-
D spiciant, veritatemque duci renuncient, nisi illo, quem docebo, modo. Oportet qui quotidie ad observationem mittuntur, ut ex iis, qui diebus proxime superioribus castra speculati sint, perque quadrigas consliterint, quemadmodum superius demonstravimus, duos peritissimos atque fortissimos illorum, qui speculatum mitti solent, a duce accipiant: quo accurate ab his edoceantur, quid quisque prius egerit atque viderit. Hos duos in aliquam ex quatuor quadrigis receptos turmarcha ad speculandum ratione ante exposita dimittat, ut,

[a] Codd. σὺν τῆς ἀποσκευῆς.

Fol. 389 verso.

Castra Arabum.

[b] Sic Codd. omnes, debuit.

[c] L. ἀπέρχεσθαι, vel προσέρχεσθαι.

castris appropinquantes, voces hostium jumentorumque hinnitum auscultent. Ibi duo illi milites, qui jam prius hostes in aliis castris observaverunt, universis eorum copiis una tendentibus, poterunt cum ex fremitu strepituque multitudinis, tum ex hinnitu equorum, tum denique ex spatio, quod tentoriis occupant, conjecturam inire. Neque enim tertiam partem amplitudinis reperietur habere locus, qua erat superioribus castris, tunc cum omnes una tendebant. Unde existimationem facere atque intelligere licet, deesse copias hostibus illo loco, neque cum illis in castris consedisse. Qui enim potest fieri, ut id non animadvertant, quando hominum plus minus sex millia, equorum ad duodecim a castris absunt, quæ qui nuper speculati sunt, una tendentia conspexerunt et computaverunt? Attamen, ut, sublata omni dubitatione, veritatem perfectam hac in re speculatores perspiciant, turmarcha speculatum missus, præter hæc illa debet instituere. Equites octo ex peritissimis, viarum apprime gnaros, disponat, ut sive a dextra sive a sinistra ex subsidio, ubi turmarcha constitit, trans castra hostium se conferant, donec a tentoriis quingentos passus absint: in progrediendo diligenter attendant, vias perquirant. Quod si jam prætervecti sunt hostium equites, fueruntque circa ducentos, cognoscet tamen eorum transitum statio, nedum si exstiterunt usque ad duodecim millia equorum, plus minus. Etenim, vestigiis tot jumentorum recens prætergressorum perspicue animadversis, speculatores celerius ad turmarcham reversi cum de hac re renuncient, tum qua via excursionem fecerint. Item turmarcha e vestigio celeritate adhibita et de eo ducem certiorem faciat, et de via qua discesserint. Ducem oportet hac super re cum præfectis, quotquot adsunt, reliquisque peritis viris deliberare. Si suum exercitum satis roboris habere videt ad signa in castra hostium inferenda, ad prælium adversus illos se instruat: si quidem propius absunt pedestres ipsius copiæ, seque eo ipso die conjungere cum eo possunt. At si locus, ubi consederunt hostes, munitionem habet, quæ propugnaculo illis sit, vel rivum transitu impedito, non oportet certamen cum iis instituere. Contra, si planus est undique, et maxime si die oppugnationis pedites asse-

Fol. 390 recto. — Nota equos altero tanto plures quam equites. — Fol. 390 verso.

A τοὺς δύο ἀναμίξας ἑνὶ τῶν τεσσάρων τετραδίων ὁ τουρμάρχης ἀποστελλάτω κατὰ τὸν προεκτεθέντα τύπον τῆς παραμονῆς, ἐγγίσαι τῷ φοσσάτῳ, πρὸς τὸ ἀκούειν τὰς φωνὰς αὐτῶν, καὶ τοὺς χρεμετισμοὺς τῶν ἵππων. Οἱ οὖν δύο ἄνδρες οἱ πρότερον παραμείναντες ἐν ἄλλοις ἀπλήκτοις τῷ φοσσάτῳ, ὅτε καὶ ὁ λαὸς αὐτῶν ἅπας συνῆν καὶ συναπλήκευε, δυνήσονται στοχάσασθαι ἀπό τε τῆς τοῦ λαοῦ ὀχλαγωγίας καὶ ταραχῆς, καὶ τοῦ χρεμετισμοῦ τῶν ἵππων, ἀπό τε τοῦ χώρου, ἐν ᾧ τὰς σκηνὰς ἐπήξαντο. Οὐ γὰρ εὑρεθήσεται ὁ χῶρος τὸ τρίτον μέρος ἔχων, ὃν ἐν τοῖς ὄπισθεν ἀπλήκτοις κατεῖχον, B ὅτε ἅπαντες ὁμοῦ ἠπλήκευον. Καὶ ἐκ τούτου δυνατόν ἐστι στοχάσασθαι καὶ κατανοῆσαι, ὡς ἐπιλείπει ὁ λαὸς τῶν πολεμίων ἐν ἐκείνῳ τῷ χώρῳ, καὶ μὴ εἶναι σὺν αὐτοῖς ἐν τῷ ἀπληκίῳ. Καὶ πῶς γὰρ οὐ δυνατὸν τοῦτο στοχάσασθαι, ὁπόταν ἓξ χιλιάδες ἀνδρῶν, πλεῖον ἢ ἔλασσον, καὶ ἵππων ἄχρι τῶν δώδεκα ἐπιλείπωσιν ἐκ τοῦ ἀπλήκτου, οὓς πάντας ὁμοῦ εἶναι οἱ πρώην παραμείναντες ἑώρων καὶ κατεστοχάζοντο; Διὰ οὖν τὸ ἀμφίβολον, πρός τό καὶ τελείαν λαβεῖν τοὺς παραμένοντας περὶ τούτου τῆς ἀληθείας κατάληψιν, δέον καὶ τοῦτο τὸν εἰς τὴν παραμονὴν ἀποσταλέντα τουρμάρχην διαπράξασθαι. C Ἱππότας ὀκτὼ, ἄνδρας τῶν ἐμπειροτέρων καὶ τὰς ὁδοὺς εἰς ἄκρον ἐξησκημένους ἀπολεξάμενος, διελάσασθαι, εἴτε δεξιᾷ εἴτε εὐωνύμῳ ἐκ τῶν ὄπισθεν, ἐν ᾧ ὁ τουρμάρχης ἵσταται, ἔμπροσθεν γενέσθαι τῶν πολεμίων, ἀφισταμένους τῶν σκηνῶν μιλίου τὸ ἥμισυ· καὶ ἔμπροσθεν γενομένους ἀκριβῶς ἐρευνῆσαι, καὶ τὰς ὁδοὺς ἀναψηλαφῆσαι. Καὶ εἰ ἄρα οἱ τῶν πολεμίων ἱππεῖς διῆλθον, καὶ ἄχρι τῶν διακοσίων ὑπῆρχον, διαγνώσουσι τὴν τούτων διάβασιν οἱ ἀποσταλέντες, μήτοι γε ἄχρι τῶν δώδεκα χιλιάδων ἵππων, πλέον ἢ ἔλασσον. Τὰ γὰρ ἴχνη τῶν τοσούτων ἵππων, ὡς προσφάτως διελθόντων, σαφῶς οἱ ἀποσταλέντες διαγνώσονται, καὶ τάχει πολλῷ D πρὸς τὸν τουρμάρχην ὑποστρέφοντες περὶ τούτου ἀπαγγειλάτωσαν, καὶ διὰ ποίας ὁδοῦ τὴν ὁρμὴν ἐποιήσαντο. Ὁ δὲ τουρμάρχης παραυτίκα σπουδῇ πολλῇ τῷ στρατηγῷ καταμηνυσάτω περὶ τούτου, καὶ διὰ ποίας ὁδοῦ ἐπορεύθησαν. Δεῖ οὖν τὸν στρατηγὸν πρὸς ταῦτα βουλεύσασθαι μετὰ τῶν συνόντων αὐτῷ στρατηγῶν, καὶ λοιπῶν ἐμπείρων. Καὶ εἰ μὲν ὁρᾷ τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα δύναμιν ἔχον τοῦ ἀντιπαρατάξασθαι τῷ τῶν πολεμίων φοσσάτῳ, πρὸς τὴν κατ' αὐτῶν μάχην παρασκευασθήτω· εἴγε πλησίον ἐστὶ καὶ τὸ τῶν πεζῶν αὐτοῦ στράτευμα, δυνάμενον τῇ

αὐτῇ ἡμέρᾳ ἑνωθῆναι αὐτῷ. Εἰ δὲ οὕτως ἐστὶν ὁ χῶρος, ἐν ᾧ οἱ πολέμιοι αὐλίζονται, ὀχύρωμα ἔχων εἰς ἐκείνων ἀσφάλειαν, ἢ ῥύακα δυσδιάβατον, οὐ χρὴ πρὸς τὸν κατ' αὐτῶν ἐξαρτύεσθαι πόλεμον. Εἰ δὲ ἐφόμαλός ἐστι πανταχόθεν, μάλιστα δὲ καὶ τῶν πεζῶν δυναμένων καταλαβεῖν ἐν ἡμέρᾳ τῆς τοῦ πολέμου προσβολῆς, παρασκευασθήτω πρὸς τοῦτο. Εἰ δὲ ὁ χῶρος ὀχυρώματα ἔχει, ὡς ἔφημεν, καὶ τὸ πεζικὸν στράτευμα ἀπολείπει, δέον ὁρμῆσαι τάχει πολλῷ πρὸς τὸ τοὺς κουρσεύοντας τῶν πολεμίων καταλαβεῖν· καὶ ἄρχοντα μὲν χρήσιμον ἀποστεῖλαι, τοῦ ἐπιλαβέσθαι τῶν ἰχνῶν τῶν πρὸς τὴν ἐκδρομὴν τοῦ κούρσου ὁρμησάντων πολεμίων. Αὐτὸς δὲ μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐκ πλαγίου περιπατῶν σπευσάτω ὀξύτερον βαδίζων πλησίον γενέσθαι, καθὼς τὰς ὁδοὺς ἐπίσταται, ἐν αἷς οἱ πολέμιοι περιπατοῦσι. Καὶ μετὰ ἀσφαλείας περιπατείτω. Ἡνίκα δὲ τὸ διάφαυσμα τῆς ἡμέρας ἐγγίσῃ, ἀποστειλάτω βιγλάτορας εἰς κατασκοπὴν τῶν πολεμίων· καὶ εἰς ὑψηλοὺς βουνοὺς ἀνερχόμενοι ἀγωνισάσθωσαν θεάσασθαι αὐτούς. Ὁ δὲ στρατηγὸς, ἡμέρας γενομένης, τὸν ἑαυτοῦ λαὸν ἀποκρυπτέτω, ἵνα μὴ, τὸν κονιορτὸν αὐτοῦ οἱ πολέμιοι θεασάμενοι, μᾶλλον ἐνεδρευθῇ παρ' αὐτῶν. Καταμηνυόμενος δὲ ἢ παρὰ τῶν ἐπακολουθούντων τῷ κούρσῳ, ἢ παρὰ τῶν εἰς ἐπισκοπὴν καὶ βίγλαν ἀποσταλέντων, ἐν ᾧ τόπῳ ἡ παράταξίς ἐστι τῶν πολεμίων ἡ τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν ἔχουσα, ὀλίγους τινὰς μεθ' ἑαυτοῦ λαβὼν ὁ στρατηγὸς καὶ εἰς ὑψηλὴν σκοπιὰν ἀνερχόμενος, σπευσάτω οἰκείοις ὀφθαλμοῖς τὴν τῶν πολεμίων παράταξιν θεάσασθαι. Ταύτην δὲ θεασάμενος, ἐπεὶ καὶ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ αὐτῶν διεσκορπίσθη πρὸς λείαν, στοχαζέσθω μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ τὸ πλῆθος τῆς παρατάξεως τῶν πολεμίων, καὶ τὴν τοῦ ἰδίου λαοῦ ἰσχύν. Καὶ ἐὰν πλεῖον ἐστι[a] τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα τῶν πολεμίων, ὁρμησάτω κατ' αὐτῶν, ὡς ἤδη ἀνωτέρω διετυπώσαμεν· καὶ εἰ παράσχῃ αὐτῷ Θεὸς βοήθειαν, καὶ δυνηθῇ τὴν παράταξιν αὐτῶν τραυματίσαι καὶ καταδιῶξαι, μέγα ἔργον καὶ μνήμης ἄξιον ἐπιτελέσει. Εἰ δὲ πλῆθός ἐστι τοῦ λαοῦ ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν παρατάξει, δέον ἐστὶ σπουδάσαι τὸν στρατηγὸν ἔμπροσθεν γενέσθαι, ἐν οἷς χωρίοις οἱ πολέμιοι τὰς ἐκδρομὰς ἐποιήσαντο, ἐκ τοῦ ὄπισθεν αὐτῶν γενόμενον. Καὶ τούτων διεσκεδασμένων ἐπιτυγχάνων, καὶ τῇ ἐλασίᾳ ἐκλελυμένων καὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἵππων αὐτῶν, εὐχερῶς τούτοις καταγωνίσεται δι' ὅλης τῆς ἡμέρας, ἀναψηλαφῶν αὐτοὺς ἐν τοῖς χωρίοις· κἀκείνους μὲν

A qui eum possunt, paret se ad dimicandum. At si locus munitionem habet, quemadmodum diximus, pedestres autem copiæ absunt, oportet celerius movere ad prædatores hostium opprimendos, præfectumque probum mittere, qui hostium prædatum profectorum vestigiis instet. Ipse cum omnibus copiis obliquo itinere appropinquare citato gradu properet, prout vias cognitas habet, in quibus hostes ambulant. Id iter magna cum cautione faciat. Dein imminente primo diluculo exploratores dimittat, qui de hostibus inquirant: B hi, collibus editis conscensis, operam dent, ut contemplari eos possint. Ubi illuxit, dux copias suas occultet, ne, excitato earum pulvere, ipse potius in adversariorum insidias incidat. Dein certior factus vel ab his qui prædatores secuti sunt, vel ab illis quos circumspiciendi explorandique causa dimisit, ubi agat illud hostium vexillum, in quo præfectus eorum sit, paucis assumtis dux in excelsam ascendens speculam conetur propriis oculis aciem hostium considerare. Qua perspecta, ubi multitudo eorum se diffuderit prædatum, æstimet cum iis qui una sunt, C tum copias in acie hostili stantes, tum suæ manus firmitatem. Si suus exercitus amplior est hostili, incitet se in eos, ut jam superius descripsimus: ac si, Deo auxilium præbente, aciem eorum sternere potest et fundere, magnum sane facinus memoriæque dignum efficiet. Sin ingentes copiæ sub signis hostium constiterunt, operam dare debet dux ut ulterius moveat, ad vicos quos adversarii invaserunt, ita ut a tergo eorum existat. Quos si dispersos cursuque cum ipsos tum jumenta fessos deprehendit, nullo negotio eos per totum illum diem occidet, perque vicos D indagabit: ipsos numero servorum habebit, in eosque suo arbitratu statuet. Rusticos, et quicquid ex eorum bonis rapere jam potuerunt, a servitute vindicabit. Si autem in fulcum incidit, quod excursorum tuendorum causa subsequitur, ad illud adoriendum se paret, quemadmodum superius exposuimus, et, Deo obsecundante, prælio facto superabit. At si illis, qui ea nocte speculatum hostes missi sunt, adversa quædam acciderunt, ut non potuerint hos prævertere, locumque occupare, unde et videre castra et audire voces

Castra hostium ubi.

Fol. 391 recto

[a] Sic Codd.

Fol. 391 verso

adversariorum licuisset : ideoque prædatores profecti sunt, sicut diximus, priusquam de illis certam veramque notionem capere potuerunt : unde accidit, ut explorati super hac re nuncii, ad ducem afferendi, mandatumque, quod transmitti ad eum debet, diutius morentur: si modo circa horam nonam noctis vel etiam serius dux de eruptione certior fit, videtque angustias temporis, et prædatores hostium, de die profectos, itinere noctu non intermisso procul esse debere, fierique non posse, ut dispersos illos deprehendat : expedit oppugnationem castrorum instruere. Ac si in loco, ubi consiederunt, permanere totum diem volunt, comparet se ad confligendum, quemadmodum superius de oppugnatione castrorum instituenda exposuimus. Tametsi non persedebunt eo loco, quod properabunt cum equestribus copiis prædatum egressis celerius conjungi. Ita si illos iter facientes deprehendit dux, alacriter ad manum conserendam se invehat, sicut in capite de itinere exercitus, quando a prædatoribus sejunctum est, præscripsimus. Quæ si omnia diligenter dux egerit modo ante dicto, auxilium habens ex Deo sanctaque et immaculata matre ejus Deipara, magnum ac memorabile facinus efficiet.

[a] Vide supra 131. D.

Fol. 392 recto.

[b] Vide supra 132. B

λόγῳ ἀνδραπόδων καλασπίσῃ, καὶ ὡς βούλεται τοῖς κατ' αὐτῶν χρήσηται. Τοὺς δὲ γεωργοὺς ἐλευθερώσῃ τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ εἴ τι ἂν ἔτυχον τῶν αὐτῶν λαβεῖν. Εἰ δέ γε καὶ φούλκῳ συναντήσῃ τῷ εἰς φυλακὴν ἐπακολουθοῦντι τῶν ἐξελαυνόντων, παρασκευασθήτω πρὸς τὸν κατὰ τοῦ φούλκου πόλεμον, καθὼς ἔμπροσθεν ἐξεθέμεθα[a], καὶ Θεοῦ συνεργίᾳ τῆς κατ' αὐτῶν μάχης κρατήσῃ. Εἰ δὲ τοῖς ἐν τῇ αὐτῇ νυκτὶ παραμεῖναι σταλεῖσι τοῖς πολεμίοις ἐναντία ἀπηντήκασι συναντήματα, διὰ τὸ μήπω προκαταλαβεῖν αὐτούς, καὶ εἰς τοὺς τόπους γενέσθαι, ἐν οἷς τὸ φοσσάτον βλέπειν ἠδύναντο, καὶ τὰς φωνὰς αὐτῶν ἐνωτίζεσθαι· καὶ τὸ κοῦρσον αὐτῶν προεξῆλθεν, ὡς ἔφημεν, πρὶν τὴν περὶ τούτου ἀκριβῆ λαβεῖν αὐτοὺς τῆς ἀληθείας κατάληψιν· καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου συναντήματος βραδύναι καὶ χρονίσαι συνέβη τὴν πρὸς τὸν στρατηγὸν ἀποστελλομένην βεβαίαν ἀπαγγελίαν τοῦ πράγματος, καὶ τὸ πρὸς τὸν στρατηγὸν ἀποστελλόμενον μανδάτον· εἰ μὲν πρὸς ὥραν ἐννάτην τῆς νυκτὸς καὶ ἐπέκεινα καταμανθάνῃ ὁ στρατηγὸς περὶ τούτου, καὶ ὁρᾷ τὸ στενὸν τοῦ καιροῦ, ἐπεὶ καὶ τὸ κοῦρσον τῶν πολεμίων ἔτι τῆς ἡμέρας ἐπικρατούσης τὴν κίνησιν ἐποιήσατο, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς πόρρω που γενέσθαι ἔμελλε, καὶ οὐ δυνατὸν, τούτοις διεσκεδασμένοις καταλαβεῖν· χρὴ αὐτὸν εἰς τὸν κατὰ τοῦ φοσσάτου εὐτρεπισθῆναι πόλεμον. Καὶ εἰ μὲν διημερεῦσαι βουληθῶσιν ἐν ᾧ αὐλίζονται τόπῳ, παρασκευασθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν κατ' αὐτῶν μάχην, καθὼς ἀνωτέρω τὸν κατὰ τοῦ φοσσάτου πόλεμον γενέσθαι ἐξεθέμεθα. Ἀλλ' οὐκ ἂν διημερεύσωσιν ἐν αὐτῷ τῷ χώρῳ, διὰ τὸ κατεπείγεσθαι ταῖς ἱππικαῖς αὐτῶν δυνάμεσι ταῖς εἰς λείαν ἐκδραμούσαις τάχιον ἑνωθῆναι. Καὶ ὁδοιπορούντων αὐτῶν ἐπιτυγχάνων ὁ στρατηγὸς, προθύμως εἰς τὸν κατ' αὐτῶν ὁρμησάτω πόλεμον, καθὼς καὶ περὶ τοῦ ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ φοσσάτου διακεχωρισμένου τοῦ κούρσου[b] προειρήκαμεν. Καὶ πάντα ἐπιμελῶς ποιοῦντος τοῦ στρατηγοῦ κατὰ τὴν προτέραν διάταξιν, τὴν τοῦ Θεοῦ ἔχων βοήθειαν καὶ τῆς ἁγίας καὶ παναχράντου μητρὸς αὐτοῦ καὶ Θεοτόκου, μεγάλην καὶ ἀξιόλογον δουλείαν ἐπιτελέσει.

CAPUT XV.

De cautione.

QUAPROPTER te, o dux, oportet vigilantiam cautionemque omnem adhibere, ne subitam vim patiare, neve de improviso in te hostes impressionem faciant. Tutum autem tectumque te præstabis, si singulis diebus mittuntur a te qui exercitum hostium speculentur, eo loco ubi consederit. Diligentiam enim adhibent omnemque rationem ineunt, quemadmodum nec opinato

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε΄.

Περὶ ἀσφαλείας.

Δεῖ οὖν σε, ὦ στρατηγὲ, πᾶσαν ἀσφάλειαν καὶ φυλακὴν ἔχειν, τοῦ μὴ αἰφνιδιασμὸν ὑποστῆναι, καὶ ἀδοκήτως τοὺς πολεμίους κατὰ σοῦ τὴν ἔφοδον ἐργάσασθαι. Ἕξεις δὲ τὴν φυλακὴν καὶ ἀσφάλειαν, εἴγε καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποστέλλονται παρὰ σοῦ οἱ ὀφείλοντες παραμένειν τῷ τῶν πολεμίων φοσσάτῳ, ἐν ᾧ τόπῳ αὐλίζονται. Ἐκείνων γὰρ διὰ σπουδῆς τιθεμένων καὶ πᾶσαν μηχανὴν καταβαλλομένων, ἀδοκή-

τως

A τως σοι ἐντυχεῖν, τοῦ καταγωνίσασθαί σε, εἰς βλάβην μὲν καὶ ἀπώλειαν τοῦ χριστωνύμου λαοῦ, καὶ ἀδοξίαν τῶν κραταιοτάτων Ῥωμαίων· εἰς ἔπαρσιν δὲ καὶ γαυρίαμα τῶν ἀλαζόνων τῆς Ἄγαρ υἱῶν καὶ ἀρνητῶν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· συμβαίνει γὰρ κατασχεθῆναι παρ' αὐτοῖς δεσμώτας τῶν ἡμετέρων, ἢ καὶ αὐτομόλους γενέσθαι, καὶ παρ' αὐτῶν μαθεῖν, ἐν ποίῳ τόπῳ αὐλίζῃ. Ἵν' οὖν μὴ νυκτὸς τὰς ἱππικὰς δυνάμεις αὐτῶν ἀνελόμενοι ἐξελάσωσι καταλαβεῖν σε, καὶ ἀδοκήτως ἐπιπέσωσι· διὰ ταῦτα δέον τοὺς παραμένοντας, ἡνίκα τῆς ταραχῆς τοῦ λαοῦ τῶν πολεμίων αἴσθωνται πρὸς κίνησιν, B εὐθέως τάχει πολλῷ καταμηνύσαι, ὅτι τε ὁ λαὸς διεταράχθη πρὸς κίνημα· πάλιν δὲ ἀποκινούντων, δι' οἵας ἂν ὁδοῦ τὴν πορείαν ποιῶνται· καὶ αὖθις καταμηνύειν, ὅ, τι τε πλῆθος λαοῦ ἀπεκίνησεν, καὶ ἣν ὁδὸν πορεύονται, εἴτε ἅπαντες σὺν τῷ πεζικῷ, εἴτε οἱ ἱππεῖς μόνοι. Ὁ δὲ στρατηγὸς μὴ θαρρείτω μόνον εἰς τὰ ἐρχόμενα πρὸς αὐτὸν μανδάτα τῶν παραμενόντων τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ καὶ βίγλας ἐχέτω διπλᾶς, ἐξώβιγλα καὶ ἐσώβιγλα, ἔστι ὅτε καὶ τριπλᾶς· καὶ ἐν νυκτὶ μὲν τὰς ὁδοὺς φυλάττειν, καὶ ἐν οἷς τόποις διάβασιν ὑφορᾶται πολεμίων· ἐν ἡμέρᾳ δὲ, μὴ μόνον τὰς ὁδοὺς φυλάττειν τοὺς βιγλάτορας, ἀλλὰ καὶ εἰς τόπους ἀνέρχεσθαι C ὑψηλοτάτους· πρὸς τὸ δύνασθαι αὐτοὺς εὐχερῶς ὁρᾷν μὴ μόνον καπνοὺς καὶ κονιορτοὺς, ἀλλὰ καὶ λαοὺς τῶν πολεμίων, εἴπερ ἔρχωνται. Πλείονας δὲ εἶναι τὰς βίγλας ἔφημεν, διὰ τὸ, εἴ ποτε συμβῇ τὴν πρώτην ὑπὸ τῶν πολεμίων ἁλῶναι, ἡ μετ' ἐκείνην, τοὺς πολεμίους θεωροῦσα, τῷ στρατηγῷ τὴν τῶν ἐχθρῶν καταμηνύσῃ ἔλευσιν. Καὶ δὶς δὲ ἐν νυκτὶ μεταπληκεύειν δεῖ τὸν στρατηγὸν, καὶ ἐν ἡμέρᾳ ὡσαύτως. Καὶ μεταπληκεύων μὲν τοὺς βιγλάτορας μετ' αὐτοῦ λαμβανέτω· καταλιμπανέτω δὲ ἐν ᾧ τόπῳ ηὐλίζετο ἓξ ἄνδρας ἢ ὀκτὼ, τοὺς ὑποδοχαρίους καλουμένους, μετὰ καί τινος ἄρχοντος D τῶν χρησίμων· ἵνα οἱ πεμπόμενοι παρὰ τῶν παραμενόντων τοῖς ἐχθροῖς μανδάτα φέροντες, προσερχόμενοι, δι' αὐτῶν τῷ στρατηγῷ ἀποκομίζωνται. Ἐν ᾧ δὲ πάλιν τόπῳ ὁ στρατηγὸς ἀπληκεύσει, τὰ ἐξώβιγλα ἀποστελλέτω. Ἔστωσαν δὲ ἀνὰ τέσσαρες ἄνδρες ἐν ἑκάστῳ σταδίῳ· ἵνα, τῶν δύο καθευδόντων νυκτὸς, οἱ δύο γρηγορῶσι.

A tibi superveniant, teque opprimant, ad calamitatem et internecionem populi christiani, ignominiam bellipotentium Romanorum, elationem autem atque jactationem arrogantium filiorum Agar, inficiatorum Christi Dei nostri: etenim usu venit, ut quidam de nostris captivi fiant, aut transfugiant, unde doceantur, quo loco tendas. Igitur ne noctu assumto equitatu moveant ad te invadendum, teque improviso opprimant: idcirco oportet speculatores, simul ac fremitum profecturæ multitudinis apud hostes audiant, confestim B properatione magna renunciare, cooriri copias ad abitum: deinde, postquam egressi sint, qua via iter faciant: denique illud quoque declarare, quantæ copiæ exierint, qua parte, utrum universi cum peditatu, an equites soli. Neque tamen dux solis significationibus a speculatoribus factis fidem debet tribuere, sed stationes quoque habeat duplices, exteriores et interiores, aliquando etiam triplices: noctu, ut vias et loca custodiant, qua hostes erupturos suspicatur: interdiu, ut excubitores non solum itinera observent, sed etiam in loca editissima evadant, unde fumos C et pulveres, tum etiam globos hostium, si qui veniant, videre nullo negotio possint. Plures autem esse debere excubias ideo diximus, ut, si quando prior ab adversariis intercepta sit, tamen quæ citra stet, hostes conspicata, eorum adventum renunciare duci possit. Stationem bis qualibet nocte mutare debet dux, et toties quovis die. Qua in migratione excubitores secum transducat: in loco autem, unde movit, relinquat sex aut octo milites, quos hypodocharios vocamus, cum aliquo bono præfecto: ut missi a speculatoribus nuncii, si advenerint, per hos ad ducem D perducantur. Ipse dux, quo in loco denuo considet, inde rursus stationes exteriores dimittat. Sint autem in qualibet statione milites quaterni: ut, binis noctu dormientibus, bini vigilare queant.

Fol. 392 verso.

Stationes exteriores et interiores.

Fol. 393 recto.

A

CAPUT XVI.

De submovendis impedimentis.

ILLUD quoque, o dux, observare te oportet, ut, quando propius accedere ad hostes velis, impedimenta abs te remota longius amandes, in communitum locum vel oppidum, tradita illorum cura viro probo ac perito: cui item equites valentes aliquot attribuendi sunt, per quos excubiæ impedimentorum custodiendorum causa fiant. B Si denuo tibi opus est, manda præfecto, cui est illorum cura credita, ut moveat in locum, ubi se tecum conjungere jussus est. Ita autem ablegans impedimenta, debes tecum sumere cibaria militum et pabula jumentorum, in duos dies vel tres, quæ vel a mulis velocibus vehantur, vel etiam supra equos in sagmis. At quando prædatores hostium insequi noctu velis, omnes milites, quotquot idoneos ad pugnandum habes, loricati esse debent, et telum ad præliandum aptum unusquisque in manibus teneat. Habe etiam globum, quem saca vocamus, a tergo C subsequentem. Si per loca impedita hostes iter faciunt, debent singuli numeri, atque vexilla, si qua adsunt, separatim ambulare: primo dux, qui ipse tamen turmarcham hostes speculantem longo intervallo subsequatur: dein reliqua, sive numeri sint sive vexilla, unum post unum: ut ordinatim procedant noctu, absque clamore ac strepitu. Turmarchæ, qui prædatores insequitur, præscribere debes atque imperare, ut diligentiam atque vigilantiam summam adhibeat, ne hostes, certiores facti te insequi, delectos fortesque milites numeroque manum tur- D marchæ superantes a se sejunctos latebris occulant, teque nec opinato adoriantur: cujusmodi insidias a Tarsensibus superius factas vidimus. Tunc enim dux conspicatus pulverem eorum, qui non vere, sed simulata incursione, prædandi causa exierant, pauci illi quidem et infirmi, cum ad illos invadendos properaret, turmarcha autem hostes insequens, negligentius re gesta, latebras parum curiose scrutaretur, in eorum insidias imprudens incidit. Igitur ejusmodi res ut ne fiat, oportet te,

Sagmæ s. sagmosellia. Vid Ducang. Glos. II. 1318 C.

Fol. 393 verso.

Tarsenses qua ratione bellum gerant.

* f. χωρίοις.

ΚΕΦΆΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Περὶ διαχωρισμοῦ τοῦ τούλδου.

Δεῖ οὖν σε, ὦ στρατηγὲ, καὶ τοῦτο παραφυλάττειν, καὶ ἡνίκα πλησιάσαι μέλλῃς τοῖς πολεμίοις, τὸ τοῦλδον ἀπὸ σοῦ διαχωρίζειν καὶ ἀποστέλλειν μήκοθεν, ἐν ὀχυρῷ τόπῳ ἢ ἐν κάστρῳ, ἄνδρα τινὰ τῶν χρησίμων καὶ ἐμπείρων ἐφιστῶν, προνοεῖσθαι αὐτοῦ· καὶ ἱππεῖς μαχίμους ἀνδρῶν ὀλίγους τινὰς παρέχειν τῷ ἄρχοντι τοῦ B τούλδου, ὅπως δι' αὐτῶν αἱ βίγλαι κρατῶνται εἰς φυλακὴν τοῦ τούλδου. Ἡνίκα δὲ πάλιν ἐν χρείᾳ τούτου γένηται, καταμηνύειν τῷ ἐμπεπιστευμένῳ τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ ἄρχοντι, ἐλθεῖν ἐν ᾧ τόπῳ διωρίσθη τοῦ ἑνωθῆναί σοι. Τοῦ μέντοι τούλδου ἀπὸ σοῦ διαχωριζομένου, ἀναλαμβάνειν σε δεῖ ἐπισιτισμὸν τοῦ λαοῦ καὶ ταγὰς τῶν ἵππων, δύο ἡμερῶν ἢ τριῶν, βασταζομένας εἰς ταχεῖς ἡμιόνους, ἢ καὶ ἵππους ἐν τοῖς σαγμοσελλίοις. Ἡνίκα δὲ μέλλῃς κούρσῳ τῶν πολεμίων ἀκολουθῆσαι νυκτὸς, ἅπαν τὸ μάχιμον στράτευμα τεθωρακισμένον ἔσω, ἑκάστου τὸ ἐπιτήδειον πρὸς τὸ πολεμεῖν ὅπλον ἐν χερσὶν ἔχοντος. Ἀλλὰ καὶ τὸ λεγόμενον σάκα ὄπισθεν C ἔχε, ἐπακολουθοῦν σοι. Καὶ εἰ μὲν διὰ δυσβάτων τόπων ἡ πορεία τῶν πολεμίων γένηται, δέον ἰδίως ἓν ἕκαστον θέμα, ἢ καὶ τάγμα, εἰ πάρεισιν, ὁδοιπορεῖν· ὁ μὲν στρατηγὸς ἔμπροσθεν, ἑπόμενος τῷ τουρμάρχῃ τῷ ἀκολουθοῦντι τοῖς πολεμίοις κατὰ πολὺ πόῤῥω· εἶθ' οὕτως καὶ τὰ λοιπὰ, εἴτε θέματα εἶεν εἴτε τάγματα, καθὲν τῷ ἑτέρῳ ἐφεπόμενον· διὰ τὸ καὶ καλῶς ὁδοιπορεῖν ἐν νυκτὶ, καὶ ἄνευ κραυγῆς καὶ θορύβων. Τῷ δὲ τουρμάρχῃ, τῷ ἐπακολουθοῦντι τῷ κούρσῳ, παραγγεῖλαι καὶ ἐξασφαλίσασθαι, ἀκρίβειαν ἔχειν ὑπερβάλλουσαν καὶ ἐγρήγορσιν, μή ποτε οἱ πολέμιοι αἰσθόμενοι ἐπακολουθεῖσθαι αὐ- D τοὺς παρὰ σοῦ, διαχωρίσωσι μὲν τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτῶν μαχίμους τοὺς πλείονας τοῦ ὑπ' αὐτοῖς λαοῦ, καὶ ἀποκρύψωσιν εἰς λόχους, καὶ ἀδοκήτως κατὰ σοῦ ἐπιθῶνται· ἐπειδὴ τοιαύτην ἐνέδραν παρὰ τῶν Ταρσιτῶν ἐν τοῖς ἄνω χωρείοις* γενομένην εἴδομεν. Τοῦ γὰρ στρατηγοῦ ποτε θεωμένου κονιορτοὺς τῶν εἰς λείαν ἐξελαυνόντων, οὐκ ἐν ἀληθείᾳ, ἀλλ' ἐν σχήματι κούρσου, ὀλίγων καὶ τούτων εὐτελεστέρων, καὶ κατ' αὐτῶν ἐπελθεῖν ἐπειγομένου, καὶ τοῦ τουρμάρχου τοῦ ἐπακολουθοῦντος τῷ κούρσῳ καταμελήσαντος, καὶ μὴ τοὺς λόχους καλῶς ἐρευνήσαντος, ἀδοκήτως τῷ ἐγκρύμματι περι-

πέπτωκε. Καὶ ἵνα μὴ τοῦτο γένηται, δεῖ σε, ὦ στρατηγὲ, πολλὴν τὴν ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι, καὶ ἐρευνᾷν τὰς κοίλους τῶν τόπων καὶ ἀποκρύφους[a], διὰ καβαλλαρίων ἵππους ἐχόντων ταχεῖς καὶ ἀκριβῆ εἴδησιν τῶν τόπων· καὶ περὶ τὸ διάφαυσμα διχῆ διελεῖν τὸ στράτευμα, εἴγε οὐ πλῆθός ἐστι, καὶ εἰς τρεῖς ἀριθμεῖται χιλιάδας[b]· καὶ τοὺς μὲν παραιτοπράτους καὶ τὰς τραγὰς τῶν ἵππων ἐπιφερομένους μήκοθεν ἀποστέλλειν ἐν ὀχυρῷ τόπῳ. Τὰς δὲ παρατάξεις οὕτως δεῖ παρασκευάσαι, διὰ τὰς τῶν πολεμίων ἀδοκήτους ἐνέδρας. Καὶ ἡ μὲν πρώτη ἐχέτω ἀρχηγὸν τῶν ἀξιολογωτέρων στρατηγῶν, καὶ τὸ τρίτον μέρος τοῦ ὑπὸ σὲ λαοῦ, καὶ ὄπισθεν μὲν τοῦ τουρμάρχου ὁδοιπορείτω. Σὺ δὲ μετὰ τῆς μεγάλης παρατάξεως ἐπακολούθει τῇ πρώτῃ, ἔχων καὶ τὸ σάκα ὄπισθέν σου μετ' ὀλίγων ἱππέων ἐπακολουθοῦν· ἵνα, εἰ συμβῇ κατὰ σοῦ ἐνεδρεῦσαι τοὺς πολεμίους, καὶ τοὺς πλείονας αὐτῶν μαχίμους ἄνδρας εἰς λόχους κατακρύψαι, καὶ ἐπελθεῖν τῷ αὐτοῖς ἐπακολουθοῦντι τουρμάρχῃ, δέξηται τοῦτον ἐπιβοηθοῦσα ἡ πρώτη καὶ ἔμπροσθέν σου περιπατοῦσα παράταξις. Εἶτα πολέμου μετ' αὐτῆς συῤῥαγέντος, καὶ τῶν πολεμίων διασκορπιζομένων ἐν τῇ μάχῃ καὶ τὴν τάξιν λυόντων, εὑρὼν αὐτοὺς διεσκεδασμένους ὑπερισχύσεις αὐτῶν. Τῶν δὲ πολεμίων πρὸς τὴν τοιαύτην ἐνέδραν μὴ παρασκευασθέντων, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἐκδραμεῖν καὶ τὰς χώρας λῄσασθαι κατεπειγομένων, χρὴ πρὸ τοῦ διαυγάσαι τὰς τάξεις τοῦ ὑπὸ σὲ στρατεύματος εἰς[c] τόπους ἀποκρύψαι, πρὸς τὸ μὴ τοῖς πολεμίοις φωραθῆναι, καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἐγκρύμμασι καρτερῆσαι ἄχρι τρίτης ὥρας ἢ καὶ τετάρτης τῆς ἡμέρας, ἕως ἂν οἱ πολέμιοι πρὸς λείαν ἐξελάσωσι· καὶ τούτων πόῤῥω γενομένων τῆς τοῦ Ἀμηρᾶ παρατάξεως, μετ' ὀλίγων ἀνδρῶν καταλιμπανομένης, καὶ μὴ πλῆθος ἐχούσης λαοῦ, κατ' αὐτῆς ἐπελθεῖν. Καὶ τρεῖς μὲν ἔμπροσθεν παρατάξεις ἀποστεῖλαι ἰσομετώπους, προσβαλεῖν πόλεμον· σὺ δὲ μεθ' ἑτέρων τριῶν ἢ καὶ τεσσάρων παρατάξεων, ταῖς πρώταις ἑπόμενος, πλησίον ἐπακολουθεῖν. Καὶ ἡνίκα αἱ πρῶται παρατάξεις τῆς ἐκ χειρῶν μάχης ἄρξωνται, καθὼς ὁρᾷς τοὺς οἰκείους ἀγωνιζομένους, οὕτω καὶ βοήθειαν παρέχειν. Καὶ πρῶτον μὲν τὰς ἔνθεν κἀκεῖθεν συνεπομένας παρατάξεις προαποστεῖλαι, τοῖς πολεμίοις συναφθῆναι, καὶ ἐκ τῶν ἄκρων, εἰ δυνατὸν, καὶ ἐκ πλαγίου προσβαλεῖν, καὶ ἐκ χειρὸς μάχεσθαι· εἶτα καὶ σὲ αὐτὸν, εἰ χρὴ, συμβαλεῖν, εἴπερ ἄρα μὴ ἐπικρατέστερος ὁ ὑπὸ σὲ

A o dux, multam cautionem adhibere, locorumque et latebrarum recessus perscrutari, per equites velocibus equis vectos et locorum accurate peritos: porro prima luce exercitum, si magnus est, usque ad ter mille numero, bifariam dividere : equisones, et qui pabula jumentorum portant, procul in communitum locum amandare. Acies, ob insperatas hostium insidias, instruere oportet in hunc modum. Prior præfectum habeat unum de ducibus præstantioribus, et tertiam partem copiarum tuarum : hæc a tergo turmarchæ iter
B faciat. Tu cum acie majori pone priorem incedens, habe item saca tuum a tergo, quod te cum paucis equitibus sequatur : ut si accidit, hostes structis tibi insidiis plerosque suos fortes milites in latebris collocasse, turmarchamque se sequentem invasisse, prior acies, quæ ante te ambulat, subveniat eumque excipiat. Prælio cum illa commisso, quando hostes dimicando disjecti ordines ruperint, tu dissipatos nactus funditus vinces. Si hostes non se parant ad ejusmodi insidias, sed ad excursionem agrorumque populationem properant, debes ante lucem turmas
C tui exercitus in ejusmodi locis occultare, ubi ab hostibus animadverti nequeant, atque in his latebris persistere usque ad tertiam vel quartam diei horam, donec hostes prædatum dilapsi sint : his longius a signis Amiræ digressis, ita ut paucis militibus relictis infrequentia armatis sint, ea invade, tresque acies exæquata fronte præmitte, quæ pugnam capessant : tu cum alteris tribus vel quatuor aciebus priores sequens propius succede. Priores acies postquam manus contulerunt, perinde ut tuos præliantes videbis, ita auxilia subministra. Ac primo quidem acies
D utrumque tuum latus tegentes præmitte, ut hostibus signa inferant, e locisque superioribus, si fieri potest, et ex obliquo irruentes manus conserant : deinde tu ipse, si necesse sit, incurre, si quidem non superiores fiunt tuæ copiæ. Tametsi pauci armati, qui, quemadmodum diximus, sub signis Amiræ relinquuntur, tuo exercitui, ad ter mille hominum numero, ægre resistere poterunt. Nos hæc, ut usus docet, exponimus : tu ut urgens necessitas et tempus flagitat, sic gerere rem debes. Illa enim non doctrina tradit, sed prout divinum

[a] f. ἀποκρύφως.

[b] Cod. B. μονάδας. Sed infra 148. A. & quoque. χιλιάδας.

Fol. 394 recto.

Saca.

[c] Videtur hic excidisse adjectivum.

Fol. 394 verso.

auxilium te corroborabit, ita armorum exitus subsequetur. Si solos tuæ provinciæ milites, o dux, manumque exiguam sub signis habes, nihilominus debes prædatores hostium cum cautione, ne ab illis animadvertare, e longinquo consequi, inque eos solos, qui egressi in vicos dissipantur, impetum facere, quemadmodum superius declaratum est.

λαὸς γένηται. Ἀλλὰ μετ᾽ ὀλίγου λαοῦ, ὡς ἔφημεν, τῆς παρατάξεως τοῦ Ἀμηρᾶ καταλιμπανομένης, ἡ δυνάστεια ἀντισχεῖν περὶ τὰς τρεῖς χιλιάδας τὸ ὑπὸ σὲ ἀριθμούμενον στράτευμα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς ἡ πεῖρα διδάσκει, ἐκτίθεμεν· σὲ δὲ πρὸς τὴν κατεπείγουσαν τοῦ καιροῦ χρείαν τε καὶ πρᾶξιν διατεθῆναι δεῖ. Οὐ γὰρ ἡ παράδοσις δίδωσιν, ἀλλ᾽ ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ ἐπισχύσῃ βοήθεια, ἡ τοῦ πολέμου ἔκβασις ἐπακολουθεῖ. Εἰ δὲ μετὰ μόνου τοῦ ἰδίου θέματος ὑπάρχεις, ὦ στρατηγὲ, καὶ ὀλίγον ἐστὶ τὸ ὑπὸ σὲ στράτευμα, καὶ ὡσαύτως δεῖ σε μετ᾽ ἀσφαλείας πόρρω τὴν τοῦ κούρσου τῶν πολεμίων ἀκολούθησιν ποιεῖσθαι, πρὸς τὸ μὴ παρ᾽ αὐτῶν ἐπιγνωσθῆναι, καὶ κατὰ μόνων τῶν εἰς τὰ χωρία ἐξελαυνόντων καὶ διασκορπιζομένων τὴν ἐπίθεσιν ποιεῖσθαι, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται.

CAPUT XVII.

De hostibus cum ingentibus copiis provincias nostras invadentibus, et de ratione per insidias bellandi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ.

Περὶ τῆς μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐπιτρεχόντων πολεμίων τὰς χώρας ἡμῶν, καὶ τῆς μετὰ ἐγκρυμμάτων παρασκευῆς.

Quod si aliquando omnis hostium equestris atque pedestris vis cum maximis immanibusque copiis provincias nostras ingressa pervadit et populatur, penitusque penetrare eas ac perscrutari constituit : accidit autem, ut eodem tempore in unum locum Romanæ copiæ contractæ sint, easque prope esse hostes audiant : magnopere suo exercitui cavent, neque quemquam permittunt sine præsidio per vicos dissipari. Quinetiam id moliuntur, ut insidias nostris copiis struant, easque ex insperato deprehendere, fundere, concidere student. Tum vero tu quoque magnam vigilantiam præstare debes, ne ex improviso ab illis deprehendare, potiusque contra comminisci aliquid, quo et fundas illos, et dignum viro atque illustre facinus efficias. Nam, ubi semel cladem abs te acceperunt, prædis agendis in finibus nostris non immorabuntur. Itaque convenit, te loca opportuna dispicere, quo excursores hostium cibariorum prædandique spe intrent : iisque locis equites in insidiis locare, qui illos adoriantur. Sint autem equites, qui in insidias sic mittantur, supra ducentos, cum præfecto strenuo, ejusmodi insidiarum plane peritissimo. Et universi exercitus dux, modo ut sex

Fol. 395 recto.

Saracenorum vigilantia.

Εἰ δέ γε τὸ τῶν πολεμίων ἅπαν, ἱππέων τε καὶ πεζῶν, ἄθροισμα μετὰ μεγάλης καὶ βαρείας δυνάμεως τὰς ἡμῶν χώρας ἐξελθὸν ἐπιτρέχει τε καὶ ληΐζεται, καὶ ἐμβαθῦναί τε καὶ διερευνήσασθαι ταύτας διαμελετᾷ· εἰ τύχῃ δὲ, καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν στράτευμα ἐπισυνηγμένον εἶναι, καὶ περὶ τούτου παρουσίαν ἀκουτισθῶσιν οἱ πολέμιοι, ἀσφάλειαν μὲν πολλὴν τοῦ ἰδίου λαοῦ ποιοῦνται, μὴ ἐῶντές τινας, φυλακῆς ἄνευ, ἐν τοῖς χωρίοις διασκορπίζεσθαι. Ἐνέδρας δὲ μᾶλλον κατὰ τοῦ ἡμετέρου λαοῦ ἐξεργάζεσθαι μηχανῶνται, καὶ καταλαβεῖν αὐτοὺς ἀδοκήτως σπεύδουσι, διῶξαί τε, καὶ καταγωνίσασθαι. Ὀφείλεις δὲ καὶ αὐτὸς πᾶσαν ἀσφάλειαν ἐπιδείκνυσθαι, τοῦ μὴ ἀδοκήτως εὑρεθῆναι παρ᾽ αὐτῶν, ἀντιμηχανήσασθαι δὲ μᾶλλον πρὸς τὸ αὐτοὺς προπτώσασθαι, καὶ γενναῖόν τι καὶ ἀξιόλογον ἐργάσασθαι. Καὶ αὐτῶν τραυματιζομένων παρὰ σοῦ, οὐδαμῶς ἐγχρονίσουσι τὰς ἡμετέρας χώρας ληϊζόμενοι. Χρεὼν οὖν ἐστί σοι, διασκοπῆσαι χωρία ἐπιτήδεια, ἐν οἷς οἱ ἐκτρέχοντες τῶν πολεμίων εἰσέρχονται, τροφῶν καὶ λαφύρων ἀναψηλαφήσεως ἕνεκα· καὶ λόχον ἐν αὐτοῖς ἱππικὸν καταστῆσαι, τὸν κατ᾽ αὐτῶν ἐπιθέσθαι μέλλοντα. Ἔστωσαν δὲ οἱ ἱππεῖς οἱ εἰς τὸν λόχον ἀποστελλόμενοι τῶν διακοσίων ἐπέκεινα, ἀρχηγὸν ἔχοντες ἀνδρεῖον, καὶ πάνυ εἰς τὰς τοιαύτας ἐνέδρας ἐμπειρότατον.

ἐμπειρότατον. Ὁ δὲ τοῦ ὅλου στρατεύματος ἀρχηγὸς, ἐξ ἢ πέντε χιλιάδας ἱππέων ἔχων πολεμιστὰς καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν, οὐ πλειόνων ἐν χρείᾳ γενήσεται. Ταύτας τοίνυν διχῆ διελὼν τοὺς μὲν δισχιλίους ἔμπροσθεν εἰς ἐπιτήδειον λόχον καταστησάτω· ἐν ᾧ καὶ σκοπιὰ ἔστιν ὑψηλὴ, ἀπόβλεψιν ἔχουσα, τοῦ μήκοθεν τοὺς διωκομένους τοῦ λαοῦ αὐτοῦ καὶ διώκοντας ὁρᾷν. Ὄπισθεν δὲ τῶν δισχιλίων τοὺς τρισχιλίους, καὶ πεζὸν στράτευμα σὺν αὐτοῖς ἐν ἀποκρύφῳ τόπῳ εἰς ἐνέδραν καταστῆσαι δεῖ, τοῦ τόπου ὀχυρότητα ἔχοντος· εἰ τύχῃ δὲ καὶ κάστρον πλησίον, ἕξει κἀκεῖνο εἰς βοήθειαν. Μὴ σκοπείτω δὲ ὁ στρατηγὸς, μηδὲ κατὰ νοῦν τοῦτο ἐχέτω, ἐὰν πλήθη πολεμίων ἐπιτεθῶσιν αὐτῷ καὶ σφοδρὸς γένηται πόλεμος, ἔνδοθεν τοῦ κάστρου γενέσθαι, πρὸ τοῦ τὸν ἴδιον περισῶσαι λαόν. Τοῦτο γὰρ οὐ μόνον ἀδοξίαν καὶ καταφρόνησιν, ἀλλὰ καὶ βλάβην ἐπάγει, καὶ τῆς χώρας ἀφανισμὸν καὶ πανολεθρίαν. Ἀλλ' ἔξωθεν ἐν τοῖς ὀχυρώμασι τοῖς πλησίον τοῦ κάστρου μετὰ τοῦ πεζικοῦ στρατεύματος ἰσχυρῶς ἀντιμαχέσθω, ἀνάγκης περιπεσών· ἅτε πολλὴν ἐκ τοῦ τόπου ἔχων βοήθειαν, καὶ τὸν τοῦ κάστρου πεζὸν λαὸν εἰς συμμαχίαν αὐτοῦ. Ὁ οὖν ἀρχηγὸς τῶν τριακοσίων, τῶν εἰς φυλακὴν τῶν χωρίων ἀποσταλέντων, εἰς περιωπὴν ἱστάμενος καὶ ὁρῶν τοὺς πολεμίους ἐν τοῖς χωρίοις εἰσερχομένους, ἡνίκα τῶν ἵππων ἀποβάντες τὰς οἰκίας τῶν χωρίων ἀναψηλαφῶσιν, ἑκατὸν καὶ μικρόν τι πλέον ἐκ τοῦ λαοῦ τῶν τριακοσίων διαχωρίσας ἀποστειλάτω, διακελευσάμενος αὐτοῖς ὀξέως κατὰ τῶν πολεμίων ἐπιθέσθαι. Πλείονες δὲ ἔστωσαν οἱ ἀποστελλόμενοι τῶν εἰς τὰ χωρία εἰσερχομένων πολεμίων. Καὶ καθ' αὐτῶν οὕτως ἐπιθέμενοι χάριτι Χριστοῦ πολλοὺς καὶ ἀναλοῦσι, καὶ δεσμώτας λήψονται. Οἱ δὲ περιττεύοντες τοῦ λαοῦ ἡμῶν, ὅσοι τῶν πολεμίων τῶν ἰδίων ἵππων ἐπιβῆναι δυνηθῶσι καὶ φυγῇ χρήσωνται, ἐπιμελῶς τούτους διώξουσιν, ἕως ἂν παρὰ τῶν φούλκων τῶν πολεμίων, τῶν ἱσταμένων εἰς φυλακὴν τῶν ἑταίρων[a] αὐτῶν, ἀποδιωχθῶσιν. Ὁρῶν δὲ τοὺς διώκοντας ὁ τῶν τριακοσίων ἄρχων μὴ εἰς πλῆθος ὄντας, ἀλλ' ἀσυντάκτως καὶ ἀκρατῶς διώκοντας, καρτερησάτω ἐν τῷ ἐγκρύμματι, ἕως οὗ οἱ διωκόμενοι τοῦ λαοῦ αὐτοῦ καταλάβωσι καὶ διέλθωσιν. Εἶθ' οὕτως καὶ αὐτὸς σφοδρῶς κατὰ τῶν πολεμίων ἀπὸ τοῦ ἐγκρύμματος ἐξελθὼν, μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ ὁρμησάτω, καὶ εὐοδωθήσεται τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει καὶ χάριτι. Λήψεται γὰρ καὶ δορυαλώτους, καὶ πολλοὺς καὶ ἀναιρήσει καὶ τραυματίσει. Τῶν οὖν πολεμίων

A aut quinque millia equitum bonorum habeat, et Dei auxilium, plurium non indigebit. Nam his bifariam divisis bis mille præmissos in latibulo opportuno constituat, ubi sit specula edita, prospectum habens, ut ex longinquo milites ejus agitati insequentesque conspici possint. A tergo horum duorum millium altera tria millia, et peditatum cum illis, disponi in insidiis oportet, abstruso munimentumque habente loco : cui si casu castellum subest, id quoque ad firmamentum confert. Neque tamen hoc spectet dux, in animove habeat, Fol. 395 vers.

B ut, vi hostium incumbente pugnaque acerrima commissa, in castellum se conjiciat, antequam saluti militum consuluerit. Id enim non solum dedecus et despectum affert, sed calamitatem etiam, et provinciæ perniciem atque interitum. Quin potius in locis munitis juxta castellum cum peditatu fortiter obsistat, si qua necessitate premitur : habebit ibi cum ex loco auxilium, tum ex præsidio pedestri castelli, opitulatum prodituro. Præfectus trecentorum illorum, qui ad observationem vicorum missi sunt, in specula constitutus ubi viderit, hostes vicos ingressos descen- Dux ne primus aufugiat e prælio.

C disse ex equis casasque paganorum scrutari, paulo plures quam centum a globo trecentorum sejunctos præmittat, jussos ut citati in adversarios incurrant. Debent autem qui mittuntur, numero plures esse quam hostes vicos ingressi. Ita illos invadentes Christi gratia multos et trucidabunt et captivos facient. Qui supererunt ex turma illa, et quotquot adversariorum equis conscensis fugæ se permittere potuerint, eos acriter insequantur, donec ipsi a globis hostium, commilitonum tuendorum causa dispositis, agitentur. Hos persequentes præfectus trecentorum videns Fol. 396 rect.

D non magno esse numero, sed inordinate effuseque ruere, exspectet in latibulo, donec sui milites fugientes advenerint atque prætervecti sint. Tum ipse, in hostes ex insidiis consurgens, cum sua manu signa cursim inferat, et Christi potentia ac gratia rem bene geret. Etenim cum captivos faciet, tum multos concidet et vulnerabit. Affluentibus tamen magis magisque hostibus, auctaque multitudine acriter instantibus, captivos jam factos, equosque eorum atque arma remittat, ut deducantur in locum ubi dux subsidiatur. Ipse cum

a Cod. Tripar.

sua manu servatis ordinibus recedat, hostes ad persequendum irritans atque intelligenter alliciens : neque quisquam ex ejus turma sciat, quibus in locis insidiæ cum duce lateant, præter ipsum præfectum. Hostibus incumbentibus ei magno numero, rapideque insequentibus, quotquot strenui et fortes sunt, et equis valentibus vehuntur, se convertant, insequentesque feriant : quo et suos saucios conservent, et si quorum jumenta aut defessa aut vulnerata sint, his facultatem suppeditent alia conscendendi. Postea remissis habenis a persequentibus aliquantulum cursim se removeant : ut et incumbente sibi hostium vi paulum leventur, et illi equos, ad persequendum festinanter admissos, lassitudine conficiant et exaniment. Nostri fugientes latibulo appropinquantes vel dextra vel læva transeant : ne prorumpentibus insidiis eodem loco occurrant, sibique inter se fraudi sint. At ubi fugientes se cum illis in latibulo conjunxerint, tum se obvertant. Et si ex duabus partibus impressionem in hostes faciunt, id quoque utilitatem nostris copiis afferet. Sit autem locus insidiarum ad eos bene occultandos aptus : neque angustias circa exitum asperitatesve ullo modo habeat, sed planus patulusque sit, neque eorum impetum in hostes perceleremque incitationem impediat, maxime si ad bis mille sint. Tanto enim numero latus atque rectus exitus esse debet ex loco ejusmodi. Item specula, ubi dux insidiarum consistit circumspiciendi causa, idonea sit, ex qua quam longissime hostes insequentes videre, numeroque eorum æstimato, quo modo persecutionem faciant intelligere possit. Persequentes ubi ad insidias appropinquant, invocata numinis ope, acri et vehementissimo atque strenuo impetu, clamore jubiloque sublato, in illos se incitent. Simul fugientes se convertant : ac si e duabus partibus impetus ab illis in hostes fieri potest, illud quoque ad juvandum exercitum momentum habebit. Ita unaquaque re ex præscripto nostro administrata, si, quod caput est, Dei auxilio insuper sublevantur, quanta tum hostium strages internecioque eventura sit, qui harum rerum usum habent sciunt. Qui enim, jumentis longa et citata persecutione defessis, hominibus multo labore pugnæ deficientibus, non

Fol. 196 verso.

Locus insidiis aptus qualis.

* Cod. B, τρισχιλίους.

A ὑπὸ προστιθεμένων, καὶ εἰς πλῆθος αὐξανομένων, καὶ σφοδρῶς ἐπιδιωκόντων, τοὺς μὲν κατασχεθέντας δεσμίους, τούς τε ἵππους αὐτῶν καὶ ὅπλα ἔμπροσθεν ἀποστελλέτω, τοῦ καταλαβεῖν ἐν ᾧ τόπῳ ὁ στρατηγὸς ἵσταται. Κἀκεῖνος εὐτάκτως ὑποφευγέτω μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ, ἐρεθίζων τοὺς πολεμίους πρὸς δίωξιν καὶ ἐμπείρως ἐφελκόμενος· μηδεὶς δὲ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ γινωσκέτω, ἐν οἷς τόποις τὰ ἐγκρύμματα τοῦ στρατηγοῦ ἵστανται, εἰ μὴ μόνος ὁ ἄρχων αὐτῶν. Τῶν δὲ πολεμίων ἐπιτιθεμένων αὐτῷ μετὰ πλήθους λαοῦ, καὶ ἀκρατῶς διωκόντων, ὑποστροφὰς ποιείτωσαν οἱ ὄντες ἀνδρεῖοι καὶ γενναιότατοι, B καὶ ἵππους εὐτόνους ἔχοντες, καὶ πληττέτωσαν τοὺς διώκοντας· ἵνα καὶ τοὺς τραυματίας τῶν ἰδίων διασώσωσι, καὶ ἵππων ἀπονούντων ἢ καὶ πληττομένων ἑτέρων ἐπιβῆναι παρασκευάσωσιν. Εἶθ' οὕτως ἐπιδιδόντες τοὺς χαλινοὺς τῶν ἵππων μετ' ἐλασίας μακρυνθῶσι μικρὸν τῶν διωκόντων· ἵνα καὶ τοῦ βάρους τοῦ ἐπικειμένου αὐτοῖς τῶν πολεμίων μικρὸν κουφισθῶσι, κἀκεῖνοι, ὀξύτερον τοὺς ἵππους ἐλαύνοντες πρὸς δίωξιν, ἀτόνους καὶ λειποψυχοῦντας ἐργάσωνται. Ἐγγιζόντων δὲ τῷ ἐγκρύμματι τῶν διωκομένων τοῦ λαοῦ ἡμῶν, εἴτε δεξιᾷ εἴτε εὐώνυμα διαλαθέτωσαν· ἵνα τοῦ ἐγκρύμματος C ἐξερχομένου μὴ κατὰ τόπον αὐτοῖς συναντήσωσι, καὶ ἀλλήλους παραβλάψωσι. Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν διωκομένων σὺν αὐτοῖς οὖσιν ἐν τῷ ἐγκρύμματι, ὑποστρεφόντων. Καὶ ἐκ δύο μερῶν τῆς ὁρμῆς αὐτῶν κατὰ τῶν πολεμίων γενομένης, εἰς ὠφέλειαν καὶ τοῦτο τοῦ ἡμετέρου λαοῦ γενήσεται. Ἔστω δὲ ὁ τόπος τοῦ ἐγκρύμματος ἐπιτήδειος πρὸς τὸ καλῶς αὐτοὺς ἀποκρύπτειν· στένωμα δὲ ἢ δυσχωρίαν εἰς τὴν ἔξοδον μηδαμῶς ἐχέτω, ἀλλ' ὁμαλὸς ἔστω καὶ εὐρύχωρος, μηδὲν παρεμποδίζων τὴν κατὰ τῶν πολεμίων αὐτῶν ὁρμὴν καὶ ὀξεῖαν ἐπίθεσιν, καὶ μάλιστα περὶ τοὺς δισχιλίους* ὄντων. Ἐπὶ D γὰρ τοσούτου ἀριθμοῦ πλατεῖαν καὶ εὐθεῖαν εἶναι δεῖ τὴν ἔξοδον τοῦ τοιούτου χωρίου. Καὶ ἡ σκοπιὰ δὲ, ἐν ᾗ ἵσταται βλέπων ὁ τοῦ λαοῦ τοῦ ἐν τῷ ἐγκρύμματι ἀρχηγὸς, ἐπιτηδεία ἔστω, ὥστε καθορᾷν ἀπὸ πολλοῦ διαστήματος τοὺς διώκοντας πολεμίους, καὶ τὴν ποσότητα τοῦ λαοῦ αὐτῶν στοχάζεσθαι, καὶ κατανοεῖν, ὅπως τὴν δίωξιν ποιοῦνται. Ἐγγισάντων δὲ τῶν διωκόντων ἐπὶ τῷ ἐγκρύμματι, ἐπικαλεσάμενοι τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν, ὀξεῖ καὶ σφοδροτάτῳ καὶ ἀνδρείῳ ὁρμήματι μετὰ κραυγῆς καὶ ἀλαλαγμοῦ κατ' αὐτῶν ὁρμησάτωσαν. Ὑποστρεφέσθωσαν δὲ καὶ οἱ διωκόμενοι· καὶ ἐκ δύο μερῶν

τῆς ὁρμῆς αὐτῶν κατὰ τῶν πολεμίων γεγενημένης, εἰς ὠφέλειαν καὶ τοῦτο τοῦ ἡμετέρου στρατοῦ γενήσεται. Καὶ εἰ ἀκολούθως πάντα κατὰ τὸν παρόντα προαχθεῖεν διορισμόν, ἔχοντες πρὸ πάντων καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν συνεφαπτομένην αὐτοῖς, οἷα τότε καταστροφὴ καὶ ὄλεθρος τῶν πολεμίων γενήσεται, οἱ πεῖραν τῶν τοιούτων ἔχοντες ἴσασι. Καὶ πῶς γὰρ ἄρα, τῶν ἵππων τῇ μακρᾷ καὶ συντόνῳ διώξει ἠτονηκότων, καὶ τῶν ἀνδρῶν τῷ πολλῷ πόνῳ τῆς μάχης ἐκλελοιπότων, οὐ τὰ κακῶν ἔσχατα τούτοις συμβήσεται; Εἰ δὲ, ὅπερ πάντη ἀνέλπιστόν ἐστιν, ἰσχύσωσιν οἱ πολέμιοι ἀντιστῆναι, πάσης αὐτῶν τῆς δυνάμεως ἐν τῷ τοιούτῳ πολέμῳ παραγενομένης, καὶ καρτερὰ μάχη γένηται παγκρατὶ αὐτῶν μαχομένων, διὰ τὸ τὴν ἧτταν αὐτῶν ἀνακαλέσασθαι, καὶ κατὰ δεύτερον λόγον τοῦτο συμβῇ· δεῖ τὸν τοῦ στρατοῦ ἀρχηγὸν ἀπὸ συνθήματός τινος καὶ διορισμοῦ καὶ σάλπιγγος ἀνακλητικῆς διαχωρῆσαι τοὺς οἰκείους τῆς ἐκ χειρῶν μάχης, ὥστε διδόντων αὐτῶν (πλὴν μὴ σὺν ἐλασίᾳ καὶ φυγῇ ἀκόσμῳ, ἀλλ' εὐτάκτως), ἐρεθίζειν τε τοὺς πολεμίους πρὸς δίωξιν. Ἐπικειμένων δὲ τῶν παρατάξεων τῶν πολεμίων καὶ διωκουσῶν, τῇ μείζονι ἐνέδρᾳ περιπεσοῦνται. Καὶ διωκόμενοι ἐν ἑνὶ μέρει τῆς ἐνέδρας, ὡς ἔφημεν, διερχόμενοι, ἐπὰν κατ' αὐτῶν οἱ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐνέδρᾳ ὄντες ὁρμήσωσιν, ὑποστρεφέσθωσαν παραυτίκα καὶ οἱ διωκόμενοι, καὶ εὑρεθήσονται ἐκ δύο μερῶν τοῖς πολεμίοις μαχόμενοι· καὶ πολλὴν τοῦτο τῷ στρατῷ προξενήσει τὴν ὠφέλειαν. Εἰ οὖν οἱ διώκοντες ἄχρι τῆς ἐνέδρας καταλάβωσι, καὶ ἀπροόπτως ταύτῃ περιπέσωσι, καὶ τολμηρῷ καὶ ἀνδρείῳ ὁρμήματι ἀπὸ τοῦ ἐγκρύμματος κατ' αὐτῶν ἐφορμήσωσι, τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι κατὰ κράτος τούτους ἡττήσουσι, καὶ μέγα κλέος ἑαυτοῖς περιποιήσονται. Εἰ δὲ διά τινα σφάλματα μὴ τελέως δυνηθῶσι τῶν παρατάξεων τῶν ἐχθρῶν περιγενέσθαι, ὡς δύναμιν βαρεῖαν ἐχόντων, καὶ ἰσχυρῶς παγκρατὶ αὐτῶν μαχομένων, ἔχων καὶ τὸ πεζὸν στράτευμα συμμαχοῦν σοι, οὐ μᾶλλον αὐτῶν ὑπερισχύσεις. Καὶ εἰ μὴ κατὰ κράτος ἡττηθῶσιν, ἀλλ' οὖν πολλοὺς αὐτῶν μαχαίρας ἔργον ποιήσῃς, πλείονας δὲ τούτων καὶ ἀνδραπόδων λόγῳ κατάσχῃς, καὶ φόβῳ μεγάλῳ καὶ καταπλήξει ὑποβληθῶσιν· ὡς μηκέτι τολμᾷν ἀδεῶς τὰς χώρας κατατρέχειν καὶ λῄζεσθαι, μᾶλλον δὲ σπεύσουσι τὴν ἰδίαν καταλαβεῖν. Καὶ ταῦτα μὲν, καθὼς οἱ πρὸ ἡμῶν ἡμῖν παρέδοσαν, καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ μακροῦ χρόνου ἐμπειρία, συνεγράψαμεν. Σοὶ δὲ πρὸς τὴν εἰκὸς ἐπερχομένην περίστασιν προσήκει διαγενέσθαι. Οὐ γὰρ ὡς αἱ τῶν ἀνθρώπων βουλαὶ, ἀλλ' ὡς ἡ ἄνωθεν πρόνοια τὰ καθ' ἕκαστον ταλαντεύσῃ, καὶ τὸ τοῦ πολέμου ἔσται πέρας.

A extrema illis mala accident? Si tamen, quod prorsus improbabile est, hostes, universa eorum multitudine in hunc conflictum se demittente, obsistere valent, fitque, omnibus illorum copiis pugnantibus, acre prælium, quod detrimentum acceptum sarcire student, videturque præter exspectationem res casura: debet tunc dux exercitus signo aliquo ac mandato, perque tubam receptui canentem, suos cominus instantes revocare, ita ut terga dent (neque tamen id cursim et fuga effusa, sed ordinate), hostesque ad persequendum B allicere. Ita acies hostium incumbentes seque proruentes in majores insidias incident. Fugientes, ab uno latere latibuli, sicuti diximus, prætervecti, ubi in hostem majores insidiæ consurrexerunt, ipsi quoque protinus se convertant, infestaque signa adversariis utrinque inferentur: quod magno adjumento erit exercitui. Insequentes si usque ad insidias provecti temere in illas irruunt, nostri, audaci atque strenuo impetu ex latebris in illos provolantes, Christi gratia magnifice illos superabunt, magnamque gloriam consequentur. Quod si propter quædam errata penitus fun- C dere acies hostium non potuerunt, quod multitudine infinita copiisque omnibus congregatis acriter præliabantur, tamen, quod peditatum habes simul signa inferentem, melius tu quam illi rem geres. Neque si prorsus debellas, at denique multos eorum gladio conficies, plures in servitutem rediges, formidinemque ac terrorem illis magnum injicies: ut non amplius imprudenter incurrere agros ac vastare audeant, contendantque potius domum redire. Hæc, sicut a majoribus accepimus, et longinqui temporis usu edocti sumus, ita conscripsimus. Te autem convenit D ad unius cujusque rei probabilem eventum accommodari. No netim ut hominum voluntates, sed ut summa providentia quidque ponderat, ita armorum exitus consequuntur.

Fol. 397 recto.

Recessus non cursim faciendus.

Fol. 397 verso.

A

CAPUT XVIII.

De eo, quando oportet ducem bipartito hostes insequi.

Si hostes diutius commorantur, tametsi id quidem parum credendum est de tam male habitis, factisque castris agros nostros incendiis ac vastationibus populantur, neque milites suos longius prædandi causa dimittere audent, debet dux firmam manum post terga hostium (B) in alteram partem, ubi ipse non est, circummittere : et quicunque tria vel quatuor millia passuum a castris digrediuntur, a duobus lateribus eos aggredi ac vexare, frumentationibusque prohibere: ut sic cibariis destituti domum redire cogantur. Quod si vides, o dux, hostes magis etiam sibi cavere, neque frumentatum missis longius progrediendi potestatem facere, ad detrimentum iis inferendum illiusmodi insidias comparare debes. Considera globos hostium, qui ad frumentatorum præsidium egressi longius a castris constiterunt. Quorum si quis tardius ad tentoria se recipit, (C) præstolatus fortasse, donec commilitones, juxta vicos perscrutati, in castra recesserint, hunc circumvenire propera. Ac si excubitoribus peritis adhibitis numerum hostium in hoc globo persistentium inire potes, per majorem numerum virorum valentium ex equitibus electorum insidias adversariis faciendas curabis, delegato ad hoc præfecto strenuo ac peritissimo. Is paucos quosdam ex suis vestimenta rustica induere jubeat : his admisceat aliquot revera paganos atque agricolas. Omnes autem inermes esse debent, capitibus nudis, nonnulli etiam discal- (D) ceati : cuncti equis insidentes, baculos gerentes admodum breves, ad fallendos hostes fidemque illis faciendam, non se esse de exercitu, sed paganos quosdam, qui casarum custodes appellentur. Neque esse debent plus viginti. Hos introducet in vicos, senos simul, aut etiam plures, ita ut non longe inter se distent, jumentaque habeant in ipsis vicis, sive hæc veterina sint ac boves, sive equi et muli. Hos jubeat, circa undecimam horam diei hostibus se in conspectum dare, et a vico ad vicum

Fol. 198 verso.

[a] De hac forma vid. Albert ad Hesych. I. 295. A.

Casarum custodes.

[b] Sic recte cum Ducang. Gloss. I. col. 10. A nisi leg. ξυλοκόντια

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιή.

Περὶ τοῦ, πότε δεῖ τὸν στρατηγὸν ἐκ δύο μερῶν τῶν πολεμίων παραδρομὴν ποιῆσαι.

Εἰ δὲ ἔτι ἐπιμένουσιν οἱ πολέμιοι, ὅπερ ἀνέλπιστόν ἐστι μετὰ τὸ οὕτως τραυματισθῆναι, τὰς χώρας ἡμῶν φωσατικῶς πυρπολοῦντες, καταικαίοντές τε καὶ διαφθείροντες, μηδαμοῦ εἰς κοῦρσον μήκοθεν τὸν λαὸν αὐτῶν τολμῶντες ἀποστέλλειν, (B) χρὴ τὸν στρατηγὸν ἀξιόλογον δύναμιν εἰς τὸ ἕτερον μέρος τῶν πολεμίων ἀποστεῖλαι, ἐν ᾧ αὐτὸς μὴ παρατρέχει· καὶ τοῖς ἀπὸ τριῶν ἢ τεσσάρων μιλίων τοῦ φωσάτου παρεκτρέχουσιν ἔνθεν κἀκεῖθεν ἐπιτίθεσθαι καὶ τραυματίζειν, πρὸς τὸ διακωλύειν αὐτοὺς τροφὰς ἀναλαμβάνειν· ἵνα ὡς ἐκ τούτου σπάνιν ἔχοντες τροφῶν ἀναγκασθῶσιν ὑποστρέψαι. Εἰ δὲ ὁρᾷς, ὦ στρατηγέ, τοὺς πολεμίους ἔτι ἑαυτοὺς παραφυλάττοντας, καὶ μὴ πόῤῥω ἐξελαύνειν τοὺς εἰς συλλογὴν χρειῶν ἀποστελλομένους παραχωροῦντας, καὶ ταύτην τὴν ἐνέδραν εἰς βλάβην αὐτῶν ἐπιτηδεύσασθαι δεῖ. Τὰ φοῦλκα διασκόπησαι τῶν πολεμίων, τὰ εἰς φυλακὴν αὐτῶν (C) ἐξερχόμενα καὶ πόῤῥω τοῦ φωσάτου ἱστάμενα. Καὶ οἷον ἐξ αὐτῶν βραδύτερον ὑποστρέφει εἰς τὰς σκηνὰς αὐτῶν, ἴσως καρτερῶν ἕως οἱ τὰ πλησίον αὐτῶν χωρία ἀνερευνῶντες ἐπίστροι πρὸς τὰς σκηνὰς αὐτῶν ὑποστρέψουσι, κατ' αὐτοῦ ἐνεδρεῦσαι ἐπείχθητι. Καὶ δι' ἐμπείρων βιγλατόρων εἰ δυνατὸν στοχάσασθαι τὴν ποσότητα τῶν εἰς τὸ φοῦλκον ἱσταμένων πολεμίων, καὶ τούτων πλείονας μαχίμους ἄνδρας τῶν ἱππέων ἀπολεξάμενος λόχον γενέσθαι τοῖς ἐχθροῖς παρασκευάσεις, ἀρχηγὸν ἐν αὐτοῖς ἐφιστῶν ἀνδρεῖον καὶ ἐμπειρότατον. Διεστάσθαί τε αὐτὸν ὀλίγους τινὰς τοῦ ὑπ' (D) αὐτὸν λαοῦ χιτῶνας ἀμφιάσασθαι [a] γεωργῶν· συμμίξαι τε αὐτοῖς τῇ ἀληθείᾳ καί τινας τῶν ἀγροτῶν καὶ γεωργικῶν. Ἀόπλους δὲ πάντας εἶναι, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀσκέπους· τινὰς δὲ καὶ ἀνυποδέτους· ἐφίππους δὲ ἅπαντας, ξυλοκόντια [b] κατέχοντας πάνυ κοντὰ, πρὸς τὸ ἀπατῆσαι τοὺς πολεμίους, καὶ δόξαν αὐτοῖς ἐμποιῆσαι, ὡς οὐκ εἰσὶ τοῦ στρατοῦ, ἀλλὰ γεωργοί τινες, οἱ λεγόμενοι οἰκοφύλακες. Μὴ πλείους δὲ τούτους εἶναι τῶν εἴκοσι. Εἰσαγαγὼν δὲ αὐτοὺς ἐν χωρίοις ἀνὰ ἓξ ἢ καὶ πλείονας πλησίον ἀλλήλων, ἔχοντας κτήνη τινὰ ἐν τοῖς αὐτοῖς χωρίοις, εἴτε ὑποζύγια εἶεν καὶ βόες, εἴθ' ἵπποι

ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι. Περὶ δὲ δειλινὴν τὴν ὥραν τῆς ἡμέρας διεσκευάσθαι αὐτοὺς ἐμφανισθῆναι τοῖς πολεμίοις, ἀπὸ χωρίου εἰς ἕτερον χωρίον δρομαίως εἰστρεχομένους καὶ περισπωμένους, ὅπως τὰ κτήνη αὐτῶν ἀναλάβωνται, καὶ πρὸς τὰ ὀχυρώματα διασώσωσι. Τούτους τοίνυν ἡνίκα οἱ εἰς τὸ φοῦλκον ἱστάμενοι πολέμιοι θεάσωνται, τὰ μὲν τῶν κτηνῶν αὐτῶν περιέλκοντας, τὰ δὲ ἀπελαύνοντας, καὶ ἀγρότας εἶναι καὶ γεωργοὺς τούτους ὑποτοπήσουσιν, ἀκρατῶς καὶ ἀφυλάκτως τούτους ἐπιδιώξουσι. Διωκόμενοι δὲ οἱ τὸ σχῆμα τῶν οἰκοφυλάκων καὶ γεωργῶν ὑποδύντες, σπουδάσουσι καταλαβεῖν, ἐν ᾧ τὸ ἔγκρυμμα ἵσταται· καὶ τούτους οἱ πολέμιοι διώκοντες περιπεσοῦνται τῇ ἐνέδρᾳ ἀπαραφυλάκτως. Ἐπὰν δὲ τοῖς λοχήσασι προσεγγίσωσιν, εὐτάκτῳ φρενὶ[a] καὶ ὁρμῇ κατ᾽ αὐτῶν οἱ τοιοῦτοι ἐφορμήσαντες συρραγείτωσαν. Καὶ δῆλον ὡς οὐκ ἀντιστήσονται κἂν πρὸς μικρὸν οἱ πολέμιοι· ἀλλὰ νῶτα δόντες πολλοὶ τούτων καὶ ἀναιρεθήσονται, καὶ δορυάλωτοι γενήσονται. Εἰ δὲ σύνεγγυς ὁ χῶρος εἴη τῆς τῶν ἐχθρῶν στρατιᾶς, ἐν ᾧ τὰ τοιάδε τελεῖται, καὶ πλῆθος τοῦ λαοῦ τῶν πολεμίων εἰς ἐκδίκησιν τῶν διωκομένων ἐξέλθοι, χρὴ τὸν στρατηγὸν καὶ ὄπισθεν τῆς τοιαύτης ἐνέδρας καὶ ἕτερον λαὸν τόπον εἰς ἐπιτήδειον εἰς ἔγκρυμμα καταστῆσαι, ἀπέχον τῆς προτέρας ἐνέδρας μίλια δύο. Καὶ εἴγε, ὡς ἔφημεν, τοὺς ἐν τῇ πρώτῃ ἐνέδρᾳ λαὸς[b] τῶν πολεμίων ἐπιδιώξει, οἱ τοῦ δευτέρου ἐγκρύμματος ἐξερχόμενοι κατ᾽ αὐτῶν τοὺς μὲν οἰκείους περισώσουσι, τοὺς δὲ πολεμίους κατατραυματίσουσι καὶ θανατώσουσι. Δεῖ οὖν τὴν τοιαύτην μηχανήν, ὦ στρατηγέ, περὶ δυσμὰς ἡλίου ἐξεργάσασθαι· ἵνα, ἐὰν πλήθη πολεμίων ἐπέλθωσι τοῖς ἐν τῇ ἐνέδρᾳ, ἡ νὺξ καταλαβοῦσα καὶ τὸν πόλεμον διαλύσασα, ἀβλαβῆ τὸν ὑπὸ σὲ λαὸν διατηρήσῃ.

A trepidanter discurrere satisque agere, quasi pecora sua inde repetere inque loca munita compellere velint. Hostes globatim excubantes, ubi hos partim pecora sua protrahentes, partim ante se agentes conspexerint, agricolas eos et paganos esse rati, effuse atque temere illos persequentur. Hi qui custodum et agricolarum personam susceperunt, si agitantur, festinabunt locum assequi, ubi latentes copiæ consederunt: quos hostes persequentes, imprudentes in insidias incident. Nam ubi his appropinquarint, nostri animo motuque B composito coorti illis occurrant. Ibi perspicuum est, ne tantisper quidem restituros hostes: sed fuga facta multi eorum et interibunt, et captivi fient. Si tamen a loco, ubi hæc geruntur, acies hostium propius abest, adversariique magna multitudine ad tuendos suos fugientes se effundunt, debet dux a tergo harum insidiarum alteram manum loco idoneo collocare, in latibulo, quod a prioribus insidiis duo millia passuum absit. Ac si, ut prædiximus, milites priorum insidiarum vis hostium persequitur, qui in altero latibulo sunt, evolantes in illos, tum commilitones servabunt, tum C adversarios damno et morte afficient. Quo commento, o dux, sub occasum solis oportet uti: ut, etiamsi vis hostium insidiatores urgeat, tamen nox superveniens diremto prælio incolumem tuam manum servet.

Qua hora diei aggrediendi hostes.

a f. φυγῇ.

b Cod. λαός.

Fol. 399 verso.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ΄.

Περὶ καταστάσεως καὶ ἐξοπλίσεως καὶ γυμνασίας στρατοῦ.

Εἰ δέ γε θαῤῥήσωσι κοῦρσον διαχωρίσαι, εὐφυῶς[c] δεῖ σε τούτους ἐπιτηδεύσασθαι, ἀποστέλλοντα τῶν ὑπὸ σέ τινα ἀνδρείᾳ καὶ ἐμπειρίᾳ κεκοσμημένον, μετὰ καθωπλισμένου λαοῦ καὶ ἐξαρκοῦντος, τοὺς διεσκεδασμένους τῶν πολεμίων κατατρέχειν, καὶ ἀναιρεῖν, καὶ δεσμώτας ποιεῖν. Σοῦ δὲ μηδέποτε καταλυέτω ἡ παράταξις· ἵνα, εἰ συμβῇ φούλκοις πολεμίων περιτυχεῖν πλῆθος ἔχουσι λαοῦ, πρὸς φυλακὴν δηλαδὴ τῶν ἐξελθόντων

CAPUT XIX.

D De statu, armatura et exercitatione militum.

Sed si audent catervatim prædatores a se disparare, debes hos solertia adhibita invadere, misso uno de illis qui sub te militant, homine virtute atque usu prædito, cum armata manu quæ sufficiat, hostes dispersos insectari, occidere, captivos facere. Neque tamen tu tuam aciem solvas: ut si accidit, te in globos hostium numero valentes incidere, qui præsidii causa prædatores insecuti sint,

c Cod. εὐφυῶς.

tua acie instructa, prælioque cum globo illo, bonorum ducum more ac perite, ut exposuimus, commisso, expugnes illos, et funditus ad internecionam deleas. Hæc tuæ, o dux, militumque tuorum salutis conservandæ causa monuimus, si quidem tuæ copiæ parvæ sunt, et tenues, ut hostiles illis plurimum præstent. Sed si sub signis tuis numerantur sex aut quinque millia armatorum, magis a fronte adoriri hostes contendito. Et sic callidis consiliis et commentis, si opus est, tum etiam insperatis procursationibus, recte ac perite bellum adversus eos administrans, si habes insuper Christi Dei nostri invictum auxilium pro te propugnans, ex victoria contra hostes magna constitues tropæa. Quanquam fieri non potest, ut cæteris rebus imperatorie ac scienter ad bellum te pares, nisi prius exercueris atque erudieris copias tuas, subigens atque docens illas tum tractandis armis, tum in acerbitatibus ac molestiis laborum ærumnarumque perferendis: ne mollitiei, ignaviæ, temulentiæ, luxuriæ, reliquis nequitiis totos se tradant. Convenit item, ut rogas atque frumentationes plenas accipiant; insuperque donativa et largitiones, ultra consuetas ac præscriptas: ut sic necessitates suas nacti inde et equos optimos et armaturam reliquam comparare sibi possint, et læta mente, parato atque erecto animo pro sacris Imperatoribus nostris universaque republica Christiana periculis objicere sese velint. Sed omnium optimum atque maxime necessarium, quod excitat eorum alacritatem, auget virtutem, stimulat demum, ut vel non audenda efficere conentur, illud est, ut non solum ipsorum et militum sibi ministrantium domus, sed etiam universi eorum necessarii, omnium rerum immunitatem babeant. Hæc a principio antiquitus servabatur circa illos consuetudo, ac permanebat: id ipsum a priscis Imperatoribus, sacris ac beatis illis quidem, et pronunciatum, et in libris militaribus eorum scriptum reperies. Præter immunitatem opus etiam est, ut debitum honorem percipiant, neque despicatui sint, aut injuriam patiantur. Nam pudet me dicere, vel verberari ejusmodi viros, qui vitam ipsam minoris ducant, modo sacris Imperatoribus officium suum præstent, Christianosque liberent et ulciscantur:

A πολεμίων ἐπακολουθοῦσι, τὴν ἰδίαν ἔχων παράταξιν συνισαμένην, πόλεμον μετὰ τοῦ φούλκου συνάπτων στρατηγικῶς καὶ ἐμπείρως, ὡς ἐξεθέμεθα, καταγωνίσῃ τούτους, καὶ τελείῳ παραδώσῃς ἀφανισμῷ. Ταῦτα δὲ εἰς τὴν σὴν ἀσφάλειαν, ὦ στρατηγὲ, καὶ τοῦ λαοῦ φυλάττεσθαι ὑπεμνήσαμεν, εἴγε ὀλιγοστόν ἐστι τὸ ὑπὸ σὲ στράτευμα, καὶ εὐαρίθμητον; καὶ τοῦ τῶν πολεμίων πολὺ ἐλαττούμενον. Εἰ δὲ περὶ τὰς ἓξ ἢ πέντε χιλιάδας ἀπαριθμεῖται τὸ ὑπὸ σὲ μάχιμον, μᾶλλον κατὰ πρόσωπον ἀντιτάξασθαι τοῖς πολεμίοις ἐπιχείρει. Καὶ οὕτως διὰ μηχανικῶν στρατηγημάτων καὶ ἐπιτηδεύ-
B σεων, εἰ χρὴ, καὶ ἀδοκήτων κατ' αὐτῶν ἐπιθέσεων, καὶ εἰ [a] καλῶς καὶ ἐμπείρως τὸν κατ' αὐτῶν μηχανήσῃ πόλεμον, ἔχων τὴν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀκαταμάχητον βοήθειαν συνεπαμύνουσαν, μεγάλα κατὰ τῶν ἐχθρῶν νίκης ἐργάσῃ τρόπαια. Οὐκ ἐνὸν δὲ ἄλλως στρατηγικῶς καὶ ἐμπείρως πρὸς τὸν πόλεμον παρασκευασθῆναί σε, εἰ μὴ πρότερον ἐξασκήσῃς καὶ ἐκπαιδεύσῃς τὸ ὑπὸ σὲ στράτευμα, ἐθίζων αὐτὸ καὶ ἐγγυμνάζων εἴς τε τὴν τῶν ὅπλων μεταχείρισιν, καὶ πόνων καὶ ταλαιπωριῶν τὸ δριμύ τε καὶ ἐπίπονον καρτερεῖν· καὶ μὴ χαυνότητι καὶ ῥαθυμίᾳ, μέθῃ τε καὶ τρυφαῖς καὶ ταῖς
C ἄλλαις ἀσωτίαις τὸ ἑαυτῶν πᾶν ἐπιτρέπειν. Προσήκει γε μὴν, τάς τε ῥόγας αὐτῶν καὶ σιτηρέσια ἀνελλιπῶς τούτους λαμβάνειν· ἄλλας τε δωρεὰς καὶ εὐεργεσίας, πλείους τῶν ἐθίμων καὶ διατετυπωμένων· ἵνα τὸ ἀνενδεὲς ἔχοντες ἐκ τούτων δύνωνται καὶ ἵππους καλλίστους ἐπικτᾶσθαι, καὶ τὰς ἄλλας αὐτῶν πανοπλίας, καὶ χαιρούσῃ ψυχῇ, καὶ προθύμῳ καὶ ἀγαλλομένῃ καρδίᾳ προκινδυνεύειν αἱρῶνται τῶν βασιλέων ἡμῶν τῶν ἁγίων, καὶ παντὸς τοῦ Χριστιανικοῦ πληρώματος. Τὸ δὲ κρεῖττον πάντων καὶ ἀναγκαιότερον, ὅπερ τὸ πρόθυμον αὐτῶν διεγείρει, καὶ τὴν ἀνδρείαν αὔξει, καὶ τῶν ἀτολμήτων ἐρεθίζει καταπολμᾶν, τὸ τελείαν
D ἔχειν ἐλευθερίαν τὰς ἑαυτῶν οἰκίας καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῖς στρατιωτῶν, καὶ τοὺς περὶ αὐτοὺς ἅπαντας. Τοῦτο γὰρ ἀρχῆθεν καὶ ἀπὸ παλαιοῦ εἰς αὐτοὺς καὶ συνετηρεῖτο καὶ διεφυλάττετο· καὶ εὑρήσεις τοῦτο νενομοθετημένον παρὰ τῶν πάλαι ἁγίων καὶ μακαρίων βασιλέων, καὶ ἐν τοῖς τακτικοῖς βιβλίοις αὐτῶν ἐγγεγραμμένον. Πρὸς δέ γε τῇ ἐλευθερίᾳ χρὴ αὐτοὺς καὶ τῆς δεούσης ἀπολαύειν τιμῆς, καὶ μὴ καταφρονεῖσθαι καὶ ἀτιμοῦσθαι [b]. Αἰσχύνομαι γὰρ [c] εἰπεῖν, καὶ τύπτεσθαι τοὺς τοιούτους ἄνδρας, τοὺς μὴ προτιμῶντας τῆς ἰδίας ζωῆς ὑπὲρ θερα-

[a] Sic Cod.

Fol. 399 verso.

Milites in honore habendi.

[b] Sic, pro ἀτιμάζεσθαι, ut paulo post 155. A lin. 9.

[c] Hic incipit fol. 400 rectum.

πείας τῶν ἁγίων βασιλέων, καὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἐλευθερίας καὶ ἐκδικήσεως· καὶ ταῦτα παρὰ φορολόγων ἀνθρωπαρίων, καὶ μηδεμίαν τῷ κοινῷ προξενούντων ὠφέλειαν, ἀλλ' ἢ μόνον ἐκπιεζόντων καὶ ἐκτριβόντων τοὺς πένητας, καὶ ἐξ ἀδικίας καὶ πολλῶν αἱμάτων πενήτων ἑαυτοῖς πολλὰ τάλαντα χρυσίου ἐπισυναγόντων. Δεῖ δὲ αὐτοὺς μηδὲ παρὰ τῶν θεματικῶν κριτῶν ἀτιμοῦσθαι, καὶ ὡς ἀνδράποδα κατασύρεσθαι καὶ μαστίζεσθαι, δεσμά τε καὶ κλοιὰ (ὢ τῆς συμφορᾶς) περιτίθεσθαι τοὺς ἐκδίκους καὶ, μετὰ Θεὸν, σωτῆρας Χριστιανῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἁγίων βασιλέων καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ἀποθνήσκοντας· αὐτοῦ τοῦ νόμου παρακελεύοντος, ἕκαστον ἄρχοντα τοῦ ἰδίου λαοῦ ἐξουσιάζειν, καὶ τούτους κρίνειν. Καὶ τίνος ἑτέρου ἄρα λαὸς οἰκεῖος ὁ τοῦ θέματος, εἰ μὴ μόνον τοῦ στρατηγοῦ, ὃν ὁ βασιλεὺς ὁ ἅγιος ἐν αὐτῷ προεχειρίζετο; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν ἀρχαιοτάτων Ῥωμαίων καὶ τοῦ νόμου τὴν τοῦ ἰδίου θέματος ἐξουσίαν ὁ στρατηγὸς ἐκέκτητο, κρίνων τοὺς ἐγκαλοῦντας ἐπὶ στρατιωτικοῖς πράγμασι, καὶ διοικῶν τὰ ἐν τῷ θέματι ἀνακύπτοντα, ἔχων συνεργὸν τὸν κριτὴν καὶ παρ' αὐτοῦ συνεργούμενος· συνεργῶν δὲ καὶ τῷ πρωτονοταρίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰς τοῦ δημοσίου δουλείας ἐγκεχειρισμένοις. Εἶχε δὲ καὶ ὁ τουρμάρχης τῆς ἰδίας αὐτοῦ τούρμας παρὰ τοῦ νόμου καὶ τῆς βασιλικῆς προστάξεως ὑπ' ἐξουσίας τὰς κρίσεις, κατὰ τοὺς ἐπικρατήσαντας τύπους καὶ τὰ τούτων προνόμια. Εἰ μὲν οὖν τὴν πάλαι κατάστασιν ὁ τῶν ἁγίων βασιλέων λάβῃ στρατὸς, καὶ τὰ λυποῦντα καὶ εἰς πενίαν αὐτοὺς ἄγοντα πόρρω γένωνται τούτων· μεγάλην λήψονται προθυμίαν, καὶ χαρὰν, καὶ ἀγαλλίασιν· καὶ γενναιότεροι καὶ εὐτολμότεροι ἔσονται, ἀκαταγώνιστοί τε καὶ ἀκαταμάχητοι τοῖς πολεμίοις ὀφθήσονται. Καὶ τούτων οὕτως γινομένων, οὐ μόνον τὰς ἰδίας οἱ ἅγιοι ἡμῶν βασιλεῖς ἐκδικήσουσι χώρας, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας πλείστας τῶν πολεμίων καθυποτάξουσιν.

idque ab exactoribus misellis, qui nullam reipublicæ utilitatem afferant, nisi quod exspolient solum et conterant egentes, eque injuriis ac sanguine pauperum plurimo grande auri pondus redigant. Nec magis oportet, ut a judicibus provincialibus contumelia afficiantur, servorumque instar trahantur, pulsentur, in vincula et boias (o rem odiosam) conjiciantur vindices et, post Deum, servatores Christianorum, pro sacris Imperatoribus prope dicam quotidie occumbentes: ipsa lege jubente, ut præfectus in suas quisque copias imperium habeat, easque judicet. Et cuinam milites provinciales proprii sunt, nisi duci soli, quem divinus princeps ea in provincia constituit? Quamobrem etiam ab antiquissimis Romanis auctoritas duci in sua provincia lege erat data, ut actionem intendentes in causis militaribus judicaret, natasque in provincia lites administraret, simul assidente et adjuvante judice: utque ipse et protonotario et reliquis, qui magistratus civiles haberent, operam tribueret. Item turmarcha in causis suæ turmæ ex lege edictoque principali judicium exercebat, secundum formulas tunc usitatas, atque prærogativas illorum. Quod si reponitur in pristinam conditionem divinorum principum exercitus, quæque in luctum egestatemque detrudunt milites, procul ab illis removentur: miram capient alacritatem, hilaritatem, lætitiam: strenuiores et audaciores erunt: inexpugnabiles et invicti adversariis existent. Quibus ita constitutis, sancti Imperatores nostri non modo suas provincias tuebuntur, verum etiam alias plurimas, quæ hostibus obtemperant, sibi subjicient.

Dux olim judex in causis militaribus.

Fol 400 verso

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Περὶ τῶν ἐγχρονιζόντων πολεμίων κατὰ τῆς χώρας ἡμῶν, ἵνα ὁ ἡμέτερος στρατὸς κατὰ τῆς χώρας αὐτῶν ἀπέλθῃ.

Τῶν πολεμίων μετὰ μεγάλης καὶ βαρείας δυνάμεως τὰς χώρας ἡμῶν περιπολούντων*;

CAPUT XX.

De adversariis, si diutius in regione nostra morantur, ut exercitus noster in illorum fines transeat.

Quod si hostes cum magno gravique exercitu provincias obeant, vexent,

* Fort. [illegible]

exinaniant nostras, obsessiones oppidorum facere in animo habeant, caveantque præterea, ne ab exercitu Romano insidiis petantur, ipsique potius ad faciendas illi insidias intenti sint: si non idoneæ copiæ ad castra contra facienda suppetant, quæ pellere eos possint: illud te oportet, o dux, exequi, quod idem superiore memoria factum est, sicut liber demonstrat, quem de ducis officio Leo, celebratæ memoriæ sapientiæque princeps, confecit. Quem qui legerint, præclare quæ dicturi sumus intelligent. Illo enim tempore, cum tota Cilicum gens maximis copiis effer-buisset in provinciam Orientalem, castellumque Misthеæ summa vi oppugnaret, ei qui tunc exercitui præerat mandavit Imperator, ut cum laterculis numerisque in Cilicum fines se inferret: duos autem duces, Anatolici et Opsicii, post se relinqueret, qui ad servandum pro facultate castellum reliquamque regionem hostibus obsisterent. Ita summus copiarum nostrarum dux (is erat tunc Nicephorus cognomento Phocas), per viam quæ Mauriani dicitur in agrum Adanensem facta impressione, prædas ingentes cepit. Cui Adanenses obviam egressi, ad duo millia passuum ab oppido instructa acie, simul atque concurrerunt, terga vertentes Ismaëlitæ effusa fuga disjecti recta ad oppidum contenderunt. Quorum quotquot Romanorum exercituum dux deprehendit, qui intra portas se conjicere non potuissent, eorum partim in hostium numero babuit, partim in servitutem abduxit. Castris dein propter oppidum positis, exciso omni vinearum et arborum fœtu, nitorem locorum circa oppidum amœnitatemque delevit. Postridie ejus diei ad mare usque pervadens exercitus, captivos quam multos nactus pecorumque multitudinem, nullam partem diei itinere intermisso, ad Cydnum flumen, quod Hierax ab accolis vocatur, ultra pontem, per quem iter Adanam versus est, consedit. Inde profectus postridie ad suos fines recipere se cœpit. Hostes Misthеam circumsidentes, cum de Romanorum in suam regionem impressione audissent, obsidione soluta magnaque celeritate adhibita ad suum agrum tuendum reverterunt. Sed inani labore suscepto utraque spe frustrati sunt. Nam dux exercituum Romanorum cum spoliis, prædis, mancipiis permultis, per

* Vid. Leonis Tactic. inter Opp. Meursi edit Lami. VI 775. B et Constantini Tact. ibid. 1375. C.

Vid. [illegible]

Ager Tarsensis [illegible]

Vid. qui sup.

A ἐκπιεζόντων τε, καὶ ἀφανιζόντων, καὶ πολιορκίας κάστρων διαμελετώντων· φυλαττομένων δὲ, τοῦ μὴ παρὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων ἐνεδρευθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτοὺς ἐνεδρεῦσαι μηχανωμένων· εἰ μὴ ἀξιόλογος Ῥωμαϊκὴ δύναμις εἰς ἀντιπαράταξιν τούτων ἐστὶ, δυναμένη τούτους καταγωνίσασθαι· τοῦτο δεῖ σε, ὦ στρατηγὲ, διαπράξασθαι, ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις γέγονε, καθὼς ἡ συντεθεῖσα στρατηγικὴ βίβλος παρὰ τοῦ ἀοιδίμου καὶ σοφωτάτου βασιλέως Λέοντος διαλαμβάνει*. Ἣ καὶ οἱ ἐντυχόντες σαφῶς τὰ περὶ τῶν λεχθησομένων ἐπίστανται. Τὸ γὰρ κατ' ἐκεῖνο B καιροῦ ὁ τῶν Κιλίκων ἅπας λαὸς μετὰ βαρείας δυνάμεως κατὰ τοῦ θέματος τῶν Ἀνατολικῶν ἐξελθὼν, καὶ τὸ κάστρον Μισθείας σφοδρῶς πολιορκῶν, τῷ τηνικαῦτα ἀρχηγῷ τοῦ στρατοῦ ὁ βασιλεύων προσέταξε, μετὰ τῶν θεμάτων καὶ ταγμάτων κατὰ τῆς τῶν Κιλίκων χώρας ἐπιστρατεῦσαι· δύο δὲ τῶν στρατηγῶν, τοῦ τε Ἀνατολικοῦ καὶ τοῦ Ὀψικίου, ἀπολείπεσθαι, τοῦ πρὸς ἐκδίκησιν, ὡς οἷόν τε, τοῦ τε κάστρου καὶ τῆς λοιπῆς χώρας τοῖς πολεμίοις ἀντικαθίστασθαι. Ὁ μέντοι τῶν στρατευμάτων δημαγωγὸς (ἦν δὲ τότε Νικηφόρος ὁ ἐπίκλην Φωκᾶς), διὰ τῆς ὁδοῦ τῆς τοῦ Μαυριανοῦ λεγομένης C κατὰ τῆς χώρας Ἀδάνης τὴν ἐπέλευσιν ποιησάμενος, λείαν ὅτι πλείστην ἠλάσατο. Τούτῳ πρὸς συνάντησιν λαὸς ὁ τῆς Ἀδάνης ἐξῆλθε, καὶ ὡς ἀπὸ μιλίων δύο τῆς πόλεως αὐτῶν ἀντιταξάμενοι, ἅμα τῷ συμπεσεῖν ἀλλήλοις νῶτα μεταβαλόντες οἱ τοῦ Ἰσμαὴλ ἀκόσμῳ φυγῇ καὶ σποράδην εὐθὺ τῆς πόλεως ὥρμησαν. Ὁ δέ γε τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων ἡγούμενος ὅσους τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἔνδον πυλῶν γενέσθαι μὴ δυνηθέντας εὗρε, τοὺς μὲν μαχαίρᾳ συνέκοψε, τοὺς δὲ πρὸς δουλείαν ἠγάγετο. Τοῦ δὲ ἄστεος ἐγγύθι στρατοπεδευσάμενος, ἀμπελώνων καὶ δένδρων τὰ ἔγκαρπα ἅπαντα κατατεμὼν, τό, τε πέριξ τῆς πόλεως λαμ- D πρόν τε καὶ εὔκοσμον ἀπημαύρωσε. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἄχρι θαλάσσης ἐπιδραμὼν ὁ λαὸς αὐτοῦ, αἰχμαλωσίαν ὅτι πλείστην καὶ κτήνη πάμπολλα ἀναλαβόμενος, καὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ὁδοιπορήσας, ἐν τῷ Κύδνῳ ποταμῷ, ὃς Ἱέραξ ἐγχωρίως κέκληται, ἔξωθεν τῆς γεφύρας, ἐν ᾗ ἡ ὁδὸς πρὸς Ἄδανα φέρει, ἠπλήκευσε. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἀπάρας ἐκεῖθεν, τὴν ἰδίαν καταλήψεσθαι ἐπορεύετο. Τὴν τῶν Ῥωμαίων τοίνυν οἱ τὴν Μίσθειαν περικαθήμενοι πολέμιοι κατὰ τῆς ἑαυτῶν χώρας ἐπίθεσιν ἀκουτισθέντες, τὴν πολιορκίαν λύσαντες τάχει πολλῷ πρὸς

πρὸς ἐκδίκησιν τῆς ἰδίας χώρας ὑπέστρεψαν. Ἀλλ' ἀπραγκτήσαντες τῶν ἀμφοτέρων διήμαρτον. Ὁ γὰρ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων ἡγούμενος μετὰ πολλῶν σκύλων τε καὶ λαφύρων καὶ ἀνδραπόδων διὰ τῆς ὁδοῦ τοῦ Καρυδίου λεγομένης τὰ Ῥωμαίων ἤδη κατέλαβε. Πρὸς τούτῳ δὲ καὶ οἱ στρατηγήσαντες τῶν Ἀνατολικῶν καὶ Καππαδοκίας ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, τῶν Ταρσιτῶν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς χώρας τὴν ἐξέλευσιν ποιουμένων, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἐν ταῖς χώραις αὐτῶν εἰσερχόμενοι, ποτὲ μὲν αὐτοὶ ἐκεῖνοι, ποτὲ δέ τινας τοῦ λαοῦ αὐτῶν ἀποστέλλοντες, κατὰ τὸ ἐγχωροῦν τούτους κατετραυμάτιζον. Ὁ δέ γε τὴν ἡγεμονίαν τῆς Λυκανδοῦ καὶ τῶν ἐκεῖσε ἀκριτικῶν θεμάτων ἐγκεχειρισμένος[a] ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις, ὁσάκις ἂν Ἀλὴμ ὁ υἱὸς τοῦ Χαμβδᾶ κατὰ Ῥωμανίας τὴν ἐξέλευσιν ἐποιήσατο, ἢ ἐν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ χρείας ἀναγκαίας αὐτὸν καταπειγούσης μετέβη, κατὰ τῆς χώρας τοῦ Χάλεπι καὶ τῆς Ἀντιοχείας ἐπιτιθέμενος, μεγάλην ἐν αὐτοῖς βλάβην εἰργάζετο· καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ, καὶ ἀρχηγοὺς τῶν φοσσάτων, μεγάλους καὶ περιφανεῖς, δορυαλώτους εἷλε, καὶ τοὺς τούτων μαχίμους ἄνδρας, καὶ πλεῖστα φρούρια. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐν τῇ τῶν Κιλίκων χώρᾳ διεπράττετο, ὡς τῇ Λυκανδῷ συνορευούσῃ[b]. Καὶ αὐτοὺς τοίνυν, ὦ στρατηγέ, ὅτε μετ' ἐπιτηδεύσεως καὶ ἐνέδρας τραυματίζειν τοὺς πολεμίους ἀπορήσεις, διὰ τὸ ἑαυτοὺς ἐπιμελῶς ἀσφαλίζεσθαι καὶ παραφυλάττειν· οὔτ' αὖ πάλιν ἀξιόλογον ἔχεις δύναμιν, πρὸς τὸ φανερῶς αὐτοῖς ἀντιμάχεσθαι· τοῦτο δεῖ σε διαπράττειν· καὶ εἴτε αὐτὸν σὲ κατὰ τῆς χώρας τῶν πολεμίων ἐπείγεσθαι, καταλιμπάνοντα ἄνδρα τῶν ἄλλων στρατηγῶν ἀξιολογώτερον, μετὰ καὶ στρατεύματος τοῦ πρὸς παραδρομὴν καὶ πρόνοιαν τῶν θεμάτων ἐξικανοῦντος· εἴτε, σοῦ τὴν παραδρομὴν ποιοῦντος, τὸν κρείττονα τῶν στρατηγῶν, καὶ ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ πολυπειρίᾳ ὀνομαστὸν καὶ ἐπαινούμενον, μετὰ ἱππικῆς καὶ πεζικῆς ἀξιολόγου δυνάμεως κατὰ τῆς τῶν πολεμίων ἀποστέλλειν χώρας, καὶ χρονίζειν ἐν αὐτῇ, καὶ πυρπολεῖν, καὶ ἀφανίζειν, καὶ κάστρα πολιορκεῖν· ἵνα τοῦτο ἀκούοντες οἱ πολέμιοι, καὶ μὴ βουλομένου τοῦ ἀρχηγοῦ αὐτῶν, ἀναγκάσωσιν αὐτὸν ἐπαναζεῦξαι πρὸς τὴν τῆς ἰδίας χώρας ἐκδίκησιν. Ὁπόταν δὲ τὰς χώρας ἡμῶν καλῶς ἐκκενώσῃς, καὶ φυγαδεύσῃς καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς οἰκοῦντα λαὸν καὶ τὰ τούτων θρέμματα ἐν ὄρεσιν ὑψηλοῖς καὶ δυσβάτοις, καὶ βουληθῶσιν οἱ πολέμιοι ψηλαφῆσαι καὶ ἀνερευνάσασθαι τὰ

A viam, quæ Carydii vocatur, ad Romanos se fines recepit. Præter hæc Anatolicorum quoque Cappadociæque duces superiore memoria, quando Tarsenses in agrum Romanum impressionem fecerant, per aliam viam in illorum regionem ingressi, modo per se ipsi, modo per quosdam suorum eo missos, pro facultate illos vexaverunt. Eadem tempestate is, cui Lycandi erat provinciarumque limitanearum, quæ ibi sunt, commissa cura, quotiescunque Alim Chambdani filius vel in Romanos fines irruptionem faciebat, vel in sua B ipse regione, causa necessaria urgente, castra mutabat, Chalybonensem et Antiochinum ingressus agrum, magnum partibus illis detrimentum afferebat: in potestatemque redigebat suam Alimi propinquos, castris præfectos magnos ac spectabiles homines, eorumque milites, viros fortes, et castella numero plurima. Quod idem in Ciliciensi fiebat tractu, quippe qui Lycando sit finitimus. Quapropter, o dux, siquando industria insidiisque tuis male habere non potes hostes, quod ipsi se diligenter communiant ac tueantur: neque magis idoneas habes copias, ut aperto C Marte decertare possis: id quod diximus facere te oportet: et vel te ipsum in adversariorum limites inferre, relicto præstantissimo ex præfectis tuis, cum manu quæ ad insequendos hostes tuendasque provincias sit satis: vel, si tu ipse hostes sequeris, optimum ex præfectis, qui ob virtutem usumque in re militari nomen sit et laudem nactus, cum idonea equitum militumque copia in regionem adversariorum immittere, qui eam ibi commorans incendiis populationibusque vexet, oppidaque obsideat: ut hac re audita hostes ducem suum vel invitum ad patriam tuendam D signa referre cogant. Quod si agros nostros diligenter exinanieris, incolarumque turbam atque pecora in altos asperosque montes compuleris; hostes autem velint perquirere ea juga ac scrutari, hominesque inde in servitutem abducere, ideoque omnibus cum copiis accedere ad ejusmodi loca, et castra ibi ponere cogitent: debes tu quoque appropinquare locis illis, ad opem tuis ferendam. Ubi si animadverteris, locum, in quo tendant adversarii, montem habere aut crepidinem editam, aptamque, ut inde noctu aggredi eos

a Forte, ἐγκεχειρισμένος.

Alim Chambdani F.

b Codd. συνορὰν αὐτῷ συνορεύσαν.

Fol. 402 recto.

possis, ad hoc mentem convertas. Atque, perspecta bene natura loci, illa adjutus cum pedestribus equestribusque copiis prælium instituas adversus illos noctu, quemadmodum in capite de dimicatione nocturna infra demonstrabitur. Ita vehementer illos vexabis et perterrebis, efficiesque ut inde recedant. Quod si nihilominus permanent ibi-
Fol. 402 verso. dem, diligenterque sese custodiunt ac tuentur, voluntque scrutari montes, in quibus receptacula rusticæ plebis sunt,
a Codd. σὺν. debent per jaculatores ac velites observari a te aditus, et præoccupari. His recte custoditis, qua refugium rusticulis familiisque eorum ac liberis patuit, si hostes per fauces viasque arduas introrumpere conantur, fundentur, maxime peditatu eos invadente. Sin vero cum peditatu conantur eniti, montesque perscrutari, tu ad interiora magisque munita et ab insidiis tuta loca agrestem plebem transducere properato: ipse cum tuis copiis omnibus ducentes eo vias occupa, et diligenter custodi.

A τοιαῦτα ὄρη, κἀκεῖθεν τούτους ἀνδραποδίσασθαι, καὶ πανστρατὶ πλησιάσαι τοῖς τοιούτοις τόποις θελήσωσι, καὶ τὰς σκηνὰς ἐκεῖσε πήξασθαι· ὀφείλεις καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις πλησίον γενέσθαι, εἰς ἐκδίκησιν τῶν οἰκείων. Καὶ εἴγε τὸν χῶρον θεάσῃ, ἐν ᾧ οἱ πολέμιοι αὐλίζονται, ὄρος ἔχοντα ἢ τόπον ὑψηλὸν καὶ ἐπιτήδειον πρὸς τὸ νυκτὸς κατ' αὐτῶν ἐπιθέσθαι, τοῦτο μελετήσεις. Καὶ διασκοπήσας καλῶς τὴν τοῦ τόπου θέσιν, καὶ βοήθειας ἐκεῖθεν ἔχων, τὸν κατ' αὐτῶν παρασκευάσῃς πόλεμον νυκτός, μετὰ πεζικῆς δυνάμεως καὶ[a] ἱππικῶν, καθὼς περὶ νυκτοπολέμου κατωτέρω εἴρηται. Καὶ
B μεγάλως αὐτοὺς τραυματίσεις καὶ ἐκθροήσεις, καὶ παρασκευάσεις ἐκεῖθεν ὑποχωρῆσαι. Καρτερούντων δὲ ἔτι ἐν ἐκείνῳ τῷ χώρῳ, καλῶς ἑαυτοὺς ἀσφαλιζόμενοι καὶ παραφυλάττοντες, καὶ βουλομένων ἀνερευνῆσαι τὰ ὄρη, ἐν οἷς τὰ καταφύγια τῶν χωρικῶν τυγχάνει, δέον φυλαχθῆναι καὶ προκατασχεθῆναι παρὰ σοῦ τὰς εἰσόδους διά τε ἀκοντιστῶν καὶ ψιλῶν. Καὶ τούτων καλῶς φυλαττομένων, ἐν οἷς ἡ καταφυγὴ τῶν γεωργῶν σὺν τῶν φαμιλιῶν[b]
b Sic Codd. καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν γέγονεν, εἰ βουληθῶσι διὰ τῶν στενωπῶν καὶ δυσβάτων ἐκείνων ὁδῶν εἰσελθεῖν, ἡττηθήσονται· καὶ μάλιστα πεζικῆς [δυνάμεως αὐτοῖς ἐπιθεμένης. Εἰ δ' αὐτοὶ
c Uncis inclusa, quæ sunt in Codd. omiss. prætermissa, e conjectura supplevi. μετὰ πεζικῆς[c]] βουληθῶσιν ἐπελθεῖν, καὶ τὰ ὄρη διερευνήσασθαι, ἐν ἐνδοτέροις καὶ ὀχυρωτέροις καὶ ἀνεπιβουλεύτοις τόποις εἰσαγαγεῖν τοὺς τῶν χωρίων οἰκήτορας ἐπείχθητι· σὺ μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ τὰς εἰσαγούσας κατ' αὐτῶν ὁδοὺς δηλαδὴ καταλαμβάνοντές τε καὶ ἀσφαλῶς διαφυλάττοντες.

C

CAPUT XXI.

De obsidione oppidi.

Ubi intellexeris, ad obsidendum oppidum se parare adversarios, oportet te, o dux, quæ loca oppugnationi patent (sunt enim oppida multa quæ impugnationem non timeant), in his
Fol. 403 recto. instituere, ut ante hostium adventum unusquisque ex plebe eo confugiente cibaria in menses quatuor, vel etiam in plures, si fieri potest, quamdiu æstimas obsidionem fore, deponat. Item aquarum in cisternis curam habere, cæterarumque rerum omnium, quotquot obsessis tutelæ atque præsidio esse possunt. Tametsi ea, quod permulta sunt, particulatim exponere hac scriptione omittemus. Nam de iis, aliisque oppugnandi commentis, deque ratione qua obsessi adorientibus resi-
Libri obsidionales. stant, ante nos qui de re militari ducisque officio scripserunt, accurate

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κα'.

Περὶ πολιορκίας κάστρου.

Πρὸς πολιορκίαν δὲ κάστρου κατανοῶν εὐτρεπιζομένους τοὺς πολεμίους, δέον καὶ σέ, ὦ στρατηγέ, ὅσα πολιορκεῖσθαι δυνατὸν (εἰσὶ γὰρ πολλὰ κάστρα μὴ δεδιότα πολιορκίαν), ἐν τοῖς τοιούτοις πρὸ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐξελεύσεως παρασκευά-
D σαι τὸν ἐν αὐτοῖς καταφεύγοντα λαὸν μηνῶν τεσσάρων τροφὰς καθένα ἕκαστον, εἰ δυνατὸν καὶ πλειόνων, καθ' ὅσον συνορᾷς ἔσεσθαι τὴν πολιορκίαν, ἀποτίθεσθαι. Καὶ τῶν ἐν ταῖς κιστέρναις ὑδάτων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τῶν ἄλλων πάντων, ὅσα πολιορκουμένους ἐκδικεῖν καὶ βοηθεῖν δύναται. Ταῦτα γάρ, διὰ τὸ πλῆθος, τῇ παρούσῃ γραφῇ ἐκθεῖναι κατὰ μέρος ἐάσομεν. Περὶ γὰρ τοιούτων καὶ ἑτέρων πολιορκητικῶν μηχανημάτων, καὶ τοῦ, πῶς χρὴ τοὺς ἔνδον τοῖς ἔξωθεν ἀντιμάχεσθαι, ἀκριβῶς πρὸ ἡμῶν καὶ λελογισμένως οἱ τὰ τακτικὰ καὶ στρατηγικὰ ἀναγραψάμενοι ἐξέθεντο. Ἡμεῖς δὲ περὶ

A παραδρομῆς καὶ κατασχέσεως κλεισουρῶν προσταχθέντες εἰπεῖν, τὰ ταύτῃ συντελοῦντα καὶ ἐφαρμόζοντα κατὰ τὸ ἐνὸν ἐκθεῖναι κατεπειγόμεθα. Τῶν πολεμίων τοίνυν τὸ κάστρον περικαθισάντων, καὶ πρὸς πολιορκίαν χωρησάντων, εἰ μὲν, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς βουλομένοις στενοχωρεῖν τοὺς πολιορκουμένους, ἀπληκεύσουσι δηλονότι τοῦ κάστρου κυκλόθεν[a], πρὸς τὸ μὴ δύνασθαί τινας τῶν ἡμετέρων μήτε εἰσέρχεσθαι μήτε ἐξέρχεσθαι· ἐπεὶ δὲ ἐν ὀχυροῖς τόποις καὶ δυσβάτοις σχεδὸν τὰ πλεῖστα ἡμῶν ἵδρυνται κάστρα· εὐχερῶς τούτοις οὕτως ἀπληκεύουσι, χάρακος καὶ ἀσφαλείας ἄνευ, ἰσχύσεις, ὦ στρατηγὲ, B καθ' ἓν μέρος νυκτὸς μετὰ πεζικοῦ στρατεύματος ἐπιθέσθαι· καὶ μετὰ συνθήματος ὁμοῦ καὶ τοὺς ἔνδον ἐξελθεῖν παρασκευάσεις ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, καὶ συνάψαι καὶ αὐτοὺς, εἰ δυνατὸν, πόλεμον. Καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου ἔχων βοήθειαν τούτους καταγωνίσῃ. Ἔργον δὲ τοῦτο προνοίας Θεοῦ. Εἰ δὲ διὰ τὴν τοῦ χώρου δυσχέρειαν καὶ σκληρότητα οὐ θαῤῥήσουσιν οὕτως κυκλόθεν καὶ διεσπαρμένως ἀπληκεῦσαι, ἀλλ' ἐκ δύο μερῶν ἢ ἐξ ἑνὸς ἅπας ὁ λαὸς αὐτῶν στρατοπεδεύσει, δέον πρότερον πᾶσαν τροφὴν ἀνθρώπων τε καὶ ἀλόγων πυρπολῆσαι καὶ τελείως ἐξαφανίσαι, καὶ μηδὲν εἰς χρείαν ἀλόγων ἢ ἀνθρώπων πλησίον τοῦ κάστρου ἢ πόῤῥω καταλιπεῖν C ἐν τοῖς χωρίοις. Εἰ δὲ καὶ ξύλον ἐπιλείπει, ἐπὶ τοῦ τόπου ὄρους μὴ ὄντος, καὶ αὐτὰ τὰ στέγη τῶν οἰκημάτων πυρπολῆσαι. Εἰ γὰρ καὶ ξύλων ἐν χρείᾳ γένωνται οἱ πολέμιοι, καὶ τροφῶν ἐνδεεῖς ὦσιν, ἀνάγκη τὸν λαὸν αὐτῶν ἐξέρχεσθαι μακρότερον πρὸς συλλογὴν τῶν χρειῶν. Σοῦ δὲ ἐμπείρως καὶ στρατηγικῶς διατιθεμένου[b], δυνήσῃ τούτους μετὰ ἐγκρυμμάτων τραυματίζειν καὶ κατατροποῦσθαι· ὡς ἐκ τούτου, τῇ τῶν τροφῶν ἐνδείᾳ ἀναγκαζόμενοι, τὴν πολιορκίαν λύσουσιν. Εἰ δὲ ὁρᾷς αὐτοὺς ἐπικαρτεροῦντας, καὶ τῇ πολιορκίᾳ ἐπιμένοντας, καὶ τοὺς ἔνδον στενοχωρουμένους, δέον καὶ πρὸς νυκτοπολέμους δημοσίως χωρῆσαι, πεζικὸν συναγηοχὼς στράτευμα D ἅμα ἱππικῷ. Ὁ ἁρμοζόντως κατὰ τὴν τοῦ τόπου θέσιν τούτοις συνταξάμενος, τὸν ἐν νυκτὶ πόλεμον παρασκευάσεις γενέσθαι, καθὼς παρακατιὼν περὶ νυκτοπολέμου δηλώσω. Καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ καταγωνίσῃ αὐτοὺς, καὶ ἀναγκάσεις τὴν τοῦ κάστρου πολιορκίαν λιπεῖν. Εἰ δέ τις αἰτία τὸν τῆς νυκτὸς πόλεμον διακωλύσῃ, καὶ οἱ ἔνδον πολιορκούμενοι ἐνδεεῖς λαοῦ τοῦ βοηθοῦντός εἰσι, τροφῶν δὲ σπάνιν οὐκ ἔχουσι, δυνήσῃ καὶ ἑτέρων ἀνδρῶν προσθήκην ἐπαγαγεῖν, ὥσπερ καὶ τροφῆς, εἴγε ἐνδεεῖς εἶεν, τρόπῳ τοιῷδε.

A et docte exposuerunt. Nos contra de velitatione et occupatione claustrorum dicere jussi, quæ huic instituto expediant propriaque sint, explicare properamus. Hostibus oppidum circumsidentibus oppugnationemque aggressis, si, ut solent facere qui obsessos coangustare volunt, circa oppidum in orbem consederunt, ne qui ex nostris neque intrandi neque exeundi facultatem habeant: cum sint fere pleraque oppida nostra in locis munitis atque impeditis constituta: facile, o dux, poteris illos, temere sine vallo et custodia tendentes, B aliqua parte noctis cum peditatu adoriri; dabisque operam, ut ad signum constitutum obsessi quoque eadem hora erumpant, et ipsi item, si fieri potest, prælium cum adversariis committant. Ita, loci natura insuper adjutus, eos debellabis. Quanquam hoc quidem ex providentia Dei pendet. Si vero ob difficultatem atque asperitatem loci sic dispersim in orbem considere non audent, sed omnes eorum copiæ vel bipartito vel uno solo loco tendunt, oportet primo alimenta hominum et equorum omnia comburi penitusque deleri, neque quicquam in vicis vel C propius ab oppido vel longius relinqui, quod jumentis hominibusve usui sit. Si ligna deficiunt, neque saltus ea regione subest, etiam ipsa ædificiorum tecta cremanda sunt. Ita hostes, propter difficultatem lignationis, reique frumentariæ inopiam, necesse est longius milites emittere ad res necessarias comportandas. Ibi tu, cum perite e ducisque officio rem gesseris, poteris illos collocatis insidiis vexare ac fundere: ut ideo, simulque victus inopia coacti, obsidionem solvant. Ubi illos perseverantius in obsidione permanere, in oppidoque rem esse in angusto vides, debes de D conferendis nocte toto Marte signis cogitare, contractis, una cum equitatu, pedestribus copiis. Quas si convenienter naturæ loci equitibus interposueris, institue noctu prælium, quemadmodum inferius in capite de dimicatione nocturna demonstrabo. Hoc modo franges illos, cogesque, ut obsidionem oppidi omittant. Si qua tamen obsistit causa, quominus prælium noctu fiat, obsessi autem, quamvis commeatu instructi, præsidii indigent, potes illo modo vel propugnatorum, vel, si annona premuntur, cibariorum supplementum in-

[a] *Codex.* κύκλωθεν

Oppidor. limitaneor. Orientis situs.

Fol. 403 verso.

[b] *Sic Codex.*

Fol. 404 recto.

A troducere. Omni in unum locum coacto ac bifariam diviso exercitu, suscipiant alterius partis milites singuli in equos quibus vehuntur quaternos modios frumenti. His attribuas alios expeditos equites, nihil ferentes præter arma, qui duntaxat alteris præsidio sint. Tu vero cum reliquo armato exercitu ex parte diversa eadem hora, qua frumentarii propius ad oppidum accessuri sunt, circa mediam noctem repente cum clamore tubarumque concentu appare, quasi jamjam prælium commissurus. Ita, dum hostes ad dimicationem adversus te se parant, tibique obviam properant, qui B frumentum gestant facultatem nacti id importabunt in oppidum, et incolumes revertentur. Ejusmodi commento et propugnatorum additamentum, et commeatus, si amborum inopia est, subministrabis, salutemque obsessi accipient.

Quomodo perrumpendum in oppidum obsessum.

CAPUT XXII.

De separatione dimidiæ vel etiam tertiæ partis copiarum hostilium.

C Si vero non ad obsidionem oppidi se convertunt hostes, sed cum magno ac valente exercitu regiones pervagantur nostras, debet diligenter copiarum Romanarum dux agricolas, hoc est, vicanos homines, eorumque fortunas omnes mandare et instituere, in oppida munitaque loca uti se subducant, hostiumque qui sint prædandi causa egressi, prudentia vigilantiaque adhibita affligent: ut longius ab exercitu discedere atque commeatum comportare reformident: ideoque re frumentaria anguste utentur. Si autem, ut diximus, D magnas habent copias, fortasse aliam rationem inibunt belli. Divisione facta, dimidiam vel etiam tertiam partem exercitus emittent e castris iter unius diei, aut longius, in vicos ubi sperant ampliorem se commeatum inventuros. Hos per biduum aut triduum a castris abesse necesse est. Qua re cognita ac perspecta, debes, o dux, cum prudenti cogitatione insidias illis facere, et exercitum nocte propius admotum loco idoneo, si inveneris, occultare. Frumentatoribus non in duos tresve vicos, sed in plures dilapsis, si probabile est,

Fol. 404 verso.

* Codex, ἀποσελοῦσι

A Συναγαγὼν ἅπαν τὸ λαοῦ σε στράτευμα καὶ διχῇ αὐτοὺς διελὼν, οἱ μὲν ἡμίσεις τούτων ἀναλαβέτωσαν καθεῖς ἀνὰ σίτου μοδίους τέσσαρας εἰς οὓς ἐποχοῦνται ἵππους· παρέχου αὐτοῖς καὶ εὐζώνους ἑτέρους ἱππεῖς, μηδὲν ἐπιφερομένους πλὴν τὰ ὅπλα αὐτῶν, καὶ πρὸς μόνην αὐτῶν φυλακὴν εἶναι. Σὺ δὲ μετὰ τοῦ λοιποῦ μαχίμου στρατεύματος ἐν ἑτέρῳ μέρει κατὰ τὴν ὥραν, ἣν οἱ τὸν σῖτον ἐπιφερόμενοι πλησίον τοῦ κάστρου μέλλουσι γενέσθαι, περὶ μέσην νύκτα ἀθρόως μετὰ κραυγῆς καὶ σαλπίγγων φάνηθι, ὡς ἤδη πολεμήσων αὐτούς. Τῶν δὲ πρὸς τὸν σὸν πόλεμον παρασκευαζο- B μένων, καὶ τὴν ὁρμὴν πρὸς σὲ ποιουμένων, ἄδειαν εὑρόντες οἱ τὸν σῖτον ἐπιφερόμενοι, ἀποκομίσουσί τε αὐτὸν ἐν τῷ κάστρῳ, καὶ ἀσινεῖς πάλιν νοστήσουσι. Καὶ διὰ τῆς τοιαύτης μηχανῆς καὶ ἀνδρῶν ἐπιβολὴν καὶ τροφῆς παράσχῃς αὐτοῖς, εἴγε ἀμφοτέρων ἐν χρείᾳ εἰσὶ, καὶ σωτηρίας οἱ πολιορκούμενοι τύχωσι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κϐ΄.

Περὶ διαχωρισμοῦ λαοῦ τῶν ἡμίσεων πολεμίων, ἢ καὶ τοῦ τρίτου μέρους.

C Εἰ δὲ μὴ πρὸς πολιορκίαν κάστρου εὐτρεπίζονται οἱ πολέμιοι, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς καὶ σφοδρᾶς δυνάμεως τὰς ἡμετέρας χώρας περινοστοῦσι, χρὴ τὸν στρατηγοῦντα τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων ἐπιμελῶς τοὺς γεωργοὺς ἤτοι τοὺς τῶν χωρίων πολίτας καὶ τὰ αὐτῶν ἅπαντα παρακελεύσασθαί τε καὶ παρασκευάσασθαι, ἐν κάστροις καὶ ὀχυροῖς τόποις διασώσασθαι, τοὺς δὲ τῶν πολεμίων πρὸς λείαν ἐξερχομένους ὡς νουνεχεῖς καὶ ἀγρύπνους τραυματίζειν· ἵνα εἶεν δεδοικότες πόῤῥω τοῦ στρατεύματος αὐτῶν ἐξελαύνειν, καὶ τροφὰς ἐπικομίζεσθαι· κἀντεῦθεν στενοχωρίᾳ τροφῶν συσχεθήσονται. Πλὴν, ὡς D ἔφημεν, πλῆθος λαοῦ ἔχοντες ἑτέραν ἴσως μέθοδον μετελεύσονται. Διαχωρίζοντες ἐνίοτε τοὺς ἡμίσεις τοῦ λαοῦ αὐτῶν, ἢ καὶ τὸ τριτημόριον, ἀποστελοῦσι* πόῤῥω ἡμέρας ὁδοῦ διάστημα, ἢ καὶ ἐπέκεινα ἀπέχον τοῦ φοσσάτου αὐτῶν ἐν χωρίοις τισὶν, ἐν οἷς ἐλπίζουσι πλείονας δαπάνας ἐφευρεῖν. Καὶ ἀνάγκη τούτους ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις, ἢ καὶ τρισὶν, ἔξω τοῦ φοσσάτου αὐτῶν διάγειν. Τοῦτο γοῦν πυθόμενος καὶ νοήσας, ὦ στρατηγὲ, δέον κατ' αὐτῶν ἐνεδρεῦσαι μετὰ λελογισμένης διασκέψεως, καὶ πλησίον αὐτῶν ἐν νυκτὶ γενέσθαι, καὶ τόπον ἐπιτήδειον ἐφευρίσκοντα τὸ ἴδιον στράτευμα

II. Capti sumus post crebras mœnium oppugnationes, post eos contra constratas naves conflictus, qui vel C aspectu solo incutere horrorem possint (percutitur enim fere visus, in horrifica defixus), post insidias et fraudes totis noctibus, machinas totis diebus continuatas, post lapidationes calamitosas circa munitiones Syracusanas, post opera illa horribilia, quæ testudines et musculos subterraneos vocant. Nihil enim eorum quæ ad expugnationem sunt idonea, prætermiserunt quin facerent, qui erant obsidioni intenti. Jampridem enim desiderio potiundæ urbis flagrantes, alius alium superare studebant continuis ad illam expugnandam commentis. Quanquam tunc quiD dem altitudine judiciorum suorum mirabiliter nos protexit Deus. Quid vero attinet deplorare oratione, quanta et quæ adversus nos machinati sunt hostes, quid non dicentes, quid non agentes, ut timore oppidanos et stupore perfunderent! Tempus est ad interiora convertere orationem, deque iis cursim tibi exponere. Illud enim, *Deforis sine liberis faciet eos gladius, et in penetralibus pavor*, ut verbis Mosaïcis aliquatenus utamur, in nobis videbatur impletum. Nam cum item ut Israël in numen pec-

β'. Ἑάλωμεν μετὰ τὰς πολλὰς τειχομαχίας καὶ ἐπικρίους ναυμαχίας, καὶ αὐταῖς C κατάπληξιν ἐμποιούσας[d] ταῖς ὄψεσι (πλήττεται γὰρ καὶ ὄψις ὡς τὰ πολλὰ, τοῖς φοβεροῖς ἀτενίζουσα), μετὰ τὰς παννύχους ἐνέδρας καὶ πονηρεύματα, μετὰ τὰς πανημερίους μαγγανεύσεις καὶ πικρὰς λιθοτυπίας ἀμφὶ τὸ Συρακούσιον ἔρυμα, μετὰ τὰς ἑλεπόλεις ἐκείνας τὰς φοβερὰς, ἃς δὴ χελώνας καὶ μῦας ὑπογαίους κικλήσκουσιν. Οὐδὲν γὰρ τῶν πρὸς παράληψιν ἀνέλιπον δρῶντες, οἱ τῇ πολιορκίᾳ σχολάζοντες. Ἅπαξ γὰρ τῷ τοῦ ἄστεος πληγέντες ἀνέκαθεν ἔρωτι, ἄλλος ἄλλον ὑπερνικᾷν ἔσπευδον τῇ συνεχείᾳ τῆς πρὸς κατάσχεσιν ἐφευρέσεως. Κἂν εἰ Θεὸς ἡμᾶς τότε τῷ βυθῷ τῶν κριμάτων D αὐτοῦ ὑπερφυέστατα ἔσκεψεν. Ἀλλὰ τί δεῖ[e] τῷ λόγῳ ἐκτραγῳδεῖν ὅσα καὶ οἷα καθ' ἡμῶν ἐπετήδευον οἱ πολέμιοι, τί μὲν οὐ λέγοντες, τί δὲ οὐ πράττοντες, ὅσα πρὸς φόβον τῶν ἔνδον καὶ ἔκπληξιν; Ὥρα πρὸς τὰ ἐντὸς τρέψαι τὸν λόγον, καὶ περὶ τούτων ἐπιδρομάδην σοι διηγήσασθαι. Τὸ γάρ, Ἔξωθεν ἀτεκνώσει αὐτοὺς μάχαιρα, καὶ ἐν τοῖς ταμείοις φόβος[f], ἵνα τι καὶ Μωσαϊκῶς εἴπωμεν[g], ἐφ' ὑμᾶς ἑώρατο πληρούμενον. Ἐν ἴσῳ γὰρ τῷ Ἰσραὴλ εἰς Θεὸν παρανομήσαντες, τὸν ἴσον αὐτῷ τῆς θείας ἐκπεπώκαμεν[h] μήνιδος ἄκρατον. Ἑάλωμεν μετὰ τὰς ποηφαγίας τὰς χαλεπὰς, μετὰ τὰς μιαροφαγίας

a Jerem. cap. II, vers. 10.
b Cod. τυχὸν καί.
c Codex, ἰσχύουσαν.
d Codex, ἐμποιούσας. Fol. 151 recto.
e Cod. δεῖ.
f Deuteron. XXXII, 25. alii legunt, ἐκ τῶν ταμείων.
g Fol. 151 verso
h Codex, ἐκπεπώκαμεν.

φαγίας τῆς βδελυρᾶς, μετὰ τῆς τεκνοφαγίας τῆς εἰδεχθεῖς καὶ οὐδὲ λόγῳ ῥητῆς, μετὰ τῆς ἀνθρωποβοινίας τῆς ἐξαισίους (φεῦ τοῦ θεάματος), καὶ ἃς οὐκ ἄν τις ἐκτραγῳδήσειεν· μετὰ τὴν κωδίων κατάληξιν καὶ τῶν βοείων κατάβρωσιν δέρρεων, καὶ παντὸς ἄλλου τοῦ πρὸς λιμοῦ παραμυθίαν συντείνοντος· μετὰ τῆς ὀστοφαγίας τῆς ἀτερποῦς, ἄλλο εἶδος τουτί, καινόν τε καὶ παρηλλαγμένον, ὡς τὸ εἰκός, πρὸς κατάβρωσιν. Πολλοὶ γὰρ ὀστᾶ τῶν προφθαρέντων ἀλόγων συντρίβοντες, εἶτα λεαίνοντες (ὢ τῆς βίας) καὶ σμικροτάτῳ φυρῶντες ὕδατι (εἶχε γὰρ, εἶχε κἀν τότε τὸ Ἀρεθούσιον), οὕτω παραμυθεῖσθαι τὸ ἐνδεὲς οἱ τλήμονες ἐπετήδευον.

γ'. Ἤδη γὰρ ὁ τοῦ μοδίου σῖτος, εἴ που καὶ εὕρηντο, περὶ τοὺς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν χρυσίνους ἐδίδοτο, ὁ δὲ τοῦ ἄρτου καὶ τοὺς διακοσίους ὑπερηκόντιζεν· ὡς δύο οὐγκίας ἄρτου ἀπεμπολεῖσθαι λεπτὸν τοῦ νομίσματος· τριακοσίοις δὲ, καὶ πρὸς, κτῆνος τὸ πρὸς βρῶσιν ἐπιπράσκετο· ὡς εἶναι πεντεκαίδεκα ἢ καὶ νομισμάτων εἴκοσι κρανίον τὸ ἵππειον, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸ ὄνειον. Ἐκλελοίπει δὲ καὶ κατοικιδίων ὀρνίθων γεννήματα· τοὔλαιον δὲ καὶ τὸ ταριχευτὸν ὄψον, τὸ καὶ πενίας τρέφον, ὡς ὁ θεολόγος ἔφη Γρηγόριος, ἐξηφάνιστο· ὁ τυρός τε, καὶ τὸ ὄσπριον, καὶ βρῶσις ἰχθύων ὁλοσχερῶς ἀπήλλακτο. Ἐθαλασσοκράτουν γὰρ οἱ πολέμιοι, τὰ ἀμφὶ τοῖν λιμένοιν τείχη, ἃ δὴ βραχιόλια ὀνομάζουσιν, ἐδαφίσαντες. Τὸ δὲ δυσφορώτατον, ὅτι καὶ λοιμὸς (ἰὼ τῆς ὀδύνης) δριμύτατος τὸν λιμὸν διεδέχετο. Νόσος γὰρ τοῖς μὲν τέτανος, τοῖς δὲ ἡμιπληξία πολυειδῶς ἐπισκήψασα, τοὺς μὲν ἐξαπιναίως τῷ θανάτῳ παρέπεμπε, τοὺς δὲ ἡμικινήτους ἢ ἀκινήτους ὡς ἔπιπαν ἐδείκνυεν· ἄλλους δὲ ὡς ἀσκὸν ἐμφυσήσασα, καὶ τούτους πολυμερῶς διατρήσασα, ἐξαίσιον παρεῖχε τὸ θέαμα· ἕως ἐπιστᾶσα μόλις ἡ τελευτὴ (τάχα γὰρ καὶ αὐτὴ τῷ θείῳ πειθαρχῆσαι προστάγματι ἔμελλεν) τῆς πικρᾶς ὀδύνης τοὺς ἀθλίους ἀπέλυε. Μετὰ ταῦτα πάντα, ἢ καὶ πλείω τούτων, ἢ ὡς ὁ λόγος ὑπέφηνεν (οὐ γὰρ σχολή γε, τὰ μεγάλα μικροῖς διεξέρχεσθαι ῥήμασι, τῷ λάκκῳ τῆς εἱρκτῆς ἐσημέραι [a] σχολάζοντι, καὶ τῷ ἐκεῖσε ζόφῳ τὴν ὅρασιν κάμνοντι, καὶ τῷ θορύβῳ τῶν συνόντων καὶ αὐτὴν τὴν διάνοιαν τάραττοντι), ἄρτι τοῦ πρὸς

caveramus, eundem atque ille divinæ iracundiæ calicem ebibimus. Expugnati sumus post acerbum herbarum esum, post impuram cibi vetiti comestionem, post fœde devoratos nefando modo infantes, post mansos inauspicato homines (heu tetrum spectaculum), quæ nemo pro rerum atrocitate deplorare queat: post consumtionem coriorum, post corrosionem pellium bubularum et cujuslibet denique, quod fami esse levamento posset: post ossium importunum esum, aliud, et novum, et ab usu sane abhorrens, alimenti genus. Multi enim ossibus jam mortuorum quadrupedum contritis, pinsitisque postea (o necessitatem) et subactis pauxilla aqua (scatebat enim, scatebat tunc quoque Arethusa), sic tolerare inediam miseri tentabant.

III. Etenim modius frumenti, si modo reperiebatur, jam circa centum quinquaginta aureos venibat, farinæ vero vel plus ducentis: adeo ut duæ unciæ panis venderentur solido. Jumentum, quod edi posset, aureis trecentis venibat: calvaria equi, interdum etiam asini, quindecim, vel viginti. Defecerat domesticarum avium proles: evanuerant oleum et salsamenta, quibus pauperes quoque saturantur, ut Gregorius, rerum divinarum doctor singularis, ait: caseus, olera, piscatus, ad nihilum prorsus reciderant. Mari enim dominabantur hostes, postquam mœnia circa utrumque portum, quæ brachiolia vocant, solo æquaverant. Illud vero acerbissimum accidit, quod pestis quoque importunissima (proh dolor) famem excepit. Nam, aliis tensione, aliis hemiplexia varie perculsis, ægritudo quosdam confestim leto demisit, partim semimobiles, ut ita dicam, vel omnino immobiles reddidit: alios inflatos, utrium instar, et multis ex partibus terebratos, immane spectaculum præbuit: donec mors ægre arrepens (nam fortasse hæc quoque divinn imperio obtemperans cunctabatur) ab amaro dolore miseros liberaret. Post hæc omnia, vel etiam plura quam quæ exposuit oratio (nec enim otium mihi est magna minutis verbis persequendi, idque cum in fovea carceris diutius inclusus et a caligine, quæ ibi est, visum oculorum fatigari, et a tumultu conservorum mentem ipsam perturbari

Fol. 152 recto.

Fol. 152 verso.

[a] Codex, ἐσημερας.

sentiam), cum turris juxta mare ad ipsum portum majorem ædificata, ubi dextrum cornu oppidi protenditur, continuis lapidum e tormentis conjectorum ictibus quassata corruisset, dieque quinto post pars muri illi conjuncta derepente esset perrupta, et formido haud exigua oppidanos [invasisset]...

A θάλασσαν πύργου, τοῦ ἐν αὐτῷ μεγάλῳ[a] λιμένι, ἵνα δὴ τὸ δεξιὸν κέρας τῆς πόλεως ἐπετάχατο, τῇ συνεχείᾳ τῶν πετροβόλων ὀργάνων κατασεισθέντος καὶ πεπτωκότος, καὶ τοῦ ἐχομένου τούτῳ περιβόλου μεθ' ἡμέραν πέμπτην ἀθρόως διερραγότος, καὶ δέους οὐκ ὀλίγου τοὺς ἐν τῇ πό[b] [λει κατεσχηκότος]...

[a] Sic Cod.

[b] Hic imperfecte desinit Cod. Reg. 3022.



CAROLI BENED. HASE

IN

LEONIS DIACONI HISTORIAM,

NICEPHORI AUG. LIBRUM DE VELITATIONE BELLICA,

LEONISQ. GRAMMATICI ET JOANNIS EPIPHANIENSIS

FRAGMENTA,

NOTÆ PHILOLOGICÆ ET HISTORICÆ.

CAR. BEN. HASE

IN

LEONIS DIACONI

HISTORIAM

NOTÆ PHILOLOGICÆ ET HISTORICÆ.

IN LIBRUM PRIMUM.

Pag. 1. A. A Εἶπεν ἄλλο τι] Celeber scriptorum Byzantinorum locus communis, de utilitate historiæ. Leo Agathiam ut toto opere item hic imitatur, et sententiis, Ῥᾴδιον μὲν οὖν ἥκιστα ἂν εἴη ἅπαντα διεξιέναι καὶ ἀπαριθμεῖσθαι, ὁπόσων ἀγαθῶν ἡ ἱστορία τὸν βίον ἐμπίμπλησιν· et ipsis vocabulis translatis, usque ad illa præfat. Agathiæ, 2. D. εἰ μή τι καὶ μᾶλλον ὀνίνησιν.

Pag. 2. A. πολλῶν ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ] Agathias 4. B. ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ ξυνέβη μεγάλους μὲν πολέμους πολλαχῇ τῆς οἰκουμένης ἀπροσδόκητα ξυρραγῆναι, et quæ sequuntur.

Pag. 2. B. τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου παραγαγεῖν.] Ex S. Paulo I ad Corinth. VII, 31. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου· ubi tamen, quæ apud Leonem active, neutrali significatione intelligenda. Vide Schleusnerum Lexic. in Nov. Test. II. 392. Meliusque, opinor, Leo vel superiori phrasi scripsisset ἐλλιμενίσαι, vel hic, παράγειν.

Pag. 2. B. Ἀλλά μοι εἴη—μὴ δεύτερον τῆς προθυμίας δρᾶσαι] Ex Agathia 5. C. ubi cusum, Ἀλλά μοι ἄξιόν τι δράσαι τῆς προθυμίας. Corrige ex Leone, quod mens omnino postulat, Ἀλλά μοι εἴη, ἄξιόν τι δρ. τῆς πρ. *Modo contingat mihi, ut efficiam aliquid dignum desiderii mei*, sive, *studii mei*. Locis, ubi εἴη sequente infinitivo votum significat, nihil est sane frequentius. Vide Viger. De idiotism. 237. Plutarch. M. Bruto 1002. E. εἴη μὲν, ὦ Βροῦτε, νικᾶν. Josephus Antiquit. Jud. 645. C. 670. G. Eadem vox, εἴη, restituenda loco Concilii Lateranens. III. 864. A. Ἀλλ' εὔξαιτο ἂν ὁ τοῦ πῶς εἶναί ποτ ἐπιπρεφυὲς (sic) εἶναι λόγους. Scribendum, ἐπιπρεφανὴς εἴη λόγος, ex S. Cyrillo Dialog. de S. Trinitat. V. 1. 468. C. unde hæc petita sunt. Simul corrige proxime præcedentia Actis ejusd. Agathiæ locus tentatus.

Concilii, 863. A. mire ab interprete translata : *Quod eandem naturam habet secundum* A
operationem et indissimiliter æquale est, non habebit ex parte quicquam, de qua creata sunt. Emenda : *Quod ejusdem speciei operationem habet et æquale est sine ulla differentia, id quibusdam in rebus differentiam habere non potest.* Nam sic verti debent græca illa : Τὸ ζωοειδὲς καθ' ἐνέργειαν καὶ ἀπαραλλάκτως ἴσον, οὐκ ἂν ἔχοι διαφορὰν ἐπί τισι τῶν ὄντων. Tametsi apud S. Cyrillum, unde hæc item translata sunt, paulo aliter se habeant.

Εἶεν s. εἶεν ἄν, intelligi potest.

Adde, ejusdem vocis, εἴη, formam pluralem, εἶεν, vel εἶεν ἄν, interdum sic adhiberi, ut vertenda sit, *significant, intelligi possunt.* Quod moneo, quia in eo nonnulli suboffenderunt. Velut in loco corrupto Eusebii In Psalm. I. 388. E. εἶεν ἂν πόλις τῆς Ἰουδαίας; δι' ἃς ἀκολούθως τῇ ἐπουρανίῳ Σιὼν αἱ πολλαὶ παρὰ τῷ πατρὶ μοναί. Vertit Montefalconius : *Fueritne Judææ civitas! Sed consequenter dicamus, esse cælestem Sion, ubi mansiones apud Patrem multæ.* Legendum, εἶεν ἂν πόλεις τῆς Ἰουδαίας ἀκολούθως τῇ ἐπ. ut sit sensus: B
His vocabulis, civitates Judææ, *consequenter ad cælestem Sion* (de qua proxime supra), *intelligi possunt multæ illæ, quæ apud Patrem exstant, mansiones.* Itaque non male Gentianus Hervetus reddidit locum S. Gregorii Nysseni In Cantic. Canticor. I. 552. A. Εἶεν δ' ἂν οὗτοι τάχα μὲν αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις, αἳ κ. τ. λ. *Ii autem forte fuerint angelicæ potestates, quæ &c.* Eandem significationem habet verbum ἐστὶ, nisi quod magis affirmet.

Ἐστὶ, eodem sensu.

S. Athanasius Orat. II contra Arian. I. 525. C. ὅτι δὲ τὸ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησε.... τὸ ἤρξατο ποιεῖν ἐστὶ, « *quod hæc verba*, in principio fecit, ... *idem significent ac*, cœpit facere. » Ubi iterum Montefalconius paululum erravit.

Synonyma fere I. μεταλαμβάνω. II. λαμβάνω. III. ἐξακούω.

Eodem sensu adhibentur a scholiastis commentatoribusque Græcis verba ἐξακούω, λαμβάνω, μεταλαμβάνω, sicut *accipere* apud Latinos, ut sint vertenda *exponere, interpretari*, sensu præsertim allegorico et anagogico. De verbo ἐξακούω posterius. Significationis vocum λαμβάνω et μεταλαμβάνω, quæ utraque in Lexico summi viri Schnei- C
deri notata exstat, ponam hic quædam exempla.

I. Μεταλαμβάνω, interpretor, significare dico.

S. Basilius Comment. in Esaïam, I. 889. A. τὸ γὰρ Βασὰν εἰς τὴν αἰσχύνην μεταλαμβάνουσιν· *Basan enim interpretantur ignominiam.* Eustathius, 1396. 27. τὸν Ὀδυσσέα μὲν εἰς φιλόσοφον οἱ παλαιοὶ μεταλαμβάνουσιν, *philosophum per allegoriam significare aiunt.* Planior phrasis apud S. Gregorium Nyssenum In Cantic. Canticor. I. 544. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα μεταλαμβάνειν εἰς τροπικὴν σημασίαν. Vide quoque Eusebium Præparat. Evangel. 310. C. 474. B. 516. B.

II. Λαμβάνω, intelligo de aliqua re.

Verbum λαμβάνω sic usurpat Origenes Contra Cels. 318. C. τοῦ ὁρᾶσθαι λαμβανομένου πνευματικῶς *cum videre intelligitur spiritualiter.* Idem In Matth. I. 484. E. δύνανται οἱ Φαρισαῖοι λαμβάνεσθαι εἰς τοὺς διδασκάλους τῶν Ἰουδαϊκῶν παραδόσεων· *Pharisæorum nomine intelligere possumus doctores traditionum Judaïcarum.* Huetius perperam, *Pharisæi docendis Judæorum traditionibus assumi possunt.* Concil. Ephesinum, 1282. B. ἐπὶ δὲ τῆς D
θεότητος ταῦτα καὶ ψευδῆ λαμβανόμενα, καὶ ἡμῖν ὡς συκοφάνταις δικαίας κατακρίσεως αἴτια. Ubi vulgatus interpres omnino nihil vidit, scribens : *In Deitate vero hæc mendacia sunt, cum suscipiuntur, et nobis calumniæ blasphemiæ condemnationis causa.* Sensus : *Hæc autem, si de Divinitate intelliguntur, et falsa sunt, et nobis tanquam calumniatoribus causam justæ condemnationis afferunt.*

III. Ἐξακούω (v.) interpretor.

Eandem vim habere verbum ἐξακούω, jam alii notaverunt : addam exempla Eusebii Præpar. Evang. 675. C. Porphyrii De abstinentia 54. A. ἃ δὲ ἡμεῖς ὡς τὴν ὑστέραν πλημμέλειαν ἐκβαίνοντα [l. ἐκφαίνοντα], οὐκ ὀρθῶς ἐξακούομεν, *non recte interpretamur.* S. Basilii In Hexaëmeron I. 74. B. In Esaïam 839. C. Adversus Eunomium II. 51. D. διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἄγνοιαν, ἀνθρωπικῶς ἐξακουόντων τῆς γεννήσεως τοῦ υἱοῦ· *qui generationem filii humanitus accipiebant :* ubi nota, ἐξακούω construi cum genitivo. Photius Epistola ad episc. Aquileiens. 533. A. αὐτὸ τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ, οὐχ ὡς εἶπεν ὁ Σωτὴρ ἐξακούοντες· *non ita, ac dixit Servator, intelligentes.* Nolo alias auctoritates congerere

A quæ magno numero occurrunt. Quo magis mirandum, Frontonem Ducæum et Harduinum in hac voce lapsos, epistola Dionysii Alexandr. ad Basilidem Concil. I. 187. A. *οἱ δὲ σοφώτερον ἐξακούοντες, qui autem* [hoc vocabulum ὀψὲ] *saniori sensu*, seu *doctiore sensu, intelligunt.* Illi verterunt, *sapientiores autem id audientes.* Ab ἐξακούω, hac significatione, fit ἐξακουστέον, *intelligendum est :* quo cum alii sunt usi, tum in primis S. Clemens Alexandrinus. Velut Pædagogo 89. C. ὅπερ καὶ μᾶλλον ἐξακουστέον· Stromatibus 356. A. ibid. 614. D.

Altera significatio verbi ἐξακούω, rarior illa quidem, et in Lexicis, quantum memini, omissa, est *subaudio, subintelligo.* Quo sensu Latini quoque nonnunquam dicunt *audio,* velut Quintilianus Instit. rhet. IX. 3. 58. Græci vulgo ἐννοῶ. Eusebius Demonstr. Evang. 383. B. τὸ, σὺ, πάλιν ἐξακουόντων ἡμῶν, *ubi illud,* tuam, *rursus subintelligimus.* Etymol. Magn. 211. lin. 55, loco corrupto, τὰ ἐπὶ τῶν εὐθειῶν ἐνεργητικὰ B ἐξακουόμενα ῥήματα, πρῶτα καὶ δεύτερα πρόσωπα οὐκ ἔχει. Corrige, τὰ ἐπὶ τῶν θείων ἐνεργητικὰ ἐξακουόμενα· *activa, ubi subintelligitur vocabulum, Deus.* Agitur enim de impersonalibus βρέχει, χιονίζει, ἀστράπτει et similibus, ubi grammatici Græci vocem Θεὸς subaudiri volunt. 'Ἐξακούω 2.) subaudio, subintelligo.

Neque alio significatu Invenies προσυπακούω, *subintelligo.* Philo De migratione Abrahami 309. G. Clemens Alexandrinus Stromatibus, 753. A, Paulus Alexandrinus Apotelesm. 54. A. Joannes Philoponus De creatione mundi, 208. B. Polychronius In Jesaïam, II. 358. A. ἵνα τοῦτο προσυπακούηται, *ut hoc subaudiatur.* Eusebius Commentar. In Psalmos, I. 48. A. προσυπακουόντων ἡμῶν, τὸν Κύριον, καὶ κατὰ κοινοῦ πάλιν λαμβανόντων τὰ ἑξῆς· quæ Montefalconius vocabulorum technicorum inscitia mire sic reddidit : *Cui nos respondemus,* Dominum non invocaverunt, *et quæ sequuntur in communi accipimus :* notamque addidit : Προσυπακούειν, *id est, respondere.* Atenim C sensus loci est : *adeo ut subaudiamus* Dominum, *et per figuram quam vocant a communi resumamus quæ sequuntur.* Hæc dixi longius fortasse quam attinebat, quod interpretes cæteroqui doctos minus intellexisse verba ea vidi : opportunior hujusmodi res persequendi locus erit in Glossario vocum a scholiastis commentatoribusque Græcis peculiari sensu usurpatarum, quod jam pridem inceptum, quando res meæ siverint editurus, ut ab eruditis probetur valde opto. Similis significatio verbi προσυπακούω.

Pag. 2. B. *ἀναλόγως δὲ τοῦ μεγέθους τῶν συμβεβηκότων ἰκέσθαι*] Ad verbum fere ex Agathia, 5. C. τοῦ μεγέθους τῶν ἔργων ὡς ἐγγύτατα ἰκέσθαι· unde similiter Xiphilinus In adorationem crucis 469. A. ἀναλόγως τοῦ μεγέθους τῆς ὑποθέσεως ἰκέσθαι. Ἀναλόγως melius construitur cum dativo, ut apud Plutarchum De placitis philosoph. 896. B. ἀναλόγως τῇ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ σφαίρᾳ διῃρῆσθαι. De animæ procreat. 1022. A. Item S. Epiphanius Adversus hæres. I. 951. 955. C. 970. B. Antiochus Homil. XXI. de virginitate, 1061. C. Apud quosdam tamen recentiores cum genitivo, velut hic in Leone, In D Xiphilinoque modo laudato. Ipse Epiphanius, 953. D. ἀναλόγως τῆς αὐτοῦ ἀξίας. Idem Philopatris Luciani III. 609. 10. τὰ χρέα πληθυνθήσεται, ἀναλόγως τῆς ἀποδόσεως· ubi sine causa, opinor, Gesnerus suspicatur legendum ἀνὰ λόγον τῆς ἀπ. Plerumque tamen ἀναλόγως adverbialiter ponitur, absque casu : velut apud S. Marcum Eremitam De lege spirituali, 873. A. οἱ πνευματικῶς αὐτὸν [nemp. τὸν νόμον] ἐκπληροῦντες καὶ ἀναλόγως τῆς χάριτος μετέχοντες. Quæ ipsa, et quæ sequuntur, S. Macarius Ægyptius ad verbum exscripsit, Homil. XXXVII. De paradiso, 433. A. Item sine casu ἀναλόγως est apud Stephanum Byzant. De urb. 381. B. sub v. Ἦλις· Ὁ πολίτης ἀπὸ τῆς Ἤλιδος γενικῆς ἀναλόγως Ἠλίδιος. Ubi nescio quid in mentem venerit Berkelio, interpretanti : *civis à genitivo* Ἤλιδος *præter rationem* Ἠλίδιος. Traducendum, *secundum analogiæ rationem.* Addam porro hic, data occasione, synonymas aliquot loquendi formulas, quæ viris eximia Græcæ linguæ peritia instructis passim fraudi fuerunt. Pro ἀναλόγως igitur Græci dicunt : Ἀναλόγως cui potius dici quam ἀναλόγως τινός.

Synonyma vocis ἀναλόγως: 1.) Ἀνάλογον.

1.° Ἀνάλογον adverbialiter, quod est in vulgus notum, aque Stephano jam in Thesauro illustratum. Quo magis mirari licet in eo vertendo errasse Huetium in Origene Commentar. in S. Matthæum, I. 244. C. ᾤοντο.... καθαρὰς.... γεγονέναι τὰς τῶν ἀποπλυνομένων ὕδατι [nimir. χεῖρας], οὐ συμβολικῶς, ἀνάλογον τῷ κατὰ τὸ γράμμα Μωσέως νόμῳ· *existimabant puras factas esse* [manus] *eorum qui aqua eas abluissent, cum id per proportionem non respondeat Mosis juxta litteram legi.* Sed insectatur ibi Origenes Pharisæos, traditiones modo nimis litterali exponentes : ut sit sensus : [manus] *arbitrabantur puras factas esse eorum qui aqua eas abluissent, non symbolice, sed secundum legem Mosaïcam litterali sensu intellectam.* Subintelligitur autem præpositio κατά. A

2.) Ἐκ τοῦ ἀναλόγου, ἐξ ἀναλογίας.

2.° Ἐκ τοῦ ἀναλόγου. Origenes Homilia XIX. in Jeremiam, I. 187. B. τοιοῦτόν τι ποιεῖ ἐκ τοῦ ἀναλόγου πατρὶ καὶ ἰατρῷ ὁ Θεός. Quo in loco Balthasar Corderius lapsus, reddens, *istiusmodi quid facit respectu patris ac medici Deus*, quasi quid patris cujusdam causa medicive numen faciat. Sensus : *Istiusmodi quid facit Deus ex quadam similitudine quam habet cum patre et medico.* Neque hunc Corderii errorem Huetius emendavit : à Carolo Delarue novissima Origenis edit. III. 265. D. paulo melius versum : *Idem, proportione servata, ac pater et medicus, facit Deus.* Qua cum forma aliam similem, ἐξ ἀναλογίας, conjungere possumus, quam cum multi alii adhibuerunt, tum Nemesianus De natura hom. 73. B. δύο στοιχεῖα ἐξ ἀναλογίας εἰλημμένα. B

3.) Ἀναλογικῶς.

3.° Ἀναλογικῶς, *per analogiam s. proportionem. analogice :* In summi viri Schneideri Lexico omissum adverbium, aque S. Gregorio Nysseno inprimis frequentatum. Contra Eunom. II. 211. C. ἀναλογικῶς ἡμῶν δι' ἑκάστου τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων πρός τινα ἀναγομένων ὑψηλοτέραν ἔννοιαν. Oratione catechet. 420. A. De perfecta Christiani form. 717. D. De iis qui præmature abripiuntur 763. A. Varias constructiones δι' ἀναλογίας, ἐπ' ἀναλογίᾳ, κατ' ἀναλογίαν, ipsiusque vocis ἀναλογία diversas significationes, in quibus interpretandis eruditi complures offenderunt, ut jam a Stephano in Thesauro commode expositas, hic, ne longus fiam, non attingam. C

πατρὶς δέ μοι Καλόη, χωρίον τῆς Ἀσίας τὸ κάλλιστον] Hæc jam in Notitiis Mss. VIII. 258. monui ex Agathia esse, 5. C. De Celbiano tractu Ducangius ad Alexiad. 407. et ad Joann. Cinnamum, 437. Cilbianum Plinius vocat Histor. Nat. v. 29 et XXXIII. 7. In nomine Caystri nihil mutavi : Homerus, Iliad. B. 461. Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. Herodotus Terpsichore, 100. Hesychius, II. 211. Apud reliquos est Caystrus, ita tamen, ut partim Κάϋστρος, partim Καΰστρος scribant. Pag. 2. C.

ἐνίοι διήγησιν.] Agathias 6. A. Pag. 2. C.

περὶ πλείστου τὸ ἀληθίζειν ποιουμένοις ὡς μάλιστα.] Agathias 7. B. ἐμοὶ δὲ τὸ ἀληθίζεσθαι περὶ πλείστου ἐκτέον κ. τ. λ. Quæ subjungit Leo, ῥητορικῇ μὲν προσήκειν δεινότητα, ποιητικῇ δὲ μυθοποιΐαν κ. τ. λ. sumsit ex Procopio De bell. Persico, 6. B. sequentia 2. D. ἀποχρώντως γὰρ ἄλλοις ἱστόρηται, ex Agathia 56. B. Pag. 2. C. D

εἴπερ ὀφθαλμοὶ ὤτων πιστότεροι, καθ' Ἡρόδοτον.] Herodotus Clione, 8. p. 7. Ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. Imitationes Luciani De saltatione, 813. De conscrib. hist. 622. De domo, 461. et Juliani Imp. Epist. ad Leont. 140. A. partim laudat Borheckius Apparatu ad Herodot. II, 455. Pag. 2. D.

κατὰ τὸν Νοέμβριον μῆνα, τῆς γ ἰνδικτου] Hoc est anno Chr. 959. In Codice hic per siglam, ἰνδ̄,· sed inferius 29. C. et 110. C. per singulas litteras, ἰνδίκτου· 57. A. ἰνδίκτον. Ac profecto vel ex Ducangio Glossar. 517. A. constat, formam ἡ ἴνδικτος non minus frequentem esse quam ἡ ἰνδικτίων. Neque fere dubito eandem vocem restituendam inscriptioni non ignobili, à Montefalconio relatæ Palæograph. Græc. 174. C : Pag. 3. A.

ЄΠΙΘЄΟΔѠΡΟΥΤΟΥΑΓΙѠ ΑΡΧΙЄΠΙСΚ ΚΑΠΙΛΙΟΥ
ΤΟΥΠЄΡΙΒΑ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥЄΤΥΤΧѠСΑΝЄΝЄѠΘΗ
ΚΟΥ. . .ΟΤΟΙΧΟСΤΦΛ ΑΠΠΙѠΝΟСΤΟΥΑΑΜΠΡ ΙΝΔ Β+

Legit

A Legit et interpretatur Montefalconius 173. D: Ἐπὶ Θεοδώρου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ Α. Πιλίου τοῦ περιβλέπτου ἀνθυπάτου, εὐτυχῶς ἀνενεώθη τοῦ . . . . ὁ τεῖχος, ὑπατείας [vel ὑπάτου] Φλαβίου Ἀππίωνος τοῦ λαμπροτάτου Ἰλλουστρίου β. *Sub Theodoro sanctissimo archiepiscopo, et A. Pilio conspicuo proconsule, feliciter restauratus est murus, consule Fl. Appione splendidissimo Illustri* 2. vel, *post consulatum ejus anno* 2. Eadem inscriptione Relandus in Fastis usus, legit Καπιλίου, *Capilio, viro spectabili proconsule,* non male opinor: vix enim credendum, Justinianeis temporibus prænomen Auli, ut vult Montefalconius, antiquo Romanorum more appellationibus præfixum fuisse. Deinde Montefalconium suspicor errasse, quod inscriptionem ad annum alterum post Appionem Cos. retulerit, qui est a. Chr. 541. Etenim extrema lineæ tertiæ sic potius legenda, ὑπάτου Φλαβίου Ἀππίωνος τοῦ λαμπροτάτου, ἰνδικτιῶνος δευτέρας, *Fl. Appione V. Cl. Cos. indictione II.* Quippe annus 539, qui est Fl. Appionis, profecto incidit in B alterum indictionis: annus autem 541 nomine potius Fl. Basilii Junioris, tunc fasces habentis, insignitus fuisset. In sigla ἰνδ̅, quæ fere ut λ in codicibus efformatur, alii quoque offenderunt: velut Labbe Michaël. Glyca 308. A. λόγου ιγ′· lege, ἰνδ. ιγ′.

Pag. 3. A. τὸν βίον μετηλλαχότος] Codex μετηλλαγότος, errore librarii. Phrasis Leonis petita esse potest ex II Maccab. v. 5. μετηλλαχότος τὸν βίον Ἀντιόχου. Locutione μεταλλάττειν τὸν βίον vel μεταλλάττειν simpliciter, nihil usitatius: nota μεταλλάττειν τὴν ζωὴν apud Eusebium 115. A. Item μεταλλάττεσθαι τὸν βίον, per medium, Josephus Contra Apion. 1045. D. Sed in Concilio Ephesino I. 1306. C. solito more de S. Paulo dictum, ἀπὸ διώκτου εἰς κήρυκα μεταλλάγη, *e persecutore in prædicatorem mutatus est.* Minus commode versio vulgaris, *persecutorem in prædicatorem mutavit.* Participium μετηλλαχότας, in qua voce interpretanda nonnulli lapsi sunt, sæpe *defunctos* significare, etiamsi Lexica non monerent, constaret ex Salmasio De usuris 391. A. Μεταλλάττειν τὴν ζωήν.

Pag. 3. A. C τὴν αὐτοκρατορίαν δίεπειν ἀρχὴν] Malim, τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν, vel, τὴν αὐτοκρατορίας, vel, τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχήν. Αὐτοκράτωρ ut adjectivum habet ipse Leo 18. D. τῆς αὐτοκράτορος ἀρχῆς Philo De plantatione Noë, 176. G. ἡ αὐτοκράτωρ δυναστεία Leo 14. A. Αὐτοκρατορία substantivum Josephus Antiq. Judaïc. 679. E. Petrus Siculus Historia Manichæorum 2. B. Adjectivum αὐτοκρατορικός Philo Legatione ad Caïum 786. E. 802. F. Clemens Alexandrinus Stromat. 363. D. 705. D. S. Gregorius Nyssenus In Canticum Canticor. I. 618. D. Contra Eunomium II. 42. D. In Christi resurrectionem 821. C. Eusebius Vita Constantini 611. A. Contra Hieroclem 516. A. S. Basilius In Hexaëmer. I. 77. C. Regulis fusius disputatis II. 467. B. Ἡ αὐτοκράτωρ ἀρχή. Αὐτοκρατορία substantiv. Αὐτοκρατορικὸς adjectivum.

Pag. 3. A. εὐμενής τε καὶ χρηστὸς πρὸς ἅπαν τὸ ὑπήκοον] Cedrenus Compend. Histor. II. 645. C. τὸ ἦθος ἥμερον ἔχων καὶ πρᾶον, καὶ τὸ φρόνημα μέτριον, hoc est, *et ingenium modestum*, non, *et mediocriter animatus*, ut reddidit Xylander: cujus summam utriusque linguæ D peritiam, quam non immerito tribuit illi Huetius De claris interpret. 227. C. in hac quidem Cedreni versione vix agnoscas.

Pag. 3. C. τομίου θαλαμηπόλου] Præivit Agathias 19. B. Vide de hoc bello Cedrenum II. 640. D.

Pag. 3. C. Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν] Plura de expeditione Cretica Nicephori Phocæ Continuator Theophanis, 296. B—300. D. Ad Gongylæ navigationem fortasse referenda notitia ampla de apparatu navali apud Constant. Porphyrogen. Cærimon. aul. Byzant. II. 383. C. sed vide et quæ de Gongylianæ expeditionis tempore acuta disputat summus chronologiæ Byzantinæ arbiter Ph. Krug, *Chronologie der Byzantier* 292. B. et quæ de Candiæ sub Romano expugnatione 306. C. Inde probatur, Nicephorum appulisse ad Cretam a. Chr. 960 (contra Contin. Theoph. 297. C. ad a. 962 id referentem), Candiam cepisse anno sequenti 961, fratre ejus Leone bellum interim adversus Chambdanum administrante.

Pag. 4. A. πάντας ἐπὶ τὴν ἴδια προσυφαπλῶν] Verbum προσυφαπλόω, *subter explico,* in Lexicis Προσυφαπλόω, subter explico.

desideratur, neque ipse offendi extra vitam S. Chrysostomi ab anonymo scriptam Opp. A
VIII. 136. 33. ζώσῃ φωνῇ ἕως τῆς ἀληθείας ἀκτῖνας προσυφαπλῶν. Iterat inferius Leo 58. C. Ὑφαπλωμένων habet 25. A. ἐφήπλων 49. D. primitivum ἥπλωται 51. B. et 99. A.

χάραγμα περὶ τοῦ ἄστεος ἐπήξατο τῶ Κρητῶν· ἕως δέ γε πεπήρεις] Cedrenos hæc iisdem fere verbis II. 643. A. ubi pro, πάσαις μηχαναῖς πολιορκητικαῖς χρησάμενος ὀργάνων, ex bono admodum Scylitzæ codice inter Coislin. nostros N.° 136. sensu item postulante scr. πολιορκητικῶν χρ. ὀ. Pag. 4. B

Composita cum voc. χαλκός, in Lexicis omissa:

ἐκ τῶν κατὰ πόλεμον χαλκοτυπιῶν] Χαλκοτυπία apud Suidam III. 652. unde habet Schneiderus. Pauca alia composita cum voce χαλκός, in Lexica nondum recepta, nota hæc : Pag. 4. C.

1.° Χαλκέντονον, tormenti genus.

1.° Χαλκέντονον, *tormenti bellici genus*, per fibulas æneas tela propellentis. Bis apud Philonem De telorum constructione 56. C. et 78. B. Sed quinquies alibi, 67. F. B
72. A. C. F. 73. C. eadem machina vocatur χαλκότονον, quam lectionem Schneiderus prætulit. Est tamen ἐντόνιον, instrumentum ad tendendas catapultas, vocabulum item exulans e Lexicis. Philo De telor. constr. 57. F. 58. A. 61. B. Hero Belopœicis, 135. A. 139. A. ubi docetur quo pacto construi debeat. Unde defendi fortasse possit scriptura χαλκέντονον.

2.° Χάλκινος, æreus.

2.° Χάλκινος, i. q. χάλκεος et χάλκειος, *æreus*. S. Epiphanius De mensuris et ponder. II. 183. D. παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι τὰ ἀργύρεια καλοῦνται χάλκινα. Idem adjectivum in editione Rover. Josephi Antiq. Jud. 261. A. δικτύου ἐλάτῃ χάλκινον περιπεπλεγμένον. Sed edit. Havercamp. emendatius I. 424. D. ἐλάτῃ χαλκείᾳ. Ita χάλκινος sola nititur S. Epiphanii auctoritate, quæ ne ipsa quidem permagna est in hoc certe opusculo, a librariis mirifice depravato.

3.° Χαλκοτύμπανος, ære sonans.

3.° Χαλκοτύμπανος, *ære sonans*, apud Palladium Vita S. Joannis Chrysost. 106. C
A. in loco ubi laudatur Abraham patriarcha, quod in deserto abditus neque Consules hospitio exceperit, neque duces neque alios magnis honoribus fungentes, παρ' οἷς ἵπποι χρυσῷ ἢ χαλινῷ ἀποστίλβοντες, ἢ σαράβαρα χαλκοτύμπανα, πόῤῥωθεν τῆς ὑπερηφανείας τὸν κτύπον ἀπερευγόμενα. Quo loco σαράβαρα, si modo lectio vera, non *braccas* dixeris significare, sicut alibi, sed potius instrumentum musicum, haud absimile, opinor, cymbalis. Qui si est verus sensus, inde videtur sequi, sæculo sexto magistratus Romanos cymbalis æribusque crepitantibus iter aut omnino proditionem in publicum fecisse, quod nunc de Turcarum potestatibus scribitur.

Ad hæc vocabula, omnino, opinor, nova, addam formas rariores jam notarum vocum explicationesque a vulgatis diversas. In quas tamen non refero vocem χάλκαννα, sæpius in glossariis chemicis medicisque mss. Bibliothecæ Reg. occurrentem : eam corrupte scriptam pro ἄλχαννα sive ἀλχάνα, herbamque *henne* significare, qua per Orientem D
mulieres se inficiunt, jam Salmasius vidit Exercitat. in Solin. 1324. B. et 1353. C. Sed

Χαλκεία, officina æraria.

revocare eo possumus vocem χαλκεία, eo sensu ut sit i. q. χαλκεῖον, χαλκευτήριον, χαλκοτυπεῖον, *officina æraria*. Philo De telor. construct. 60. C. juncturas ferreas frangi ait, ἐὰν τὸ τυχὸν σίνος ἐν τῇ χαλκείᾳ λάβωσι, *si vel minimam noxam in officina acceperunt.* Tametsi commodius fortasse hic verti possit, *inter cudendum*. Magis extra controversiam χαλκεία *officina fabri ferrarii* apud Heronem Belop. 134. E. de epizygide : αὕτη δὲ ἔστω ἐν τῇ χαλκείᾳ καλῶς τετελειωμένη. Sed in Antiquit. Jud. Josephi 7. E. χαλκείαν τε πρῶτος ἐπενόησε, de arte fabrili exponendum est, *ærariam primus est commentus*. Eodem sensu in Prolegomenis rhetor. a Montefalconio Biblioth. Coislin. editis legitur 590. D. Ἥφαιστος τὴν χαλκευτικήν· *Vulcanus ærariam artem :* ubi Montefalconius nimis generatim, *fabrilem artem*.

Χαλκίτης, species lacertæ.

De vocabulo χαλκίτης, quando alumen aut petram significat, alii docte exposuerunt. Adde hic tertiam significationem, qua est apud Nonum medicum De omnium

A particularium morborum curatione 313. B. Τοῖς δὲ ὑπὸ τῆς χαλκίτιδος σαύρας πληγεῖσι. Vertit Hieremias Martius, *ab ictu lacertæ viridis:* videtur esse lacerta venenata ex genere salamandrarum. In titulo tamen capitis ejusd. apud Nonum 313. B. eadem lacerta appellatur χαλκῆ σαύρα, non χαλκῖτις, errore fortasse librarii.

Nota porro vocem χαλκὸς quandoque exponendam esse *assem*, hoc est, *æreum*, *nummum minimum*. Plutarchus Apophth. Lac. 226. D. δυνάμαι δὲ χαλκοῖ τέσσαρες. De animi tranquillit. 470. F. δυοῖν χαλκοῖν ἡ χοῖνιξ. Artemidorus Onirocritic. 267. B. αὐτὸς δὲ λέγει, ὡς οὐ χαλκοῦ οὐκ ἔχω. Rigaltius parum accurate, *ego certe æs non habeo:* sensus, *h. ne assem quidem.* Χαλκός, as, numus minimus.

Χαλκοτυπεῖον, *officina fabri ferrarii*, affert Schneiderus ex Nicomacho De musica. Adde Philonem De Cherubim 94. A. ἴσως ἐν χαλκοτυπείῳ ἐλαυνόμεναι ὕλαι, ἢ διαιρούμεναι· et Jamblichum In Arithmet. Nicomachi Gerasen. 171. B. Χαλκοτυπεῖον, officina fabri ferrarii.

B Χαλκώδης, pro quo nescio an quisquam auctoritatem attulerit, usurpaverunt Theophrastus De sign. serenitat. 440. A. χαλκῶδες χρῶμα· et S. Epiphanius Adversus hæres. 577. B. ἀλλὰ τὸ χαλκῶδες τὸ ἐν τῷ ἀργύρῳ· quo certe in loco significare videtur *quod æris naturam habet*, *ærosus*, ut exponitur in Onomastico inter Glossas Labb. 202. E. Petavius vertit, *quod in argento subæratum est.* Χαλκώδης, *ærosus* potius quam *æreus*.

Addo vocem χαλκωρυχεῖον, *sectura æraria:* nam mendum typothetarum est, quod per omicron apud Salmasium ad Solin. 195. B. semel legitur ἐν τοῖς χαλκορυχείοις· item ter apud Theophrastum De lapidibus 395. A. B. 398. D. Aliam formam χαλκωρύχιον Plutarchus Sympos. 659. C. et Ptolemæus Geograph. 233. B. ubi videtur quasi nomen proprium. Hæc, extra oleas fortasse vagati, in Lexicographorum ratiam annotavimus circa derivata aut composita ex voce χαλκὸς, novasque ejusdem originis vel voces vel auctoritates, quibus Glossaria locupletari queant. Χαλκωρυχεῖον, sectura æraria.

Pag. 4. D. C ὡς μή τι ἀνήκεστον πρὸς τῶν ἐναντίων αὐτοῖς καττυθῇ.] Κασσύω sive καττύω, sensu figurato *machinor*, *struo*, frequenter occurrit apud Patres sæculi Theodosiani et deinceps. Καττύει S. Epiphanius Adversus hæres. I. 2. C. Anonymus in Psalm. I. 88. A. καττύοντα S. Epiphanius Adversus hæres. 651. C. καττύοντες Anonym. in Psalm. I. 761. C. καττυόντων S. Epiphanius Adversus hæres. 222. D. Aoristo bis utitur S. Epiphanius, Ibid. 629. D. βίβλους καττύσας· et 257. C. καττύσαντα. Præsente passivi S. Theodoretus Epist. CIX. III. 977. D. κατὰ τῆς ἀποστολικῆς καττυόμενα πίστεως. Imperfecto S. Epiphanius Adversus hæres. 722. B. ἐκάττυεν περὶ [*l.* παρὰ] τῶν τότε μαθητῶν τὰ κατὰ τὴν συσκευὴν τῆς ἐκκλησίας. Perfecto Theodotus Institut. Oriental. 806. C. κεκαττυμένα. Composito ἐπικαττύω ipse Leo infra 52. C. Καττύω, machinor, struo.

Pag. 4. D καὶ παρέπεισαι] Malim παρέπεισαν. Vide tamen Zeunium ad Vigerum De idiotism. 195. C.

Pag. 4. D. D τῆς δεδομένης εὐετηρίας] In Codice literis ι et η contra etymologiæ rationem permutatis modo εὐετιρία exaratum, ut infra 20. B. modo εὐητερία, ut hic et 40. C. Eodem modo, εὐητερία, in Codd. multis antiquis scriptum vidi, ubi nunc editiones εὐετηρία· Philo De Abrahamo 284. F. De congressu quærendæ eruditionis gratia 351. A. Josephus Antiqu. 44. A. Ptolemæus Tetrabibl. 80. A. Locus de instabilitate fortunæ, quem Leo respexit, est in S. Nili Epist. CLXXXIII. p. 70. Εὐετηρία, εὐητερία, et εὐετιρία.

Pag. 5. B. διαπεφωνήκει.] Διαφωνέω alii jam observaverunt, ex usu Hellenistico significare *ultimam vocem emitto*, hoc est *exanimor*, *pereo*. Suidas I. 563. C. Mangey ad Phil. De ebriet. I: 375. E. Adhibetur ea significatione præcipue perfecto et plusquamperfecto: velut apud LXX. Num. XXXI. 49. οὐ διαπεφώνηκεν ἀπ' αὐτῶν οὐδὲ εἷς. Quod imitatur Philo De temulent. 200. B. et C. Item Scholiasta ad S. Joannis Climaci Scalam Paradis. 19. C. aliquot simplices homines incredibiliter jejunantes, καὶ ἀδιακρίτως βίᾳ ἑαυτοὺς ἐκδόντες, διαπεφωνήκασιν, *succubuerunt*. Et Apsyrtus in Hippiatricis 256. C. de equo, κείσονται ὥσω ἔξει διαφωνῆσαι. Διαφωνέω, pereo.

Passim male intellectum. Non pauci tamen eruditi lapsi sunt in hoc verbo interpretando. Velut apud Philon. A De nomin. mutat. 822. B. πόλεμος, ἐν ᾧ τῶν διαγωνισαμένων διεφώνησεν οὐδεὶς, ἀλλ' ἄτρωτος καὶ σῶος ἐπανῆλθε· vereor ut Petrus Morellus recte verterit, *in quo dimicantium nemo discors fuit.* Et hæc Apsyrti in Hippiatr. 260. B. διαφωνεῖ δὲ ῥᾳδίως, Ruellius in Medicina veterinar. 191. B. *quapropter facile despondet animum.* Atque tantum non ridicule Montefalconius apud Euseb. Comment. in Psalm. I. 259. E. de secundis mulierum : ὥσπερ χορίον, προχωρῆσαν ἀπὸ γυναικὸς, οὐδαμῶς μετέχει ζωῆς, διαλυθὲν δὲ διαφωνεῖ· *quemadmodum pellicula e muliere prodiens vitæ consors nullatenus est, sed dissoluta dissonat.* Verte : *quemadmodum secunda membrana, e muliere progrediens, nullius est vitæ particeps, sed dissoluta perit.*

Διαφωνέω, edico. Præter hanc significationem verbi διαφωνέω reliquasque, in vulgus notas, una admodum rara, *edico, pronuncio.* Eusebius Contra Marcell. 32. D. ἐν θείῳ πνεύματι διεφώνει λέγων. Recte Montacutius, *spiritu Dei afflatus profatur :* est enim hic idem quod ἐξεφώνει. B Διαπεφώνηκα, *morior.* Infra quoque, 33. A. et 41. A.

Οὕτω διαλύοντι τούτῳ καὶ γνωματεύοντι] Διαλύω, *animo perlustro* (ut ait M. Tullius), Pag. 5. C. *cogito,* vix opus est moneam, compositum esse non cum verbo λύω, sed cum ἀλύω. Nisi mavis scribere, Οὕτω δὴ ἀλύοντι· quod suadent et phrasis 61. C. Ἀλύοντι δὲ τούτῳ καὶ γνωματεύοντι, et Agathias, unde omnia hæc manaverunt, 20. D. Ἀλύοντι δέ οἱ καὶ γνωματεύοντι. Præterea ἀλύω 34. A. et 74. B.

ἰσοπέδου] In Cod. est ἰσοπεδοὺς, h. e. ἰσοπεδοῦς (accentus enim et circumflexos, Pag. 6. A. etsi perraro alieno loco collocant, tamen inter se sæpissime confundunt cum alii librarii plerique, tum in primis noster), quasi a nominativo ἰσοπεδής. Quæ forma rarissima : in Lexica certe nondum relata.

Τειχίον, ejusq. significatus varii. Conf. Steph. Thes. III. 1357. G. Τὸ τοιοῦτον δὲ τειχίον] Τειχίον nihil aliud significat apud Leonem, quam τεῖχος, *murus,* Pag. 6 B. *munimentum.* Habet enim hoc Leo commune cum aliis Byzantinis nimium multis, ut C significatu subtiliore vocabb. confuso partes pro re tota, diminutiva pro primitivis, composita pro simplicibus temere usurpet. Apud alios τειχίον interdum retinet vim diminutivi.

1.° parvus murus. Plutarchus Arat. 1036. E. ὑποστείλας τειχίοις τισὶ καὶ οἰκοπέδοις. Achilles Tat. De amor. Clitophont. et Leucipp. 51. A. περὶ τὸ ἄλσος τειχίον ἦν αὔταρκες εἰς ὕψος. S. Joannes Chrysostomus Homil. IX. ad populum Antioch. 129. A. de Deo, mare furens arena invalida continente : διὰ τοῦτο χοῦν καὶ ἀσθενὲς τὸ τειχίον ἐποίησε, καὶ οὐ ξύλα καὶ λίθους, οὐδὲ ὄρη, τοῖς αἰγιαλοῖς περιέβαλε τούτοις.

2.° paries. Deinde videtur τειχίον passim eodem sensu usurpari quo τοῖχος, *paries.* Unde διορύττειν τειχίον de perfossoribus parietum, ut voce Plautina utar. Josephus Antiq. Jud. 137. E. πρὸς διορύγματι τειχίου. S. Clemens Alexandr. Stromat. 764. B. διορύξαντες λάθρα τὸ τειχίον τῆς ἐκκλησίας.

3.° i. q. τεῖχος. Sine vi diminutiva videntur adhibere Lucian. Piscat. I. 615. 1. edit. Hemsterh. D καθεζόμενος ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ τειχίου. S. Basil. De grat. act. I. 362. Julius African. Cestis 305. E. Ego, quia agitur de munitione castrensi, *vallum* ausus sum vertere cum hic tum inferius 8. B. Alibi, 84. A. verti *murus :* aliis locis, ut 16. D. *castellum :* 77. A. *munitionem.* Figuratim, pro *munimento,* S. Joannes Chrysost. adhibet Orat. XLV. in Acta Apost. IV. 863. 13. ἔστω σοι τειχίον καὶ περίφραγμα, ἀσπὶς καὶ δόρυ. Nota denique, in his locis omnibus non τείχιον, sed τειχίον scribi παροξυτόνως, quam accentus rationem ipse quoque in textu Leonis retinui, Codd. atque editiones antiquiores secutus. In Lexicis nunc plerumque προπαροξυτόνως impressum est, nescio quam bona auctoritate.

ἔσω φονωδῶς] Sic Cod. nec mutavi : tametsi adverbium φονωδῶς sive φονιωδῶς Pag. 6. C. neque in Lexico, neque in auctore, quantum memini, offendi ullo.

ἐκ τῆς τούτων ἀπαγωγῆς;] De Arabum excursionibus maritimis ex Creta factis Pag. 6. D. vide Vitam S. Lucæ junior. edit. a Combefisio ad calc. Historiæ hæres. Monothelitarum,

A litarum, 969. B. item Continuat. Constant. Porphyrogen. ubi hæc 85. A. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Κρῆτες παντὶ σθένει ἀφάμενοι, τὴν παράλιον ἐδῄουν τῶν Θρακησίων, καὶ ᾐχμαλώτιζον. Παρὰ τούτων δὲ . . . ὁ τὸν αἰγιαλίτην μόνον ἐπειρῶντο καταδραμεῖν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ἐν τῷ ὄρει, ὅπερ οὕτω καλεῖται, Λάτρος, ἐνσκηνούντων, καὶ τῶν [l. τὸν] μονaύλιον βίον ἀσπαζομένων, γυμνῷ τῷ ξίφει χωρεῖν, καὶ Μυσῶν λείαν τὰ ἐκεῖσε ποιεῖν. Unde manaverunt illa viri docti Le Beau, haud scio an optime reddita, *Histoire du Bas-Empire*, XIV. 433. *Un de leurs partis osa traverser toute la Thrace, et pénétrer jusqu'au mont Latrus, dans la basse Mésie, où ils pillèrent un riche monastère.* Etenim primo Thracesii non sunt Thraces, sed incolæ Asiæ proconsularis ad Ægæum mare: vide supra 4. C. et Constant. Porphyrog. De themat. I. 7. F. Τὸ νῦν καλούμενον Θρακησίων θέμα πάλαι μὲν καὶ κατ' ἀρχὰς Ἀσία μικρὰ ὠνομάζετο. Deinde Latrus mons non in Mœsia inferiore est, sed item in Asia, propter Ephesum. Memoratur

Le Beau emendatus.

B infra 196. C. item Scriptt. post Theoph. 112. B. 267. B. Cedren. Compend. Histor. II. 546. C. Habemusque in Bibliotheca Reg. Cod. Gr. N.° 598. (vid. Montef. Palæogr. 78. B.) in quo legitur, quemadmodum monachus monasterii τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Στύλου, ἤγουν τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ Λάτρους . . ὁ ἅγιος Χελιδόνιος, διὰ τὴν ἔφοδον τῶν ἀθέων Ἰσμαηλιτῶν μετῴκισεν εἰς τὴν Πάτμον, φέρων ἐν ἑαυτῷ ὅσα δυνάμενος βιβλία. Mœsiam inferiorem autem posuit scriptor, quod non intellexit voces Μυσῶν λείαν. Quas proverbiales esse quis est qui nesciat? Cinnamus Histor. 19. λείαν Μυσῶν καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἐργαζόμενοι. Vid. præterea Zenob. Centur. V. Proverb. 118. A. Diogenian. Centur. VI. 232. B.

Μυσῶν λεία, proverbium.

Pag. 6. D. τοὺς ψεύστας, τὰ θηρία τὰ κάκιστα] Allusio ad locum S. Pauli Epist. ad Tit. cap. 1. v. 12.

Pag. 7. A. σὺν τῷ Πασιλᾷ Νικηφόρῳ οἱ προκατασκοπεῖν σταλέντες] Προκατασκοπέω, verbum raro occurrens, quoque carent Lexica, usurpavit præter Leonem S. Clemens Romanus De peregrinationib. S. Petri 59. C. καὶ προκατασκοπήσας ἡμᾶς, ὡς αὐτὸς ὕστερον ὡμολόγησε· C *cum observaret nos*, vertit Perionius : oportuisset saltem, *observasset*. In Codice hic, σὺν τῷ Πασιλᾷ· superius tamen ubique ὁ Πασιλᾶς.

Προκατασκοπέω, ante exploro.

Pag. 7. A. τῆς σφῶν ἀβελτηρίας] Codex ἀμελτηρίας, mendo manifesto pro ἀβελτηρ. quam formam, per η, admodum frequentant auctores Christiani. Sic ἀβελτηρία Alexander Lycopolita Adversus Manichæos 18. D. ἀβελτηρίας Heliodorus Theagene et Caricl. 402. A. Methodius Conviv. decem virg. 132. B. S. Clemens Alexandrin. Stromat. 762. A. S. Epiphanius Adversus hæres. I. 493. B. Leo 27. D. ἀβελτηρίᾳ S. Nilus Peristeriis 119. A. Agathias 131. A. ἀβελτηρίαν S. Gregorius Nyssenus Contra fatum I. 896. B. et Contra Eunom. II. 310. A. S. Epiphanius Adversus hæres. I. 73. C. S. Chrysostomus Orat. VIII. in Pascha, V. 943. 12. Joannes Philoponus De mundi creatione 113. B. Agathias 73. D. 117. A. δι' ἀβελτηρίαν τρόπου Eusebius Præparat. Evangel. 312. D. ubi nescio an bene Vigerus, *ob insignem morum asperitatem*: D malim, *amentiam*, vel, *animi insipientiam*. Ἀβελτηρίαις Concilium Œcumenicum VII. VII. IV. 411. οὐμενοῦν· οὐ γὰρ ταῖς τινῶν ἀβελτηρίαις κ. τ. λ. *nequaquam : non enim quorundam ineptiis &c.* Male Harduinus in versione : *nequaquam enim quorundam profanationibus*. Scribunt tamen et nonnulli Patres ἀβελτερία, per ε· item Agathias, 24. C. et ipse Leo, 27. D. Adverbium ἀβελτέρως, *stulte*, in Lexicis omissum, habet Porphyrius De abstinentia 129. A. οἱ δὲ περὶ τούτων ἀβελτέρως λέγοντες, *qui stolidius his de rebus loquuntur.*

Ἀβελτηρία, aut ἀβελτερία;

Ἀβελτέρως, stulte.

Pag. 8. B. πρὸς τὴν τοῦ πόλου μεταβαίνοντος ἄντυγα] Verti *poli fornicem*, audacter Ennium secutus, quamvis improbante Cicerone De orator. III. 40.

Pag. 8. B. ἐπιστίχως τε] Ἐπιστίχως, *per ordines*, non invenitur in Lexicis : vox usitatior est στιχηδόν, quod vide infra 59. B. ex Agathia 23. C. Ἐπίστιχος adjective, quo utitur Leo statim post, habetur in Etymologico magno, unde Schneiderus sumsit. Sed in loco Theodori Abucaræ Interrogat. II. contra Nestorianum 448. C. ubi cusum est, ἐπιτίμησόν με τῷ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ὑπερασπίζοντι ἐξάρχῳ ἐπιστίχῳ τάξιν ἐπέχοντι,

Ἐπίστιχος et ἐπιστίχως.

Theodorus Abucara emendatus.

quæ ultima, ut desperata, Turrianus in versione non attigit, emenda ex Cod. Regio A optimæ notæ N.° 1111. ἐξάρχῳ, ἐπισκόπου τάξιν ἐπέχοντι, *reprehenderunt antistitem, episcopi ordinem obtinentem, qui hæresim ipsorum defendebat.* Etenim qui Theodorum Abucaram ediderunt, siglam ἐπισκ. qua ἐπίσκοπος exprimitur, non magis intellexerunt, quam qui in Concilio generali VIII. V. 1466. D. typis excuderunt, τῆς βασιλευούσης ἐπισκοπῆς. Corrige ex Photii Epistolis 5. A. τῆς βασιλευούσης ἐπίσκοπος, *episcopus reginæ urbium*, hoc est, Constantinopoleos.

Νιφάδες verborum, cum eloquentia et impetu ruentium.

Δίκην χειμερίων νιφάδων] Confer Agathiam 101. D. Allusio ad illustre eloquentiæ Ulysseæ elogium Iliad. Γ. 222. ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, multorum imitationibus celebratum, velut Lucian. Baccho III. 81. lin. 48. et Demosthenis encom. 495. lin. 85. Nicetæ Choniatæ Manuele Comnen. 58. D. S. Gregor. Nazianz. Epist. CLXXXI. II. 892. B. τὸ δὲ ὑπὲρ τὰς χειμερίους εἶναι νιφάδας· quod Billius insulse reddidit, *alterum autem hiemes superet.* B

Pag. 8. D.

Nec tamen solum de flumine orationis νιφὰς adhibetur, sed in universum de rebus, nivium hibernarum ritu affatim accidentibus, cum proprie, tum figurate. Velut de lapidibus confertim aut projectis, aut desuper dejectis, ex Iliade M. 156 et 278. Unde Euripides Andromach. 1130. de Pyrrho saxis appetito : Πυκνῇ δὲ νιφάδι πάντοθεν σποδούμενος. Et Æschylus Sept. contra Thebas, v. 218. νιφάδος ὅτ' ὀλοᾶς νιφομένας· quod scholiasta tamen de telis interpretatur. Oratores quoque Christiani νιφάδας usurpant de lapidationibus in Sanctos factis. S. Gregorius Nyssen. De beatitudin. I. 833. C. χαίρει ὁ μέγας Στέφανος, καὶ οἷόν τινα δρόσον ἡδεῖαν προθύμως τῷ σώματι δέχεσθαι τὰς ἐπαλλήλους τῶν λίθων νιφάδας. Et alibi, Orat. in S. Steph. II. 791. C. S. Gregorius Nyssen. de eodem, ὁ ταῖς νιφάσι τῶν λίθων καταχωννύμενος. Nec ullus hoc vocabulum plurali numero magis frequentavit quam S. Joannes Chrysostomus : cujus rei licitum sit paulo plura afferre exempla, ut appareat, quam frequentes sint apud C Patres priorum sæculorum imitationes Homeri.

Νιφάδες lapidum confertim missorum.

Νιφάδες de quavis multitudine, velut 1.) miraculorum.

Adhibet igitur S. Joann. Chrys. voc. νιφάδες de rebus jucundis, ut Homil. XXXII. in S. Matth. 370. A. ὑπὲρ γὰρ τὰς νιφάδας αὐτὸν ὑπερῇρε τὰ θαύματα· vertit Arianus, *cum nivales imbres miraculorum superaret* : omissa a typographis voce *multitudine*. Vel ibid. Homil. XIV. 160. D. νιφάδας παρατρέχει σημείων, de Evangelista, multa Servatoris miracula silentio transcurrente : quod idem dicitur Comment. in Psalm. CXXXIV, I. 828. 27. παρατρέχει μυρίας νιφάδας θαυμάτων.

2.) epistolarum.

Item de rebus mediis, præsertim de litteris, ut Epist. XIII, VII. 109. 4. πέμπε λοιπὸν ἡμῖν νιφάδας γραμμάτων· Epist. XL. 119. 37. πέμψαι νιφάδας γραμμάτων ἡμῖν· Epist. LXXX. 136. 23. νιφάδας ἐπέμψαμεν γραμμάτων· Epist. XCVII. 143. 22. νιφάδας ἐπιστολῶν· Epist. CV. 146. 24. κἂν νιφάδας σοι πολλάκις ἐπέμψαμεν ἐπιστολῶν· Epist. CVI. 147. 10. ὥσπερ νιφάδας πέμπων γραμμάτων· Epist. CXVI. 152. 13. νιφάδας ἂν ἐπέμψαμεν D γραμμάτων· adde Epist. CXIX. 153. 12. Epist. CXXIII. 158. 14. Epist. CXXXVII. 165. 21.

3.) rerum adversarum, ut βασάνων, ἐπιβουλῶν, κακῶν, κ. τ. λ.

Tum maxime de rebus adversis, ut apud solum Chrysostomum (ex aliis exempla congerere non attinet) octodecies : Epist. ad episcopos et presbyt. in carcere inclus. IV. 600. D. βασάνων νιφάδες. Orat. *Quod qui injuria &c.* VII. 46. 12. ἐπιβουλῶν νιφάδες. Orat. XLIV. *Non solum vero &c.* V. 294. 11. νιφάδων πυκνότερα περιειστήκει τὰ κακά. Orat. IX. in alteram ad Corinth. III. 598. 6. ὑπὸ τῆς νιφάδος τῶν κακῶν· ubi nota singularem numerum. Sed Homil. LXXVI. in Matthæum, 796. A. νιφάδας τῶν κακῶν, et Orat. XVI. in Epist. ad Roman. III. 135. 41. νιφάδας κινδύνων, plurali. Item Commentar. in Psalm. XLIII. I. 629. 14. τὰς νιφάδας τῶν ἀποστολικῶν κινδύνων· Oratione II. ad Theodorum laps. VI. 69. 25. νιφάδες κολάσεων· et Epistola III. ad Olympiadem, IV. 642. D. λοιδοριῶν καὶ ὕβρεων νιφάδες. Homil. XV. in Matthæum 168. B. μυρίας νιφάδας λυπηρῶν. Invenio quoque νιφάδες πειρασμῶν Orat. I. in alteram ad Corinth. III. 545. 41. Orat. II. in eand. 551. 15. Orat. XII. 614. 38. Homil. XXXIII. in Matthæum 403. C.

A Porro νιφάδες τῶν δεσμωτηρίων, τῶν ἀπαγωγῶν, τῶν θανάτων, τῶν καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν πειρασμῶν, τῶν λοιπῶν πειρασμῶν, Orat. in illud, *Ego Dominus Deus feci &c.* V. 168. 15. νιφάδες στρατοπέδων, Orat. III. in alteram ad Corinth. III. 565. 5. Φροντίδων Ad Stelech. VI. 154. 19. et Orat. XXV in alteram ad Corinth. III. 679. 37. Rariore significatione vox sola adhiberi videtur pro *molestiis, ærumnis, tricis*, Commentar. in Psalmum XLIV. I. 64. ubi S. Chrysostomus sollicitudines atque curas matrimonii perstringens, velut τέκνα, ἄνδρα, οἰκίαν, οἰκέτας, συγγενεῖς, κηδεστάς, γαμβρούς, ἔγγονα, πολυπαιδίαν, ἀπαιδίαν ...... subjungit: οὐδὲ γὰρ καιρὸς νῦν τὰς νιφάδας ὑπογράφειν τοῦ γάμου. Nisi dicas, unum aliquem ex genitivis superius ascriptis librariorum culpa excidisse.

Pag. 9. A. ἀμυντηρίων] Ex Agathia 20. B. aut 102. A. Ἀμυντήρια notum est proprie esse arma tutoria, quibus vim propulsamus: vid. Lamberti Bos Ellips. græc. edit. Schæfer. 355. B. Deinde generatim quælibet arma et figurate omne propriæ defensionis causa institutum B consilium. Ἀμυντήρια 1.) arma tutoria.

Minus nota significatione apud auctt. Christianos ἀμυντήρια denotant instrumenta ea tortorum in quæstione, quæ a Latinis *ungues* s. *unci ferrei* appellantur. SS. Phileæ et Philor. Acta 158. B. πληγὰς οἱ βασανισταὶ βιαίως σιδηροῖς προσῆγαγον τοῖς ὄνυξιν. Οὐ μόνον γὰρ ταῖς πλευραῖς, ἀλλὰ καὶ παρειαῖς καὶ γαστρὶ καὶ κνήμαις, προστάξει τοῦ ἀσεβοῦς, τοῖς ἀμυντηρίοις ἐκόλαζον. Combefisius vertit, *flagris lacerabant:* quod paulo latius patet. Sumsit hæc auctor anonymus ex Phileæ Historia Martyrum, cujus fragmentum servavit Eusebius De incorporali anima 303. B. οἱ βασανισταὶ οὐ .. ἐπὶ τῶν πλευρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς γαστρὸς, καὶ κνημῶν, καὶ παρειῶν, τοῖς ἀμυντηρίοις ἐκόλαζον. Qua in voce, ἀμυντ., substantivum ὄργανα modo subintelligitur, modo additur. Acta S. Philoromi 154. A. ἀμυντηρίοις ὀργάνοις — σφοδρῶς τὸ σῶμα ἀναμένειν καταξαίνεσθαι. Sed in S. Cyrilli Hierosolymit. Catechesi 277. A. τοῖς ὀργάνοις τούτοις ἀμυντηρίοις χρησόμεθα, sunt ὄργανα C ἀμυντήρια eodem sensu quo apud auctores antiquos *arma defensoria*, non Instrumenta tortorum. Quibus uncis ferreis flagellabantur dati in quæstionem, ad *mercuriolum* (vid. Reisk. Comment. ad Constant. Porphyr. Cærimon. aul. Byz. II. 71. C.) sive ἑρμητάριον suspensi. Sic enim legendum apud Theodorum Iconiensem De SS. Cyrici et Julittæ martyrio, 238. B. κελεύει ἀρμαντηρίῳ ἀναρτηθεῖσαν αὐτὴν εὐτόνως ξέεσθαι. Emenda, ἑρμητηρίῳ. De quo vocabulo cum jam accurate disseruit Ducangius Glossar. col. 436. B. hic non est quod pluribus agamus. 2.) dentes sive unci ferrei tortorum. Ἑρμητήριον, mercuriolus.

Pag. 9. A. παραβόλως] Verti, *audacissime*, ut variarem phrasim: accuratius fuisset, *desperate:* quo sensu παραβόλως apud Joseph. Antiquit. 208. C. καλῶς ἀποθανεῖν, καὶ παραβόλως διακινδυνεῦσαι τοῖς πολεμίοις. Item apud Plutarch. Philopœm. 358. C. Crasso 560. D. Apud eundem non invidiose, sed cum laude dictum, M. Anton. 926. B. πρακτικῶς καὶ παραβόλως. Παραβόλως 1.) desperate.

D Plerumque tamen melius vertas *incaute, temere*. Joseph. Antiquit. 675. D. πεφυκότες εἶναι παραβόλως θρασεῖς. De bello Jud. 870. F. παραβόλως προκινδυνεύειν. S. Chrysost. Orat. in epist. S. Pauli II. 65. 35. ὁ παραβόλως ἑαυτὸν τοῖς κινδύνοις ἐκδιδούς. Plutarchus Aristide 319. F. πολλὰ κινουμένου τοῦ Θεμιστοκλέους παραβόλως. Item Pomp. 627. C. παραβόλως καὶ ληστρικώτερον αὐτῷ προσφερομένου. Ibid. 629. B. κατέπαυξε παραβόλως τὴν μάχην. Porro Phocion. 744. B. Agide et Cleomen. 816. E. M. Antonio 935. E. Galba 1053. A. 2.) incaute, temere

Interdum exponendum est, *summo cum discrimine*. Plutarch. Aristid. 323. C. παραβόλως διὰ τῶν πολεμίων νεῶν διεκπλεύσας. Catone maj. 343. D. πολυπόνως καὶ παραβόλως. Idem Pyrrh. 392. A. Lucullo 499. E. ἀνελπίστως καὶ παραβόλως ἐξεσώθη. Crasso 554. B. παραβόλως τινὲς διεκπεσόντες. Pompeio 638. A. μόλις καὶ παραβόλως. Catone minore 784. A. παραβόλως κατέπαυσεν. Arato 1039. D. ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνέβη παραβόλως. Alia aliorum loca vereor hic ascribere: quod vim vocabuli non magis illustrant, quam unius Plutarchi et Josephi. Neque de voce παραβολῇ, a Stephano et Schneidero 3.) summo cum discrimine

generatim, ab Ernestio Lexic. technologico 241. A. rhetorum sensu optime exposita, A quicquam addam, præter illud, loc. ubi occurrit Dionysii Halicarnassensis Arte rhetorica, V. 389. 9. levi correctione lucem afferri posse. Ait enim rhetor, in quibusdam causis judicialibus supervacaneas esse narrationes, quando nimirum nemo est qui quo pacto res gesta sit aut nesciat aut in dubium vocet. Subjungit : Οἷος ἀριστείων διηγήσεις, γελοῖα παντάπασιν· ὁμολογοῦνται γὰρ καὶ ἐκ παραβολῆς αἰτήσεις. Novissima sic vertuntur edit. Reisk. *in confesso enim est, quod ex comparatione.* Sed interpungendum post γὰρ, et verbum ὁμολογοῦνται per zeugma aut fig. ἀπὸ κοινοῦ referendum ad ἀριστεῖα· ὁμολογοῦνται γὰρ, καὶ ἐκ παραβολῆς αἰτήσεις· quod agitur de disceptatione inter duces duos, utri præmia virtutis tribuenda sint : res ab utroque bene gestas esse, nemo est qui ignoret : ut judices jam non discere nunc demum eorum facta, sed componere inter se atque conferre debeant. Quamobrem interpretandum: *neque enim in dubium revocantur* [eorum præclare facta], *sed postulationes per comparationem fiunt.* B Adjectivum παράβολος, *audax, temerarius,* habet Leo 12. C. παραβολώτατος 23. C.

Ἐκ τοῦ παρείκοντος | ἐκ τοῦ παρείκοντος] Ex Agathia 67. D. forma loquendi rariore : vid. Viger. De idiotism. ed. Hermann. 429. B. Παρείκω significare *cedo, concedo, permitto,* notum est. Inde phrases ἐκ τοῦ παρείκοντος et κατὰ τὸ παρεῖκον, *pro facultate.* Philo De vita Mosis 530. A. ἔθος γὰρ ἦν, ἀεὶ μὲν κατὰ τὸ παρεῖκον, προηγουμένως δὲ ταῖς ἑβδόμαις, ὡς ἐδήλωσα καὶ πρόσθεν, φιλοσοφεῖν. Ubi Sigismundus Gelenius in versione κατὰ τὸ παρεῖκον omnino non expressit : Thomas Mangey editione Anglicana II. 167. 47. reddidit, *quandocunque commodum esset.* Plutarchus De liberis educandis 8. A. τῆς φιλοσοφίας ἀντιλαμβάνεσθαι κατὰ τὸ παρεῖκον τῶν καιρῶν. Utitur quoque Agathias, 150. D. Pag. 9. C.

Παρείκοι ὅποι. | De simili phrasi, παρείκοι ὅποι, *quacunque dabitur occasio,* a verbo παρίημι, alii commode exposuerunt : utitur Leo 6. A. 71. D. ex Agathia 126. D. 143. B. 168. C. C qui ipse habet, opinor, ex Thucydide 173. A. Ὅπη δὲ παρήκει male impressum est apud Cedrenum, II. 667. C. κατὰ τὸ παρῆκον [sic] apud Agathiam, 98. C.

περὶ τοῦ ἄστεος διεχείμαζεν] Hac ipsa hieme, h. e. exeunte anno 960, aut ineunte 961, abbas monasterii S. Pauli in monte Latro, prope Miletum, ad Nicephorum videtur in Cretam transmisisse, questurus de obstinatione monachi cujusdam : ut docemur ex Vita S. Pauli Latrensis ms. quam Harlesius Bibliotheca Græca X. 307. A. a Nicephoro Blemmyda compositam ait. Hanc vitam, cum et accurate sit perscripta, et res contineat ad geographiam historiamque illorum temporum noscendam utiles Pag. 9. C.

Vita S. Pauli Latrensis ms. | (Paulus enim Latrensis vita excessit a. 956, triennio ante obitum Constantini Porphyrogeniti, unde historiam orsus Leo est), in volumen aliquod subsequens totam referam : hic subjiciam, quæ ad Nicephorum Phocam pertinent. Demonstraverat auctor, S. Paulum Latrensem vel post mortem ad opem ejus confugientibus auxilium D

Ex Cod. Coislin. 148. fol. 81 verso. | * Fol. 82 recto. | tulisse. Inde pergit : Ὥσπερ δὲ τούτοις ἵλεως, οὕτως ἀπ' ἐναντίας ἀδικοῦσι καὶ πονηρευομένοις φοβερός τε, καὶ τὴν παιδείαν ἀπαραίτητος. Μαρτύριον τῶν εἰρημένων σαφές* ὁ τοῦ μοναχοῦ Ἰγνατίου, ᾧ Χαρζανᾶς ἡ ἐπωνυμία, χαλεπὸς καὶ οἰκτρὸς θάνατος. Οὗτος γὰρ, εἷς τῶν μοναχῶν ὤν, μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐκδημίαν ἀποστὰς τῆς Λαύρας, κατὰ τῆς Λαύρας ὡπλίσατο· ὡς μὲν ἐκεῖνος ἐδόκουν, ἐπὶ προφάσει δικαίᾳ· ὡς δὲ τῇ ἀληθείᾳ πάλιν, κακοήθους ὅλως, καὶ φιλαρχίας μανικῷ ἔρωτι. Ὁ γοῦν τῆς Λαύρας τότε προεστηκώς, ἀπαγορεύσας πρὸς τὰ ἐκείνου κακὰ καὶ τὴν βασκανίαν, τά τε ἄλλα ἐποίει τῶν ἀπορίᾳ καὶ λύπῃ κατειργασμένων, καὶ δὴ καὶ πρὸς τὸν τῆς βασιλείας οὐ πολλοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἐπιλαβόμενον Νικηφόρον, κατὰ τῆς Κρήτης ἤδη ἐπιόντα, ἀπῄει, ἐντυχεῖν ἐκείνῳ βουλόμενος, κατὰ [*l.* καὶ τὰ] τοῦ Ἰγνατίου χαλεπὰ ὅσα ἀναδιδάξαι, εἶτα καὶ ἐκδικίαν αἰτήσασθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ τὴν τοῦ κακοῦ λύσιν. Τούτῳ καθεύδοντι ἐπιστὰς ὁ μέγας ἠπείλησέ τε ἐμβριθῶς, καὶ τῆς ὁρμῆς ἔστησε, καὶ εἰς τὴν Λαύραν ἐκέλευσε τὸ παραχρῆμα ἐπανελθεῖν, Ἐγὼ, προσθεὶς, τὰ τοῦ Ἰγνατίου, ἃ προσήκει, διῴκησα. Οὐκ αὐτῷ δὲ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ

Fol. 82 verso. | συνοδεύοντι μοναχῷ ἴσοις ἐπιφαίνεται τοῖς ὀνείροις. Ἀλλ' ὅπερ ὁ ἅγιος διοικηθῆναι, ὡς

προσῆκον

A προσῆκεν [*l.* προσῆκε], ἔφη, ἄγριός τις καὶ ἠπαμὸς ἄνθρωπος, πορευομένῳ συναντήσας τῷ Ἰγνατίῳ, εἰς μέρη τε καὶ μέλη διεῖλε μικρὰ τὸν ἄθλιον· ἔπειτα καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιθεὶς λίθῳ, καὶ ἑτέρῳ βαρεῖ συντρίψας τε καὶ συνθλάσας καὶ ὅλην ὅλως καταλεάνας ἀπιὼν ᾤχετο, καὶ ἀχείρωτος εἰς δεῦρο κατέστη. Hoc est : *Ut autem in illos propitius, sic rursum injustis perversisque terribilis, et ad correctionem implacabilis. Cujus rei argumentum est Ignatii monachi, qui Charzauas cognominabatur, acerba et miseranda mors. Hic enim, cum in numero monachorum esset, post sancti Patris excessum a laura deficiens, adversus illam arma sumsit : ut ipsi quidem videbatur, prætextu justo; re vera autem, perverso prorsus animo, et dominandi insano amore ductus. Qui ergo lauræ tunc praeerat, perculsus malitiis atque simultate ejus, tum alia fecit quæ inopia et mærore oppressi solent, tum ad Nicephorum, qui rerum haud multo post potitus est, jam in Cretam profectum, se contulit, alloqui eum cupiens Ignatiique quam graves injariæ essent commemorare, tum vindictam ab eo malique finem* B *exposcere. Huic dormienti se offerens Sanctus comminatus est graviter, ejusque impetum repressit, ad lauramque jussit evestigio redire.* Ego, inquit, de rebus Ignatii, quantum attinet, providi. *Neque huic solum, sed comiti quoque itineris, monacho, somnio simili visus est. Quod vero Sanctus se, quantum attinuisset, providisse dixit, agrestis quidam et ferus homo, Ignatio in itinere occurrens, in frusta membratim concidit miserum : deinde caput quoque lapidi impositum altero ponderoso ita contrivit atque comminuit, ut totum penitus complanaret: quo peracto aufugit, neque ad hunc diem captus est.* Sequentia, ut aliena ab expeditiooe Cretica Nicephori, ad illum, ut dixi, Tomum rejicio, quo vitas Sanctorum alias complures, cum ad hæc tum ad Iconoclastarum tempora pertinentes, sum prolaturus.

Præterea agunt de hoc bello Cretico auctores duo : alter Simeon Logotheta in Chronico edit. a Combefis. Scriptorr. post Theophan. 401. A-498. D : alter Anonymus, quem sub Julii Pollucis nomine primum Joann. B. Bianconius, Bononiæ 1779. Jul. Pollux, num ei recte Chronicon tribuatur.
C Fol. deinde Ignatius Hardt, Monachi et Lipsiæ 1792. 8. ediderunt : vide Harles. Bibl. Græc. VI. 144. *i*). Sed in utriusque cum Bianconii tum Hardtii editione Julius Pollux desinit sub initiis Gratiani Aug.; in Codice Vatican. N.° 163 non modo totum Gratiani regnum, sed res etiam imperii Orientalis persequitur, ad medium usque sæculum X, triplo fere amplior quam editiones. Quapropter hoc Chronicon vereor ne sit ab Hardtio perperam Julio Polluci attributum. Hunc Pollucem enim multo esse sæculo X antiquiorem constat vel ex nomine; Chronicon autem, sive verba sive sensa respicias, ut ab ingenio temporum Tzimiscianorum proxime abest, ita a sæculo Justinianeo, nedum Theodosiano, est alienissimum. Quæ tamen in hoc Chronico, quod anonymi potius dixerim, de expeditione Cretica referuntur, ideo hic non subjicio, quod nihil fere ibi sit, quin item apud Simeon. Logothet. 498. A. B. et incertum Continuator. 297. C. D. legatur.

A

IN LIBRUM II.

Chambdani nomen, quot modis scribatur.

Χαμβδᾶν, ὁ τ — ἀρχηγός] De hoc Seïf-eddaula sive Abulhasan Ali, Hamdani ben-Hamdun nepote, vide notam in summi viri Silvestri de Sacy Chrestomath. Arabica III. 110. C. Græci Chambdanum vocant, gentilitio nomine, quod ipsum tamen varie scribitur, cum apud alios auctores, tum vel in Codice nostro. Velut Χαμβᾶν hoc ipso loco, 10. A. Χαμβὰν 22. B. Χανδὰν 10. C. 12. A, Χαμδὰν 13. D. Χαμβδὰν 11. C, 13. B. 14. B. Χαμβδᾶν 13. A. Zonaras II. 197. A. B. habet Χαμαδᾶν (sed Codex Reg. 1715. Χαμδᾶν). Simeon Logotheta 498. D. Χαμβδά· Michaël Glycas 304. D. τὸν Ἀπιχαυδᾶν *[sic]*. Cedrenus Χαβδὰν II. 642. D. 643. C. 645. B. In Codice tamen Scylitzæ Sangermanensi bonæ notæ, unde multa Cedreni loca emendari possint, legitur ubique Χαμβδᾶν· itemque in Nicephori Phocæ Tacticis edit. hujus 118. B. 123. B. quam scriptionem ubique secutus sum. Pag. 10. A. B

πρὸς αὐτοῦ τὸν καιρὸν εἶναι] Πρὸς αὐτοῦ εἶναι dixerat jam Agathias 21. A. et 26. D. Similem phrasin habet Plutarchus M. Bruto 990. B. Pag. 10. B.

Λέοντα τὸν Φωκᾶν] Leonis Phocæ contra Chambdanum expeditio incidit in a. 961, quo ipso tempore frater ejus Nicephorus Candiam expugnavit. Vide Pagi Critic. ad Annal. Baron. III. 875. D. Pag. 10. B.

Φέρων ἐνστῆναι αὐτόν.

ἔγνω μὴ ἐς προὖπτον κίνδυνον φέρων ἐνστῆναι αὐτόν τε καὶ τοὺς συνεπομένους] Dicas Leonem expressisse hæc Plutarchi, Cæsare 741. C. ἔῤῥιψε φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸν κίνδυνον· elegantia vero non opportune esse usum. Nam constructio postulare videtur accusativ. φέροντα· participium autem φέρων hoc sensu rarissime aliter quam nominativo singularis et pluralis reperitur. Vide exempla ab Hemsterhusio collecta in copiosa disputatione ad Lucian. I. 349. quibus, præter ea Plutarchi, quæ ibi enotavit, hæc nova indidem adjiciam : Themistocle 124. A. φέρων ὑπέθηκεν ἑαυτόν. Pericle 159. B. ἐπιβολὰς — ἐνέβαλε φέρων εἰς τὸν δῆμον· Fabio Max. 177. C. ἐμβάλλουσιν αὐτοῦ τὴν δύναμιν φέροντες· Demetr. 914. F. φέρων ἑαυτὸν εἰς τόπους — κατέβαλλε. Laconic. Institutis 238. C. τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ προσεπατταλευσαν φέροντες. Idem jungit verbo ἐνσείω, ut fit loco nostro. Phocion. 751. F. ὡς δὲ φέρων ἐνέσεισε — τὴν πόλιν εἰς τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον. Quibus in exemplis, tum in aliis, quæ hic ascribere non attinet, solum nominativum vides adhiberi : item, ni fallor, in illis quæ viri docti collegerunt ad Idiotism. Viger. 352. 593. 663. 758. ubi tota hæc quæstio erudite illustratur. Pag. 11. A. C

Adde, φέρων sequenti imperativo adhortantis esse, ac significare, *age*, *eia*. Philo apud Euseb. Præparat. Evangel. 345. B. καί μοι φέρων λέγε, *dic amabo te*. Origenes Philocalia 89. A. ubi Tarinus vertit, *age, responde*. Porphyrius Vita Plotini 17. C. Nam habet participium φέρων eandem vim adhortandi, quam imperativus φέρε in Φέρε εἰπεῖν. Quod significare, *fac dicamus*, h. e. *verbi causa*, *exempli gratia*, quis est qui nesciat! Tametsi in eo offendit homo cumprimis acutus Kusterus ad Suid. I. 20. A. ὅταν, ᾧ μὲν λυσιτελὲς τὸ καθέζεσθαι, καθέζηται· ᾧ δὲ ἀνακεῖσθαι, ἀνάκειται· τῷ πυρέττοντι φέρε εἰπεῖν. Ad quæ annotavit : *Loco huic aliqua desunt, et ultimis verbis istis nullus omnino sensus inest : quæ ratio est, quare ea in versione prætermiserim.* Sed agitur de categoria Aristotelica nona, quæ est positionis, *cum*, ait Suidas, *sederit, cui id expedit; et accubuerit, cui accubare expedit. Febricitanti, verbi gratia.* Nempe, λυσιτελές ἐστι ejusmodi homini τὸ ἀνακεῖσθαι, sicut scribenti v. c. sedere. Alios verbum φέρω in fraudem impulit, quod confuderunt cum latino *auferre*. Velut Robertum Balforeum in Gelasii Cyziceni Historia Concil. Nicæni I. 358. C. τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀναλαβὼν καὶ τὰς νόσους φέρων· *infirmitatem nostram* [sic] *suscipiens, et morbos auferens.* Verte, *et morbos ferens.* Est allusio ad Isaiæ LIII. 4. ubi Vulgata : *Languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit.* Ἐνστήκας eodem sensu quo nostro loco adhibetur 72. D. D

Suidæ locus explicatus.

Pag. 11. D. A Οὕτω δὴ γνωσιμαχήσαντι—ἐπῆλθε] Apud Agathiam προσῆλθε, 56. D. in phrasi quam Leo respexit.

Pag. 11. A. καὶ λόγοις ὑπαλεῖψαι τὴν στρατιὰν] Confer Agathiam 27. B. Ὑπαλείφειν metaphorice dici pro *incitare, concitare*, jam Stephanus monuit in Thesauro. Addam, eleganter usurpari de vaporibus, qui rigant atque humectant. Sic S. Gregorius Nyssen. De hom. opificio I. 69. A. membranam cerebrum ambire, περιπτυσσομένην ἐν ἑαυτῇ τὸν ἐγκέφαλον, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν ἀτμοῖς ὑπαλειφομένην. Idem ibid. 134. C. ἡ ἀπ' ἐκείνου ἀνάδοσις ὑπαλείφει τὸν περιεκτικὸν τοῦ ἐγκεφάλου ὑμένα. Unde metaphorice sicut *imbuere* apud Latinos. S. Ignatius Epist. 19. A. ἐμὲ γὰρ ἔδει ὑφ' ὑμῶν ὑπαλειφθῆναι πίστει, νουθεσίᾳ, ὑπομονῇ. Ita enim arbitror veram esse lectionem. Vetus interpres videtur legisse ὑποληφθῆναι· vertit, *me enim oportuit a vobis suscipi*. Simplex ἀλείφειν pro *incitare* habet vel Cedrenus II. 678. D. Ὑπαλείφειν de vapore humectante.

Pag. 12. A. B Ἅπαν μὲν τὸ καθ' ἡμᾶς] Quæ Leo Phocas hic concionatur, imitatio sunt orationis Belisarii ad exercitum, apud Agathiam 161. C.

Pag. 12. C. ἀξιόμαχον] Reddidi *firmissimum* : fortasse rectius *parem*.

Pag. 11. D. δουλοῦσθαι εἴωθε τὰ πολέμια] Leo frequentat utrumque, πολέμιος et πολεμικός. Ἀγαθὸν τὰ πολέμια 20. C. 23. B. (ex Agathia 17. A. 25. B. 30. D.) αὐτουργόν τε τὰ πολέμια 12. A. δραστικώτατος τὰ πολέμια 54. D. ἐξήσκει τὰ π. 22. B. νεανικοὺς τὰ πολέμια 52. B. Dionysius quoque Halicarnassensis dixit τὰ πολέμια δεινός, De Lysia 5. 481. A. Contra πολεμικὰ Leo 3. D. bis : 14. C. 31. B. 39. A. 75. C. Πολέμια Agathias, quem noster imitatur, sæpe (ut nunc quidem sunt edd.) adhibet, 19. B. 31. A. 56. B. 60. B. 73. C. 92. A. 105. B. 117. B. 159. C. 161. B. 162. A. πολεμικὰ rarius, 130. B. 160. A. Cæterum locus communis apud Leonem commodius sic reddatur: *Sæpe enim res hostium impr. inc. percelluntur, repentinisque agressionibus franguntur elati* Πολέμιος et πολεμικός confusa.
C *atque impotentes animi*. In versione secus est.

Pag. 13. B. Τὰς ἐπεξελάσεις ἐποιεῖτο] Voces ἐπεξέλασις et ὑπεξέλασις non sunt in Lexicis : hac utitur Leo 12. D. illa hic et 32. A. 45. B. C. 77. C. 82. B. Παρεξελαύνω 92. B. et 94. C. Τὰς ἐπελάσεις ἐποιοῦντο habet Agathias 25. A. 33. C. Ἐπεξέλασις et ὑπεξέλασις

Pag. 13. E. τῇ δὲ προοδεύων] Verbum προοδεύω miror item in Lexicis omissum, cum utantur, præter Leonem h. l., auctores bene multi. S. Joannes Chrysost. In nativitat. præcursoris VII. 393. 27. ὁ Ἰωάννης προοδεύων τοῦ Κυρίου. S. Basilius Non adhærendum esse rebus sæcular. I. 569. C. οἱ δὲ προοδεύσαντες ἀνέμενον τὸν φυλάσσοντα. Quæ ipsa verba iterat Nicetas Heracleæ metropolita Catena in Job 608. C. Item participio προοδεύων Germanus Cpolitanus Orat. in S. crucem 320. B. Frequentius tamen usurpatur participium præterit. act., velut a Luciano Hermotim. I. 815. 23. ἠκολούθει τοῖς τῶν προωδευκότων ἴχνεσι. Unde fortasse S. Gregorius Nyssenus In Cantic. Canticor. I. Προοδεύω, antecedo.
D 501. A. τοῖς ἴχνεσι τῶν προωδευκότων ἑπόμενος· et Eusebius Histor. Ecclesiast. 4. A. ἀνθρώπων γε μὴν οὐδαμῶς εὑρεῖν οἷοί τε ὄντες ἴχνη γυμνά, τὴν αὐτὴν ἡμῖν προωδευκότων ὁδόν, se conscribentem historiam ecclesiasticam novum neque ulli antea tentatum iter ingressum (minus opinor accurate : quandoquidem primus historiam ecclesiasticam condidisse S. Lucas dici potest, inde ab ortu Christi, quæ historia ipsius Evangelio et Actis Apost. continetur). Participium προωδευκώς pluraliter apud S. Gregorium Nyssen. De beatitudin. 813. D. πρὸς τῶν προωδευκότων· et In laudem fratris Basilii II. 914. D. τῶν ἐν ἀρετῇ προωδευκότων. Numero singulari Eusebius Demonstrat. Evang. 187. D. τὸν προωδευκότα τοῦ Χριστοῦ. Participium perf. pass. ibidem 125. B. πρὸς τὰ προωδευμένα, *ad ea quæ antecesserunt*. Alias Leo eodem sensu ait προπορεύομαι 4. A. 79. B. 81. D. 95. D. προηγοῦμαι 95. B.

Pag. 14. B. Ἀλλ' οὕτω μὲν ὁ στρατηγὸς Λέων τὴν Ἀσίαν ἔσωσε] Hujus prælii meminerunt et Nicephor. Phocas Tactic. supr. 123. B., et Anonym. inedit., quem Jul. Pollucem dicunt (vid. supr. 197. B.) in hunc modum : Ὁ δὲ πατρίκιος Λέων καὶ Δομέστικος τῆς δύσεως, ὁ ἀδελφὸς τοῦ

Fragmentum ined. de prælio ad Cylindrum inter Leonem Phocam et Chambdanum, ex Cod. Vat. N.° 163, fol. 60 verso.

μαγίστρου Νικηφόρου, ἐπέμφθη παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἑῴαν, ἀντιπροσωπῶν τῷ ἀδελφῷ A
αὐτοῦ, διὰ τὸ μὴ εὑρεῖν τὸν ἄθεον Χαμβδᾶν ἀσκέπαστον τὴν ἀνατολὴν, καὶ πραιδεῦσαι καὶ αἰχμαλωτίσαι αὐτήν. Καὶ δὴ ὁ πατρίκιος Λέων τῷ πατρικίῳ καὶ στρατηγῷ Καππαδοκίας Μαλεΐνῳ καὶ τοῖς λοιποῖς στρατηγοῖς ἑνωθεὶς, καὶ μαθὼν ὅτι ὁ Χαμβδᾶν ἐξῆλθε κατὰ Ῥωμαίων, κουρσεύων καὶ αἰχμαλωτίζων ἀφειδῶς, ἐπισυνάξας τὸν ἅπαντα λαὸν αὐτοῦ, ἐκράτησε τὴν κλεισοῦραν τὴν οὕτω καλουμένην Κύλινδρον. Ὑποστρέψαντος δὲ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ ἀλαζόνος Χαμβδᾶ, καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ κλεισούρᾳ εἰσελθόντος, πολέμου κροτηθέντος ἡττήθησαν οἱ Ἀγαρηνοί· καὶ ἦν ἰδεῖν αὐτοὺς ἀναιρουμένους, καὶ τοὺς νεκροὺς σκυλευομένους. Μικροῦ δὲ δεῖν καὶ αὐτὸς ἂν ὁ Χαμβδᾶς ἐκρατήθη. Πάντα δὲ τὰ ἐν τῷ πολέμῳ κρατηθέντα λάφυρα, μετὰ καὶ τῶν ζωγρηθέντων ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ, * τὸ Βυζάντιον ἀπηνέγκατο, καὶ ἐν τῷ θριάμβῳ διεβίβασεν. Eadem fere incertus Continuator Scriptt. post Theophan. 299. D. 300. A. B. quo eos qui latina versione ægre careant rejicio : ibi pugna εἰς τὸν τόπον Ἀνδρασσὸν λεγόμενον commissa dicitur. Idem nomen habet Cedren. II. 643. C. Scylitza ms. Ἀδρασσοῦ. De eodem prælio Abulpharajius Histor. dynast. 313. A. B
edit. Pocock.

* Adde εἰς.

Νικηφόρος δὲ ὁ Φωκᾶς] Candiam expugnavit Nicephorus a. 961, ut docet Pagius Critic. ad Baron. III. 875. A. Sub idem tempus Basilii Petini in Romanum Imp. conjuratio deprehensa est, de qua Cedren. II. 644. B. Pag. 14. B.

verna paulatim tempestate ex hiberna mutante ac apparente] Ea retinui ex Combefisiana versione apud Pagi III. 875. B. sed quis nescit χειμερινὴν τροπὴν *brumam* esse! ut ideo ad verbum sit : *verna tempestate ex bruma paulatim emergente.* Pag. 14. C.

εἰς πλαίσιον τὰς δυνάμεις συνέταττε] Agathiæ dictio 25. A. De variis significationibus vocis πλαίσιον Salmasius De re militari Romanor. 118. C. ego verti ut Xylander illa Plutarchi M. Anton. 935. D. ἐν πλαισίῳ τὸν στρατὸν ἦγε, *processit quadrato agmine.* Habet etiam Synesius edit. Petav. 245. B. Eandem vocem restitue C
S. Ephraimo Syro De judicio III. 404. B. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὅσοι μὲν ἐν πολέμῳ παρὰ τῶν ὑπ' ἐναντίων [l. ὑπεναντίων] ταραχθέντων, τῷ δὲ τοῦ πλουσίου σχήματι, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ μῆκος τετράγωνον, εὐθέως ἀσφαλιζόμενοι. Inepte interpres : *qui aliquando in bello ab adversariis turbantur, figura autem divitis, id est signi crucis, quæ est in longitudine quadrata, statim protecti &c.* Lege, τῷ δὲ τοῦ πλαισίου σχήματι· et fort. deinceps, ὅπερ ἐστὶν ἑτερόμηκες τετράγωνον. Apud Plutarchum De solert. animal. 979. F. sensu adhibetur insolentiore, de thynnorum natantium ordine, cubi formam referente : ἀεὶ τὸ πλῆθος τῷ σχήματι κυβίζουσι, καὶ στερεὸν ἐκ πάντων ποιοῦσιν, ἐξ ἴσοις ἐπιπέδοις περιεχόμενον [id Xylander mire vertit, *universis in sex planas superficies distributis :* sensus est, *sex superficiebus æqualibus circumclusi :* continetur enim cubus superficiebus sex]· εἶτα σῴζουσι τὴν τάξιν οὕτω τὸ πλαίσιον ἀμφίστομον διαφυλάττοντες. Ubi certe non pro quadrato oblongo sive rectangulo, quod aiunt, sed pro quadrato perfecto aut cubo D
quaquaversus versatili accipiendum videtur.

S. Ephraim Syrus emendatur.

τὸ ἱππικὸν ἐκεῖνο γύναιον — τὸν χιτωνίσκον παρὰ τὸ μέτριον ἀνασεσυρκὸς] Rem similem accidisse Manueli Comneno Imp. Zeugmen oppidum oppugnanti Cinnamus auctor est Histor. 142. C. γύναιόν τι — τὰ ἱμάτια κόσμῳ οὐδενὶ ἀνασείρασα [l. ἀνασύρασα] et quæ sequuntur. Pag. 14. D.

Χαμαιρριφὴς, apud quos auctores.

τὸ ἀκόλαστον γύναιον, καὶ χαμαιρριφὲς] Χαμαιρριφὴς [sic analogiam secutus scripsi : in Cod. et hic et 71. C. exaratum est uno ρ] primus in Lexica nostra vir eruditionis summæ Schneiderus recepit, 636, ex Suida III. 552. C. Aliæ auctoritates vocabuli sunt S. Gregorius Nyssenus Contra Eunom. II. 121. C. τὰ χαμαιρριφῆ τῶν δογμάτων. Contra Eunom. III. 161. C. τὸ χαμαιρριφές τε καὶ γήϊνον τῶν τῆς αἱρέσεως δογμάτων. S. Nilus Epist. I. 20. B. χαμαιρεφεῖς [sic] τινὲς γενόμενοι ὤφθημεν. Anonymus Actis SS. Philoromi ac Phileæ 178. A. αὐτὸν χαμαιρριφῆ ἐπ' ὀξέσιν ὀστράκοις. Confunditur, ut recte observat Schneiderus, cum χαμαιρρεπής. Velut Origen. Caten. in Psalm. Pag. 14. D.

A Psalm. I. 819. A. Balthasar Corderius vertit, *humi-reptiles facti sumus* : in græco est, χαμαιῤῥιφεῖς γεγενήμεθα.

Pag. 15. B. λιθοτόμα ὄργανα φέροντες] Confer Agathiam 21. A. ὄργανα φέροντες λιθοτόμα, et quæ sequuntur.

Pag. 15. C. ὕλην τε παχυδῆ] Codicis lectionem παχυδαῖ in textu expressi, iota subscripto, quod in libris veteribus vel omittitur omnino, vel, ut hic, adscribitur. Vox παχυδαὴς, quam alias nuspiam legere memini, Agathianæ est proprietatis 21. C. Παχυδαὴς, vox rara.

Pag. 16. A. οὐκ ἔφθη ἐκθερίζειν] Oportebat ἐκθερίζων, vel potius ἐκθερίσας· sed hic Leonem in culpa arbitror : lin. 5, ubi in Cod. est ἀνεπαίχιζε, fere credam scripsisse ἀνεχαίτιζε. Certe ἀναχαιτίζειν τὴν ὁρμὴν 23. D. 84. C. ἀναχαιτίζοι τὴν ἔφοδον 20. D. τὰς ἐφόδους Nicephorus Imp. Tactic. supra 117. A. Est verbum Demosthenicum, sæpe ibi notatum a criticis veterum. Vid. Maussac. ad Harpocrat. 42. C. Ἀνεπαίχιζε, l. ἀνεχαίτιζε.

Pag. 16. B. B μηδέν τι τῶν ἀπιστευτέων καθυποκρίνασαν] Καθυποκρίνω adjunge Lexicis ex hoc loco eque altero 20. B. Addam auctoritates quantæcunque sunt Anonymi De Vita S. Chrysostom. VIII. 371. 9. ἐκφύσιον τὴν βίαν καθυποκρινομένοις· et S. Gregentii Tephrensis Disputat. cum Judæo 177. A. εἰς τὸ ζωοποιὸν ὄνομα τῆς ἁγίας τριάδος καὶ χεῖρα τούτων καθυποκρινομένουσιν.

Pag. 18. D. τὴν νῆσον ἐξημερώσας ἅπασαν] Inde colligas Leonem credidisse, occupatam pacatamque fuisse totam insulam a Nicephoro, priusquam discederet. Contra Zonaras ait II. 197. A. nisi Nicephorus intempestive revocatus esset ab Imp., fortasse tunc insula penitus recipi potuisset, τάχα πλέον ἂν ἡ νῆσος Ῥωμαίοις ἐπικατέσχετο, vel, ut habet Cod. Reg. 1715. ἡ νῆσος δεδούλωτο. Zonaræ videtur suffragari Glycas Ann. 304. B.

Pag. 17. A. ἀνέπλει πρὸς τὸ Βυζάντιον] Contra Zonaras auctor est II. 197. B. neque situm eum esse tunc reverti Constantinopolim, nec nisi post obitum Romani Imp. triumphasse C 198. A. a Theophanone Augusta accersitum. Cum Zonara facit Glycas 304. D. cum Leone Manasses Chronic. 115. B. Utrorumque sententiam acute conciliare conatur vir summus Ph. Krug *Chronolog. der Byzant.* 314. B.

Pag. 17. A. θρίαμβον ἐπὶ τῷ θεάτρῳ κατήγαγε] De expugnatione Candiæ Nicephorique Phocæ triumpho subsecuto hæc habet Anonymus extrema parte ineditus, quem Julium Pollucem dicunt : Ὁ δὲ Μάγιστρος Νικηφόρος ἐπὶ μησὶν ὀκτωκαίδεκα ἢ καὶ πλέον [hic est lacuna in Cod. omissis fortasse vocc. παρακαθίσας παρά· vide Incert. Continuat. 300. C.] τὴν Κρήτην, καὶ τῶν τροφῶν [iterum lacun. : l. τοῖς] Κρητικοῖς ἐλλειψάντων*, τὸ κάστρον πολεμεῖν ἤρξατο· καὶ τοῦ πολέμου κορυφουμένου, πολλοὶ τῶν Κρητικῶν αὐτόμολοι πρὸς τὸν Μάγιστρον ἀφικνοῦντο. Ἐντεῦθεν τοῖς βαρβάροις θάμβους ἐπιπεσόντος καὶ δέους, μετὰ βραχὺ τὸ κάστρον παρέλαβε· καὶ ἦν ἰδεῖν τοὺς Κρῆτας συνάμα τῷ ἑαυτῶν ἀμηρᾷ Κουρουπᾷ καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ καὶ λαφύροις ὀδυρομένους καὶ στένοντας, καὶ διὰ μέσης θριαμβευο- D μένους τῆς Κωνσταντινουπόλεως, μέχρι τοῦ ἱππικοῦ. Ὁ δὲ Βασιλεὺς τὸν Μάγιστρον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τὰ μέγιστα φιλοφρονησάμενος, καὶ αὖθις ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐξέπεμψεν. Eadem fere apud Incert. Continuat. Script. post Theoph. 300. C. D. et in Cedren. II. 643. B. Confer quoque Expugnationem Cretæ Theodosii Diaconi a Fogginio editam Append. Corp. Hist. Byz. 351-390. Fragmentum inedit. Jul. Pollucis. * Sic Cod.

Pag. 17. B. Θριαμβεύσαντι δὲ τῷ Νικηφόρῳ] Gesta sunt quæ sequuntur a. 962 : vide Pagium Critic. ad Baron. IV. 3. C. Eadem tempestate Romanum Saronitam Magistrum sæculo renunciasse Cedrenus auctor est Hist. II. 644. B. Ubi ex optimo Cod. Scylitzæ lege ὡς ἐβούλετο, non ὡς ἐβουλεύετο, ut est in cuso. Paulo post, C. lin. 6. de Philoræo, qui per circum eques currebat ἐπὶ τῆς ἐφεστρίδος ἱστάμενος ὄρθιος, male Xylander, *injecta veste — ei insistebat rectus* : indeque Le Beau, homo non infans, neque indoctus, sed qui multo magis ex versionibus quam ex ipsis auctoribus historiam conflabat, *Hist. du Bas-Emp.* XVI. 81. B. *sans selle ni housse que son habit, dont il avoit couvert le cheval.* Imo vero, *se tenant debout sur la selle*, ut recte intellexisse videtur

Ἐφεστρίς, sella.

Levenklavius ad Glycam 304. C. Etenim ἐφεστρὶς apud auctores medii ævi est *stratum* A
equestre, sella : ideoque bene l. cit. scholiola ad oram Cod. Scylitziani quem dixi: ἐπὶ τῆς σέλλας. Neque melius Xylander hæc Cedreni 671. A. τὴν ἐν τῇ ἐφεστρίδι παρωρημένην [l. παρῃωρημένην] κορύνην, *clavam quam sub paludamento pendentem ferebat* : scribe *clavam ad sellam suspensam*, quod vel ipse Xylander quasi per caliginem suspicatus est, in annotationibus 25. D. Æque male Hieronym. Wolfius in Niceta Choniat. 41. A. ταῖς ἐφεστρίσιν—ἐποχούμεναι, *super palliis equitantes* : inferius tamen, 297. C. ὡσείπερ τῇ ἐφεστρίδι ἐμπεπερόνητο, recte, *quasi fibulis sellæ affixus.* Similiter in Michaële Duca Hist. Byzantin. 96. D. ἕκαστος ἐν τῇ ἐφεστρίδι φέρων καὶ μοῖραν φορτὸν ἔμμετρον χρυσίον, Bullialdus male, *ferebat in veste unusquisque*, cum *in sella* vertendum sit (ἐν τοῖς σαγμοσελλίοις Nicephor. Tact. 146. B.): neque melius Balforeus in Theodor. Rhaïtbu De incarnat. Christi 45. B. et Tollius ad Cinnam. Hist. 105. B. Antiquiorem significationem servat vox apud Agathiam 93. D. ἐκ τῶν ξύλων τε καὶ ἐφεστρίδων ἐσκευασμένους B
οἰκίσκους, ubi minus commode vertitur *e pellibus* : scribe *e sagis*.

πρὸς ἄνδρα καρτερικὸν] Καρτερικὸς nemo, opinor, vitio mihi dabit quod verti *fortis*. Pag. 17. D.
Denotat enim eum qui forti est animo. Quod dupliciter manifestatur: primo cum non movemur voluptatibus, deinde dolorum laborumque contemtu. Unde fluxerunt duæ significationes vocabuli affines : prior *continens*, sive potius *abstinens*, ut recte finit S. Basilius Homil. in XL martt. I. 532. B. οὐ γὰρ ὁ ἀπορῶν τῶν ἀναγκαίων καρτερικός, ἀλλ' ὁ ἐν ἀφθονίᾳ ἀπολαύσεως ἐγκαρτερῶν τοῖς δεινοῖς. Heliodorus Theagene 154. C. ὅτι μὴ φύσει καρτερικὸς ἦν, ἀλλ' ἀξιεράστου γυναικὸς εἰς τὴν παρελθοῦσαν ἀθέατος. Philo De Joseph. 417. F. tres characteres esse viri civilis, τόν τε ποιμενικὸν, καὶ τὸν οἰκονομικὸν, καὶ τὸν καρτερικὸν, quem statim post ἐγκρατῆ vocat. Unde et τὸ καρτερικὸν philosophorum veterum, de quo Diogen. Laërt. Antisthen. 138. C. et ὁ καρτερικὸς βίος Eusebii Demonstrat. Evangelica 117. D. et νόμοι καρτερικοὶ apud Œnomaum Præparatione C
Evangel. 221. C.

Καρτερικὸς 1.) abstinens.

2.) patiens.

Altera significatio est *patiens, ærumnas ferens*, ὑπομονητικὸς, cui voci a S. Chrysostomo Orat. in scandalizatos VII. 33. 2. conjungitur. Ita M. Antoninus De seipso 193. D. de Socrate: καρτερικώτερον ἐν τῷ πάγῳ διεκαρτέρευεν. S. Clemens Alexandrinus Stromatibus 731. A. ἀληθὴς ἐν λόγῳ, καρτερικὸς ἐν πόνῳ. Plutarchus Alexandro M. 692. A. Invenio tamen passim apud posteriores, ubi vertere possis, *intrepidus, animosus*, quo sensu hic videtur sumi. S. Antiochus Epistola ad Eustachium 1022. D. de monachis, non ut cæteri metu Saracenorum adventantium diffugientibus : ἀπέμειναν δὲ οἱ καρτερικοὶ δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ λαύρᾳ. Superlativus καρτερικώτατα sæpe adverbialiter. S. Cyrillus Alexandr. Glaphyris I. 242. D. καρτερικώτατα τοῖς πόνοις ἐντυχών. S. Basilius Epist. CLI. II. 942. A. καρτερικώτατα σιωπῶν.

Καρτερότης, robur.

Καρτερόψυχος, patiens.

Καρτεροψυχία, robur animi.

Ab adjectivo καρτερὸς deductæ voces, in Lexicis omissæ, sunt καρτερότης, *robur*, D
firmitudo. S. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 274. B. ἐκ μονοειδοῦς χοὸς γεγενῆσθαι καὶ ὀστέων καρτερότητα, καὶ πνεύμονος ἁπαλότητα. Altera καρτερόψυχος, *fortis, patiens*, in loco certe S. Chrysostomi Orat. in Præcursorem VII. 532. 34. τὸ ῥῆμα τοῦ καρτεροψύχου Ἰώβ. Vocem tertiam, καρτεροψυχία, *animi robur et fortitudo*, cum habeat summus vir Schneiderus in Lexico, dubiam tamen esse suspicatur. Ea vero utuntur Josephus De Machabæis 1093. E. θαυμασάντων δὲ πάντων τὴν καρτεροψυχίαν αὐτοῦ. S. Basilius Epist. CCXCVIII II. 1066. D. τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς πίστεως καρτεροψυχίαν. Nicetas Paphlago Laudat. S. Eustath. 53. A. νικῶν μὲν τῇ καρτεροψυχίᾳ τὸν ἀνταγωνιστήν. Verbum compositum ἐπικαρτερέω, *persevero*, æque in Lexicis omissum, usurpat Nicephorus Phocas in Tacticis supra 159. C.

τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀγωνίζεσθαι προτρεπόμενος.] Postulat syntaxis τοὺς ὑπ' αὐτόν· tamen, Pag. 17. D.
cum mendum ab ipso auctore manare credendum est, ut 84. C. πρὸς τὴν μάχην χωρεῖν τοῖς ἑπομένοις προὐτρέπετο· 95. B. τούτοις προὐτρέπετο χωρεῖν κατὰ τῶν Σκυθῶν,

A nihil mutavi. Idem verbum, προτρέπομαι, *exhortor*, non uno loco confunditur cum προστρέπομαι, *supplico*, *adoro*. Eusebius Præparatione Evangelica 67. A. τὰς ἀνοργιάστους τελετὰς εὐσεβείᾳ νόθῳ προτρεπομένων. Scribe προστρεπομένων, vel potius, ut cum præcedentibus concordet, προστρεπομένη. S. Clemens Alexandr. Admonitione ad gentes 24. C. Ἄρτεμιν δὲ Ἀρκάδες προτρέπουσι. Tametsi hic recte restituit προστρέπουσι Potterus in ipsius editione I. 32. 24. alibi emendare omisit, ut 29. D. Porro apud Josephum Antiq. Jud. 115. D. edit. Rover. τοὺς ἰδίους αὐτῆς θεοὺς προτρέπεσθε· mendum remansit in edit. Havercamp. I. 219. lin. ult. nisi quod impressum ibi est optandi forma, προτρέποισθε. Alio loco, I. 314. 15. Havercampus recte emendavit, προστρέπεσθε. In Concilio autem Œcumenico sexto III. 1213. D. loco corrupto: καὶ μὴν τοῦτο οὐκ ἔστι προτρεπομένου ἐπὶ τὸν θάνατον ἐλθεῖν, μάλιστα μὲν συμπροτρεπομένου· in vulgata sic reddito, *quia hoc non est evitantis ut ad mortem veniret, sed maxime*

B *invitantis*, scribe ex S. Chrysostomo Homilia LXVII. in Joannem tom. VIII. 401. C. unde hæc petita sunt, καὶ μὴν τοῦτο οὐκ ἔ. π. ἐ. τ. θ. ἐλθεῖν. Μάλιστα μὲν οὖν, προτρεπομένου. *Atqui hoc non est ejus, qui adhortetur ad mortem venire. Imo vero, est illius maxime qui adhortetur.* Hæc de verbo προτρέπομαι, voce media: de cujus significatione erudite, ut solet, egit Schæferus vir summus ad Gregor. Corinth. 497. A. De activo προτρέπω, frequentato ab Agathia 86. B. ejusque vario sensu apud auctores Christianos, alio loco dicam.

Προτρέπομαι et προστρέπομαι confusa.

Pag. 18. A. ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα φρούρια] Quinquaginta quinque, juxta Abulpharagium Chronico Syriaco 198. edit. Bruns. Eadem expeditione Saracenos a Nicephoro ad Halepum fusos esse auctor est Julius Pollux, quem plerumque ad verbum concordare dixi cum Incerto Continuat. in Scriptorr. post Theophanem. Sed cum Continuatoris narratio 300. D. in Candiæ expugnatione imperfecte desinat, quæ postea acciderunt in uno Julio

C Polluce continentur: ubi quæ ad hanc expeditionem Syriacam Nicephori spectant, habentur in hunc modum:

Ὁ δὲ τῆς βασιλίδος ἀπάρας πρὸς τὰς ὁμόρους τῶν βαρβάρων γέγονε χώρας, πυρπολῶν καὶ τὰ κάστρα πορθῶν. Ἔπειτα ὥρμησε μετὰ πάντων τῶν στρατευμάτων πρὸς τὴν πολυάνθρωπον καὶ πλούτῳ βρίθουσαν μεγαλόπολιν τὴν καλουμένην Χάλεπ, κατὰ τοῦ ἀθέου Χαμβδᾶ. Καὶ δὴ καταλαβὼν τὸ εἰρημένον κάστρον, εὗρε περὶ αὐτὸ μετὰ πλήθους πολλοῦ τὸν Χαμβδᾶν ἀντιπαρατεταγμένον, ἤτοι Ἀράβων, Δελεμιτῶν, Κούρτων, καὶ τοῦ λοιποῦ λαοῦ τοῦ ἐκ τῆς χώρας συναθροισθέντος· τῶν

D πεζῶν καὶ μόνων Χαλεπιτῶν κρατούντων τοὺς δύο πόρους τοῦ ποταμοῦ, καὶ κωλυόντων τὴν διάβασιν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος. Ὁ δὲ Χαμβδᾶς, ἐλπίσι ματαίαις ἀπατώμενος, ἵστατο ἀπερίτρεπτος, ἀγνοῶν ὁ δείλαιος, ὅτι ἐν τῇ χειρὶ . . . [a] πολέμου βοήθεια, καὶ τὸ . . [b] ὥρας τοῦ Μαγίστρου ἀναψηλαφή [σαντος] τοὺς πόρους τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὴν θέσιν τοῦ τόπου καλῶς διασκοποῦντος, εἰς τὸν ἄνω πόρον μόλις ἠδυνήθη περάσαι μετὰ τῶν καβαλλαρικῶν παρατάξεων, τῶν ἵππων αὐτῶν ἀποπλεόντων. Καὶ τότε ἤρξατο τὰ ἄπειρα πλήθη τῶν πεζῶν τοῦ Χαμβδᾶ ξίφεσι συγκόπτειν σφοδρῶς· οὓς συγκοπτομένους ἰδὼν ὁ ἀλαζὼν, πρὸς φυγὴν

Is e regina urbium profectus in agrum barbaris conterminum se contulit, regionem incendio vastans, munitiones evertens. Deinde omnibus copiis Alepum contendit, frequentissimam opibusque refertam civitatem, adversus impium Chambdanum. Ita, cum ad urbem illam pervenisset, offendit circum eam Chambdanum acie instructa magna cum multitudine Arabum, Delemitarum, Curdorum, cæteraque turba ex regione coacta: peditibus hostium Alepensibusque solis ambo vada fluminis obtinentibus, ut transitu exercitum Romanum prohiberent. Hic Chambdanus, spe falsa inductus, firmiter consistebat, ignorans miser, in manu . . . belli auxilium, et hoc . . horis Magistro investiga [nte] vada fluminis, diligenter perspecto locorum situ per superius vadum, ægre licet, cum equestribus numeris equis natantibus transit. Quo superato innumerabilem multitudinem peditum Chambdani acriter gladiis conficere cœperunt: quos cum cædi videret arrogans barbarus, in fugam conversus quin se ser-

Ex Cod. Vat. N.° 163. fol. 60 verso.

[a] Hic est in Codice lacuna relicta aliquot verborum ob prototypon epotar aut lacerum hoc loco, aut lectu difficile.

[b] Altera lacuna, et paulo post tertia, sed hac minus

varet nihil ad celeritatem sibi reliqui fecit. Itaque Magister, nemine amplius resistente, Halepo urbe potitus est, Saracenisque captis et magna prædæ vi assumtis, Constantinopolim reverti instituit.

ἐτρέπετο, καὶ σώζειν ἑαυτὸν ὅσῃ δύναμις διηγωνίζετο. Καὶ οὕτως ὁ Μάγιστρος τὸ κάστρον τὸ Χάλεπ ἀμαχητὶ παρέλαβε, καὶ ἀναλαμβανόμενος τοὺς ζωγρηθέντας Ἀγαρηνοὺς, καὶ τὴν πολλὴν τῶν λαφύρων συναγωγὴν, πρὸς τὸ Βυζάντιον ἀναστρέφειν ἔκρινε δεῖν. A

Hæc jam à me in Notitias Manuscriptt. VIII. 265. C. relata huc revocavi, ut historiam expeditionis Nicephorianæ illustrantia. Eandem summatim attingunt Cedren. II. 645. B. Michaël Glycas 305. A. Zonaras II. 197. B. et Simeon Magister inter Scriptt. post Theophan. 498. D. Copiosiores sunt Elmacinus Historia Saracen. edit. Erpen. 223. C. Abulpharagius Chronic. Syr. I. 195. C. et Abulfeda Annal. Moslemicis Delemitæ qui. edit. Adler. II. 476. A. Delemitæ, quorum fit mentio supra 203. C. sunt gens in Parthia circa mare Caspium, in jugo montium quo nunc Ghilan et Mazanderam a B provinciis Algebal et Irak Ajami disterminantur. Dilimnitas [Διλιμνίτας] memorant jam Agathias 92. D. et Theophylactus Simocatt. 96. C. Militabant tunc cum Curdis finitimis in exercitibus Arabum. Theodosius Diaconus De expugnatione Cretæ V. 22. p. 337. D:

— πλὴν ἐν τάχει
Τῶν Δελεμιτῶν βελεβιστῶν τοὺς τόπους
Πείσῃ καλεῖσθαι σὸν βέλος, σκηπτρεγχέτην.

Tametsi ibi Fogginius 389. D. Δελεμιτῶν non gentis nomen, sed generaliter omnium Saracenorum cognomentum esse putet. Fluvius, prope quem pugnatum fuit, est fortasse antiquorum Chalus, Arabibus قويق, *Kowaik* seu *Caïc*, agrum Berrhœensem rigans rivulus, de quo Excerpta Ibn Ol Wardi, ad calc. Syriæ Abulf. ed. Koebl. 190. A. aut unus e torrentibus, qui ex Amano manantes in lacum Antiochensem transeunt, ut C Ufrenus, aliique ad Gindarum vel Gephyram. Narratio auctoris nostri egregie convenit cum Elmacino 223. D. qui scribit, Chambdanum, hoc est Seïfeddaulam Hamdani nepotem, copiis bipartitis majorem partem Nagjao legato suo commisisse : ipsum cum exigua manu (hæc est nostri auctoris cohors ad superius vadum fluminis considens) remansisse, quam Nicephorus solam nactus, impressione facta penitus delevit.

τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν τοῦ ἀνακτος Ῥωμανοῦ] Obiit Romanus Junior Imp. die 15 Martii Pag. 18. B. a. 963, demonstrante Pagio Critic. ad Bar. IV. 5. A. et Krug *Chron. der Byz.* 326. B. Nicephorus, Cplim redux mense Aprili (Cedren. II. 645. D), die 2 Julii in campo ante Cæsaream ab exercitu Imperator renunciatus est (Constant. Porphyrog. Cærim. Byzant. I. 251. D) : ita quæ narrantur a Leone cap. XI et XII hujus libri, necesse est Aprili et Maio ejusdem anni 963 accidisse.

οἱ λοιμοὶ] Inde Zonaras II. 196. D. quod ait, Romanum Juniorem se dedisse Pag. 18. C. ἀνδράσι διεφθαρμένοις τε καὶ λοιμοῖς. D

Εἴτε δὲ ἐκείνως, εἴτε καὶ οὕτως] Transposuit hæc Agathiæ 59. B. Εἴτε δὲ οὖν οὕτως, εἴτε ἐκείνως. Pag. 18. C.

νήπιοι κομιδῇ πελοῦντες] Confer Agathiam 90. D. Pag. 18. D.

τὴν βασιλείαν ἑστίαν] Sic Codex : tametsi non dubito Leonem aut scripsisse aut Pag. 19. A. scribere debuisse τὴν βασίλειον ἑστ. ut est alibi 3. B. 29. B. 39. D. 43. D. 60. D. 76. C. Æque insolenter Codex supra 3. A. τὴν αὐτοκρατορείαν ἀρχήν· vide quæ notavi 189. C.

ἐφ' ἑστίας ἡσύχαζεν.] Cum his optime consentit Anonymus quem Julium Pollucem Pag. 19. C. credunt, in hunc modum (repetam narrationem ejus paulo altius, ab obitu Romani Imperatoris):

Ex Cod. Vatic. N.° 163, fol. 61 recto. Μαθὼν δὲ τὸν θάνατον τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ, ἐπεσχέθη τῆς ὁρμῆς· καὶ ἑκάστῳ τῶν μετ' αὐτοῦ ὄντων ἀρχόντων διωρίσατο, συναχθῆναι τοὺς ζωγρηθέντας Ἀγαρηνοὺς καὶ τὰ

Is [Nicephorus], ubi de morte Romani Imp. intellexit, repressit impetum : præfectis singulis, qui secum erant, imperat, ut Saracenos captos prædamque

A prædamque unum in locum Romanæ ditionis conferrent. Relinquebantur in palatio pronunciati Theophano Augusta duoque ejus filii Basilius et Constantinus, sedulitate et prudentia procuratoris imperii Josephi cubicularii, subditos æquabiliter moderantis. Hi igitur per litteras jusserunt, Magister quoque et Domesticus Nicephorus ut in urbem veniat. Is ingressus [mens. Aprili a. 963 : vid. supra 204. C.] prædam omnem una cum Saracenis captivis per circum in triumpho transtulit, conglobata multitudine urbana ac plebe. Tunc
B Nicephorum et Domesticum scholarum cives victorem nominaverunt, omnesque illum, quod optime se in bello gessisset, haud secus deamaverunt ac propriam animam.

λάφυρα εἰς ἕνα χῶρον τῆς Ῥωμαϊκῆς γῆς. Ἐν δὲ τῷ παλατίῳ κατελείφθησαν εὐφημούμενοι ἥ, τε Θεοφανὼ Αὐγοῦστα καὶ τὰ δύο αὐτῆς τέκνα Βασίλειος καὶ Κωνσταντῖνος, τῇ σπουδῇ καὶ συνέσει τοῦ παραδυναστεύοντος Ἰωσὴφ παρακοιμωμένου, τοῦ τὸ ὑπήκοον ἐν δικαιοσύνῃ διέποντος. Τότε δὲ διὰ γραφῆς αὐτῶν διωρίσαντο καὶ τὸν Μάγιστρον Νικηφόρον καὶ Δομέστικον ἐν τῇ πόλει παραγενέσθαι. Ὁ δὲ εἰσελθὼν πάντα τὰ λάφυρα συνάμα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἀγαρηνοὺς ἐν τῷ ἱππικῷ ἐθριάμβευσε, τοῦ τῆς πόλεως ὄχλου καὶ τοῦ πλήθους συνηθροισμένου. Τότε τὸν Μάγιστρον καὶ Δομέστικον τῶν σχολῶν Νικηφόρον οἱ πολῖται νικητὴν ἐπωνόμασαν, καὶ πάντες οὕτως ἠγάπησαν τὸν ἀριστέα ὡς οἰκείαν ψυχήν.

Nota, Josephum Cubicularium, qui tantas cum Nicephoro simultates gessit, in superius positis ornari potius quam carpi : unde inferre possis, historiam illam non nisi Nicephoro obtruncato in lucem prodiisse, imperante fortasse Tzimisce, aut Basilio II.

Pag. 19. C. ἐπὶ τὸ ἀνάκτορον τοῦτον ἐκάλεσε] Harum insidiarum ab Josepho mense Aprili a. 963. Nicephoro structarum neque Cedreo. II. 646. A. meminit, neque Zonaras : ambo contra scribunt Nicephorum, ostenso cilicino ipsius indusio, Josepho persuasisse, solitāriam se vitam recessumque a sæculo meditari (ubi apud Zonaram II. 198. B. consentientibus codd. pro κατακυπτόμενον l. κατακρυπτόμενον). Cujusmodi famam pro-
C fecto tunc percrebuisse firmatur ex historia horum temporum ms. in Biblioth. Regia, ubi illa : Ὁ Φωκᾶς τὴν προφοίβασιν (sic, voce in Lexica nondum recepta : alia forma προφοίβασμα nota est) ἔλαβε παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῦ ὄντος εἰς τὸ Ἅγιον Ὄρος, ὅτι μέλλει εἰς τέλος ὀλέσαι τὰ πλήθη τῶν Σαρακηνῶν, καὶ ἐκδιῶξαι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὁρίων τῆς Ῥωμαΐδος γῆς. Ἀπελθὼν δὲ ἐν τῇ Κρήτῃ ὁ Φωκᾶς καὶ σκυλεύσας τοὺς Ἄραβας, ἔπεμψε τῷ ἁγίῳ ἱκανὰς λίτρας χρυσίου ἐκ τῶν λαφύρων, ἵνα οἰκοδομήσῃ μοναστήριον. Λόγον γὰρ εἶχον ἄρρητον ὁμοῦ, ὅτι ὅπου ἂν οἰκοδομήσῃ ὁ Ἀθανάσιος, ἐκεῖσε ἵνα καρῇ καὶ ὁ Φωκᾶς, καὶ συναποθάνῃ μετ' αὐτοῦ. Ὡς δὲ γέγονε βασιλεὺς μετὰ τὸν θάνατον Ῥωμανοῦ, πάνυ ἐμέμψατο αὐτὸν ὁ ἅγιος καὶ ὠργίσθη, ὅτι ἐπροτιμήσατο τὴν βασιλείαν παρὰ τὴν μοναχικὴν πολιτείαν. Habes hic tempus, quo monasterium S. Lauræ in Atho a S. Athanasio ædificatum sit, nempe paulo ante annum 963, quo Nicephorus imperium tenuit. De hoc S. Athanasio Harlesius Bibliotheca Græca X. 201. B. et præcipue J. Pinius Sylloge
D historica de S. Athanasio confessore in monte Atho, in Actis SS. Julii II. 246. C. S. Athanasii vita græce inedita extat in Cod. Coisl. 223.

Fragmentum historiæ ms.

Pag. 20. A. ταῖς τοῦ κρείττονος εὐοδώσεσιν] Εὐόδωσις non est in Lexicis : de sensu dubitatio esse nulla potest. Utitur præter Leonem Theodoretus Comment. in Psalmos I. 11. D. Οὐκ ἀπολελυμένως εὐόδωσις αὕτη, ἀλλ' ἀσεβῶν. Vertit Corderius : *non est hæc absolute prosperatio, sed impiorum*. Item Anonymus in Formulario ad calc. Codini De officiis 412. A et F.

Εὐόδωσις, felix exitus, prosperitas.

Pag. 20. A. οὐκ ἐνάρκησε σπαιρηθῆναι θάνατον] Phrasis τοῦ ναρκᾶν pro *non dubitare*, *non vereri*, frequens apud Leonem : vid. 49. B. 54. A. 70. D.

Pag. 20. D. ὅρκοις φρικωδεστάτοις] Constantinus Manasses Breviario Histor. 115. D:

Ὅρκοις γε φρικτοῖς αἰδεσθεὶς ἀπὸ τῆς βασιλίσσης.

Pro quo versu Codd. nostri melius :

Ὅρκοις φρικτοῖς καταδεθεὶς ἀπὸ τῆς βασιλίδος.

A

IN LIBRUM III.

Ἤδη δὲ τοῦ ἦρος μεσοῦντος] Tempus quo Nicephorus ab urbe profectus est, accuratius indicat Anonymus in historia ms. cujus fragmenta superius 199. D. 201. A. 203. C. 204. D. notis inserui. Is sic de expeditione Nicephori a. 963 suscepta: Pag. 22. A.

Ex Cod. Vatic. N.° 163, fol. 80 verso.

Μετὰ δὲ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τῆς ἕκτης ἰνδικτιῶνος καὶ τὴν τῶν ἀπράκτων ἡμερῶν διάβασιν ὁ Μάγιστρος Νικηφόρος πρὸς τὴν ἀνατολὴν ἀπεστάλη πρὸς ἄμυναν τοῦ ἀθέου Χαμβδᾶ, ὅπως μὴ ἐξελάσῃ εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν γῆν, ἀναμαθὼν τὸν θάνατον τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ. Ἀπῄτησαν δὲ καὶ ἀσφάλειαν ἔγγραφον τὸν Μάγιστρον Νικηφόρον, τοῦ μηδέποτε μελετῆσαι αὐτὸν ἐπανάστασιν κατὰ τῶν βασιλέων· ὁ δὲ καὶ πεποίηκεν. Ὁ δὲ παρακοιμώμενος Ἰωσὴφ τῇ ἐντρεχείᾳ καὶ συνέσει αὐτοῦ διῴκει τὰ τοῦ κοινοῦ· συνήδρευον δὲ αὐτῷ Μιχαὴλ Μάγιστρος ὁ Ῥέκτωρ καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου, καὶ Συμεὼν Πατρίκιος καὶ Πρωτασηκρῆτις.

Indictione sexta post sanctam resurrectionem diesque feriatos exactos Nicephorus Magister in orientem missus est ad repellendum impium Chamdanum, ne in fines Romanos excurreret, audita morte Romani Imperat. Exegerant autem a Nicephoro Magistro B cautionem scriptam, ne unquam seditionem adversus Imperatores moliretur: quam fidem ille dedit. Interim Josephus cubicularius, qua erat solertia et intellectu, rempublicam administrabat: cui assidebant Michaël Rector Magister et logotheta cursus publici, cum Simeone Patricio et primo a secretis.

Patet inde, Nicephorum ab urbe movisse ineunte Maio: mense Junio ejusdem anni 963 Josephus Bringas epistolam de Nicephoro occidendo scripsit ad Tzimiscem reliquosque duces, qui Nicephorum Imperatorem renunciaverunt a. d. VI. Kal. Jul. De eadem profectione Nicephori adversus Saracenos Constantinus Manasses Breviar. Hist. 115. C. C

ὑπωγαῖς] Vocabulum Leo arripuit ex Odyssea V. 404. Ibi nonnulli legebant: Pag. 22. A.

Οὐ γὰρ ἔσαν λιμένες νηῶν ὄχοι, οὐδ' ὑπωγαί·

ubi nunc edd. ἐπιωγαί. De sensu vocis vide Albert. ad Hesych. II. 1466.

Leo Diaconus Agathiam imitatur.

καὶ ἐπιῤῥώννυε ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις] Ut uno exemplo appareat quam pueriliter Leo Agathiam sit imitatus, ponam hic utriusque verba: Pag. 22. B.

AGATHIAS 35. A.

Ἐξασκεῖν γε ἐπιπλεῖστον αὐτοὺς ἐκέλευε τὰ πολέμια, καὶ ἐπιῤῥώννυε τὸν θυμὸν ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις, προχάζειν τε ἀναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι· ἔς τε πυῤῥίχην τινὰ ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι, καὶ θαμὰ τῇ σάλπιγγι καταβομβεῖσθαι τὸ ἐνυάλιον ἐπηχούσῃ κ. τ. λ.

LEO 22. A.

Τοὺς ἀμφ' ἑαυτὸν ἐξήσκει τὰ πολέμια, καὶ τὸν θυμὸν ἔθηγε, καὶ ἐπιῤῥώννυε ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις, καὶ τὴν ἐνόπλιον ἐξεπαίδευε περιδίνησιν, θαμὰ ταῖς σάλπιγξιν ἐγκελευόμενος ἐπηχεῖν — ἐφ' ἵππων τε ὑπεράλλεσθαι κ. τ. λ. D

κατέχων ὡς ἐν δικτύῳ αἱμάτων ἄνδρα] Αἱμάτων ἄνδρες alibi quoque 25. B. 65. C. Leonis totum locum Scylitzes in Chronico ms. et ex illo Cedren. Comp. Hist. II. 646. D. in usus suos converterunt. Quædam imitationis vestigia habes vel apud Glycam 305. B. Pag. 22. C.

Τρόπος et τόπος confusa.

τίνα τὸν τρόπον] Mediam ex his vocibus omittere debuisset Leo, nisi fortasse scripsit, τίνα τῶν τρόπων, quod tamen non multo usitatius. Vocabulum τρόπος sæpe confundi cum τόπος, alii jam ostenderunt exemplis variis: quibus adde locum Theonis in Progymnasm. 85. A. τὴν μέντοι τάξιν τῶν ἐπιχειρημάτων ποιησόμεθα, καθὰ καὶ τῶν τρόπων ἐκτιθέμεθα. Legendum τόπων, ut est infra apud eundem 86. A. ἐκ πάντων Pag. 23. A.

A τῷ τόπῳ ἐπιχειρεῖ· item 117. B. ἐπιχειρεῖν δὲ δεῖ ἐξ ὧν ἐνδέχεται τόπων. Contra 112. B. ὁ τόπος τῷ λόγῳ διπλοῦς, emenda, ὁ τρόπος. Similitudo utriusque vocis proverbiis sententiisque compluribus locum dedit : ὡς συνάπτει τρόπος, καὶ τόπος συνίστησι· καὶ ὡς ὁ τρόπος διΐστησι, καὶ τόπος ἅπας ἀφίσταται· Anonymus Vita S. Nicolai Studitæ 904. B. Formula item, τρόπον τινὰ, omisso κατὰ, nihil sane est usitatius : quam tamen parum apte reddidit interpres Epistolæ synodal. Agapeti Conc. Const. sub Mena II. 1225. D. καὶ τρόπον τινὰ τεθαυμάκαμεν, *et modum quendam admirati sumus*. Emenda, *et quodammodo adm. s.* Labbeana editio habet, *supra modum*. In Conc. autem Œc. sexto III. 1185. E. εἰπέ μοι, καὶ ἂν τοῦτο εἴποι, pronomen τὶς perperam omissum, scribendumque est, καὶ τὶς ἂν τοῦτο εἴπ., *et quis hoc dixerit*, ex S. Joann. Chrysost. Orat. in illud, *Pater si possibile est*, V. 217. B. unde hæc verba et proxime sequentia sunt desumta. — Τρόπον τινὰ male intellectum.

Pag. 23. B. Τὸν Μαριανὸν εἶδον] Μαριανὸς ὁ Ἀπαμβᾶς vocatur a Constant. Porphyrogen. Cærim.
B Byz. I. 252. C. ad quem vide Reiskium II. 143. D.

Pag. 23. B. Τζιμισκῆν] Secutus sum scripturam vulgarem : sed id Armeniacum nomen habet Cod. hic per iota Τζιμισκί· in sequentibus plerumque est Τζιμισκής, ut 23. B. 30. B. (commemoro pagg. edit. quibus loca Codicis respondent) 36. C. 51. C. Τζημισκῆς 56. B. Reliquos scribendi modos, velut Τζιμισχῆς Constant. Manass. 115. D. (Codd. ibi et alias Τζημισχῆς) 118. C. 119. C. 120. A. B. Τζιμισχὴς Cedrenus II. 646. D. Glycas 305. B. 308. A. B. Τζυμισκῆς Anna Comnen. 451. B. Τζουμίσκη in typico ms. Matthæi Not. Codd. gr. Mosq. 245. A. longius persequi vereor ne putidum sit. — Nomen Tzimiscis quomodo græce scribatur.

Pag. 23. C. περαιωθεῖσαν.] Adhibet hic figuratim, pro περιδιϊστᾶσαν infra sensu proprio περαιωθεὶς, *transgressus* fluvium mareve, 11. A. 17. C. 72. B. 107. D. 108. A. περαιωθεῖσα 75. D. 76. C. 99. A. B. Interdum, ut solet passiva et media confundere, usurpat medium περαιωσάμενος, 10. B. 40. C. — Agathias, unde Leo colores duxit,
C semper utitur passivo : τὸν Πάδον ἐπεραιοῦντο 38. A. περαιωθεὶς τὰ ῥεῖθρα 140. C. τὸν Ἴστρον περαιωθέντες 9. A. περαιωθεῖσαι 171. B. διαπεραιωθέντες, *transgressi*, 45. C. 154. D.

Pag. 23. C. ἀδιάστατον] Hanc vocem præterquam illo loco nuspiam me legere memini.

Pag. 23. D. τὸν ὑπέρμαχον καὶ ἀλαζόνα Φωκᾶν] Ὑπέρμαχος hic invidiose. Vulgo bono sensu *propugnator, defensor*, præsertim apud Philonem, qui modo conjungit cum δορυφόρος, De confusione linguar. 257. B. modo cum προαγωνιστής, De mundi opificio 28. A. De Abrahamo 299. B. De specialibus legg. 615. E. In Flacc. 765. E. Semel jungitur cum voce in Lexicis omissa fortasseque corrupta προδιαγωνιστής, De specialibus legg. 608. E. Neque aliter S. Joann. Chrysost. Oratione XXXVI in Genesin, I. 295. 4. ἐγώ σε ὑπερασπίζω, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἐγὼ ὑπεραγωνίζομαι, ἐγὼ ὑπέρμαχος γίνομαι· et Orat. XXXIX. in eandem I. 318. 17. ὑπέρμαχός σοι γινόμενος, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ἀνώτερον [f. σὲ]
D ποιήσω. Item S. Gregorius Thaumaturgus Oratione panegyr. ad Origenem 70. B. ὑπέρμαχον ἔχων αὐτὸν τὸν ἐπαινούμενον· et Petrus Siculus Historia Manichæorum 70. A. Potius tamen credam, Leonem voce perverse esse usum, quam corruptam esse et ὑπέραρχον scribendum. Ὑπερμαχεῖν autem viri docti recte mirantur construi cum accusativo a Luciano Revivisc. I. 593. 42. τοῦτο ὑπερμάχει· neque mihi ullum ejus constructionis exemplum se obtulit : nam in illo S. Basilii magni Epist. CCXLIV. II. 1017. C. τὴν κώμην τὴν ὑποδεξαμένην τὴν ἁρπαγεῖσαν καὶ φυλάξασαν ὅτι ὑπερμαχήσασαν· extremum verbum sine ullo omnino regimine videtur esse. Cum dativo passim construitur cum a tragicis, tum apud Patres. S. Basilius De vera virginitat I. 608. C. ὑπερμαχοῦν αὐτῷ. S. Gregorius Nyssenus In Canticum Cantic. I. 588. B. τοὺς ὑπερμαχοῦντας ἡμῖν. Apud eundem S. Gregorium est octies sequenti genitivo, De vita Mosis I. 172. A. et 216. D. Contra Eunomium II. 142. C. De sancta Trinitate 439. C. In laudem fratris Basilii 916. B. Oratione funebr. de Placilla 981. B. Contra Eunom. III. 126. C. et 158. C. ut adeo suspicari possis, loco illo superiore dativum — Ὑπερμαχεῖν quo casu construendum.

Locus Conc. Nicæni emendatus.

errore librarioli irrepsisse. Cum genitivo copulatur in loco corrupto Concilii Nicæni A l. 424. A. τῇ τε πρὸς ἡμᾶς δι' ὑποκρίσεως τὸν ἄνδρα τῦ δοκεῖν εἶναι, καὶ τῆς τ' ἐναντίων συμφορίας γενναίως ὑπερμαχοῦντος. Ubi Harduinus quidem scribi vult, τῇ τε πρὸς ἡμᾶς et ὑπερμάχοντα. Sed quod sequitur, καὶ τῆς τῶν ἐναντίων, satis ostendit legendum esse τῆς τε πρὸς ἡμᾶς. Præterea miror, Harduin. scripsisse ὑπερμάχοιτα, quæ vox est nihili, pro ὑπερμαχοῦντα, neque συμφορίας mutasse in συμμορίας, nec τῦ δοκεῖν in τῷ δοκεῖν. Sensus est : *quoniam vir ille per simulationem videbatur nostræ sententiæ esse, et tamen pro adversariorum partibus fortiter propugnabat.*

ὅσον τὸ ἐπ' ἐκείνῳ] In Codice scriptum est, ὅσον τῷ, perperam : vide quæ observavit Pag. 24. B. vir acutissimus Augustus Matthiæ Grammat. Græc. 282. B. Nam apud S. Epiphanium Ancorato II. 14. C. legitur quidem similiter ὅσον τῷ ἐπ' ἀνθρώπῳ, sed ibi quoque τὸ corrigendum est, sicut jam apud eundem impressum cum alibi extat tum libro Adversus hæres. I. 609. A. ὅσον τὸ κατ' αὐτόν. Inverso ordine Josephus Antiquit. B Judaïc. 655. C. τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς· Clemens Alexandrinus Admonitione ad gent. 37. C. τὸ ὅσον ἐφ' ὑμῖν· et Pædagog. 248. C. τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς. Idque adjectivum ὅσος cum perelegantes in omni genere significationes habeat, mirum non est, in eo

Ὅσον ἥκει εἰς ἐμέ.

exponendo multos eosque doctos interpretes esse lapsos. Velut in phrasi ὅσον ἥκει εἰς ἐμὲ, *quod ad me attinet* : quam, apud posteriores certe auctores, multo magis in usu esse video quam alteram ὅσον ἥκει ἐπ' ἐμὲ, de qua Vigerus Hermanni 128. A. S. Epiphanius Adversus hæres. I. 1083. B. ὅσον μὲν γὰρ ἥκει εἰς τὸν Κύριον, *quod ad Dominum spectat.* Synesius Epistola CXXI. 388. A. ἀλλ' ἐγὼ, τό γε εἰς ἐμὲ ἥκον, ἅπαν ποιῶ. Isidorus Pelusiota Epist. LXIV. 206. τό γε ἧκον εἰς αὐτούς. S. Joann. Chrysost. Homil. XXXII. in Epistolam priorem ad Corinth. III. 448. 38. τί δέ ἐστι, τὸ ἐκ μέρους; τό γε εἰς ὑμᾶς ἧκον. Idem Homilia III in Acta App. 623. 17. ἐφ' ἑτέρους βιάζεται μεταθεῖναι τὸ ἔγκλημα, ὅσον εἰς αὐτὸν ἧκε. Quod Erasmus male vertit in editione Frontonis C Ducæi III. 29. C. *in alios detorquet crimen, per quos ad hoc devenit* : id tamen Montefalconius emendavit edit. noviss. IX. 24. Concilio autem Œcumenico sexto III. 1220. A. ὅσον ἧκεν εἰς τὴν σάρκα, interpres legisse videtur, εἶπεν· nam vertit absone, *quantum dicit ad carnem.* Porro eandem fere vim quam ὅσον ἧκει εἰς, habet ὅσον ἐστί. Quod non vidit Billius in S. Gregorio Nazianzen. Orat. in Christi nativitat. I. 624. Θεὸν ὁρῶν, ὅσον ἐστί· vertens, *Deum, quantus est, conspiciens* : corrige, *quantum fieri potest, quantum licet*, ὅσον ἐφικτὸν τοῖς δεσμίοις τῆς σαρκὸς, ut ipse explicat continuo post.

Ἰούλιος εἶχεν ἀρχήν] Nempe anni 963 : Romanus imperator vita functus erat die Pag. 25. A. 15 Martii ejusdem anni : vide supra 204. C.

τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ὑφαπλουμένων τῇ γῇ] Affirmare non ausim auctorem scripsisse Pag. 25. A. ἐφαπλουμένων scribere debuisse dubium non est. Dicitur enim proprie ἐξαπλοῦσθαι de radiis lucis. Eusebius Præpar. Evangel. 69. D. ἥλιος, τὰς τοῦ οἰκείου φωτὸς ἐφαπλώσας D ἀκτῖνας. S. Justinus Martyr Expositione fidei de recta confess. 389. C. τὸν ἥλιον ὡς μᾶλλον εἰς αὐτὸν τ' λοιπῶν ἐφαπλούμενον. S. Basilius Commentar. in caput IX. Esaiæ I. 1032. A. τὸ φῶς διέκοψε μὲν τὴν ἀχλὺν, ἐφήπλωσε δὲ αὐτοῖς τῆς ἀληθείας τὸ φέγγος. Scripturam tamen Codicis immutare nolui, verbum minus proprium ab ipso auctore manasse ratus. Est quoque προσυφαπλῶσαι eodem sensu 58. C.

Ἐξαπλοῦσθαι proprie de radiis lucis.

βασιλέα τὸν Νικηφόρον ἐφήμιζον] Quemadmodum Nicephorus à ducibus renunciatus sit Pag. 25. B. Imperator, refert Anonymus, ex cujus historia ms. jam supra 206. A. quædam ascripsi:

Ex Cod. Vatic. N.º 163, fol. 61 recto.

Τοῦ δὲ Μαγίστρου καὶ Δομεστίκου Νικηφόρου ἐν Καισαρείᾳ καταλαβόντος καὶ τὸν στρατὸν ἀθροιζομένου, πρὸς τὸ χωρῆσαι κατὰ τῦ ἀλαζόνος Χαμβδᾶ, ὁ Πατρίκιος Ἰωάννης ὁ λεγόμενος Τζιμισχῆς, καὶ ὁ Πατρίκιος Ῥωμανὸς ὁ τῦ Κουρκούα, καὶ ὁ Πατρίκιος

Nicephorus Magister et Domesticus cum Cæsaream venisset, recenseretque exercitum ad pergendum contra arrogantem Chambdanum, Patricius Joannes qui dicitur Tzimisches, Romanus Curcuæ F. Patricius, Patricius Nicephorus Hexacionites

A cionites cæterique duces cum præfectis legionariis rationem ineunt, quemadmodum Magistrum Imperatorem renuncient. Itaque ad tabernaculum ejus in unum congressi......

Νικηφόρος ὁ Ἐξακιονίτης καὶ οἱ λοιποὶ στρατηγοὶ σὺν τοῖς ταγματικοῖς ἄρχουσι βουλεύονται, ἵνα τὸν Μάγιστρον βασιλέα ἀναγορεύσωσι. Καὶ δὴ πρὸς τὸ σκηνοπήγιον αὐτοῦ ἀφικόμενοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ......

His imperfecte desinit historia Anonymi in Cod. Vaticano, quem ex alio male habito descriptum esse lacunæ spatiaque passim a librario relicta (verbis nempe in prototypo exesis aut deletis) demonstrant.

Pag. 15. B. Πλεύσης τὸ μειράκιον ὠνομάζετο] In versione Cedreni a Xylandro facta vocatur Pelusa II. 649. A. perperam. Nam in scriptione Πλεύσης consentiunt Leo, Cedrenus in græco, Scylitza Historia ms., Zonaras II. 199. D. Glycas 305. D. et Cangius Famil. Byzant. 150. C.

Pag. 16. C. B διαμιλλώμενα] Proposui διαμιλλωμένῳ· nisi dicas neutrum positum pro masculino: vid. Vigerum De idiotism. 43. C. ibique notas.

Pag. 16. C. καθ' ἣν ἄκρατα πανταχόθεν εἰσρεῖ] Exempla adjectivi ἄκρατος, eo sensu quo hic occurrit, collegit Gatakerus Miscellan. posthum. I. 450. E.

Pag. 17. B. τὴν πολυθρύλητον ἀρετὴν ἀπαράμιλλος.] Vulgatior forma est ἀπαραμίλλητος· Josephus Antiquit. Judaic. 271. G. S. Justinus Martyr Cohortatione ad Græcos 40. B. Eustathius ad Odysseæ P. 627. 23. Vocem rarissimam ἀπαράμιλλος neque Lexica habent, neque extra Leonem auctor, ut nunc quidem leguntur, quantum memini, ullus. Vestigia agnoscere mihi videor apud Theophylactum Bulgariæ archiepiscopum Epist. xv. 818. C. ὑπερτίμῳ τῷ Ψελλῷ, καὶ παραμίλλῳ τὴν γλῶτταν· et Epistola LXX. 922. C. εἰσφέροντες τῇ παραμίλλῳ σου ἀγαθότητι. Utrobique non dubito quin scribendum sit ἀπαραμίλλῳ. Ἀπαράμιλλος, incomparabilis, nihil par habens

Pag. 18. A. C . τὴν καρδίαν βληθεὶς] Adeo ut minis exasperaret plebem, auctore Zonara II. 199. B. ὁ δὲ ἀπειλαῖς μᾶλλον αὐτὸ ἐξελέγχυνεν. Sic enim in optimo Cod. Reg. 1715: in cuso secus est.

Pag. 18. B. ἐν τοῖς Ἡρίοις] De hoc palatio suburbano in Constantinopoli Christian. 175. C. Ducangius, cujus orthographiam in nomine latine ac græce scribendo sum secutus.

Pag. 18. D. Ἐκ τούτου παῤῥησίαν ὁ Βασίλειος] Is motus Constantinopoli accidit a. d. v. Id. August. ut ait Cedren. II. 648. A. ἐνάτην ἄγουσαν [l. ex Codd. ἄγοντος, sensu item postulante] τοῦ Αὐγούστου μηνός. Paulo post B. ἀπὸ πρώτης ὥρας τῆς δευτέρας ἡμέρας· male Xylander, *a prima insequentis diei hora*. Est, *a prima hora diei Lunæ*. Constantin. Porphyrog. Cærimon. aulæ Byz. I. 253. C. Ἡ δευτέρα enim apud Græcos Christianos est secundus septimanæ dies. Sic Leo 94. B. ἕκτη δὲ ἦν τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα, h. e. dies Veneris. Denique apud Cedrenum B. lin. 9. ubi nunc κατεστράφησαν, malim κατεσκά- Ἡ δευτέρα quid sit

D φησαν, quod certe habet Scylitzes ms.

Pag. 19. A. καὶ ἐρείπωσιν] Fortasse scr. ἐρειπιῶσιν. Nam Phavorinus 742. 27. Ἐρειπιώσεις, ἡ πτώσεις· et ἐρειπιόω, verbum in Lexicis prætermissum, legitur cum apud Eusebium Demonstrat. Evangel. 64. B. τὸ ἱερὸν τὸ εὐπρεπὲς τῆς μητροπόλεως αὐτῶν ἠρειπίωται· tum apud S. Gregorium Nyssenum Vita S. Gregorii Thaumaturgi II. 986. C. Tametsi alia forma absque ι, ἐρειπόω, æque inveniatur, idque, quod mirere, apud eundem S. Gregorium Nyssenum: ἐρειπωθῆναι Homilia VI in Ecclesiasten I. 434. D. ἐρειπωθὲν In Psalmos I. 311. D. Composita quoque absque ι: κατερειπόω s. κατερειπιόω Leo Diacon. 15. D. 16. C. D. 20. A. 42. A. 45. A. 109. A *bis*. Suidas 275. B. Zonaras II. 225. C. Heliodorus 417. C. Palladius De Bragmanibus 30. C. Nam in Palladii verbis τὰ πεπονημένα καὶ κατεῤῥιπισμένα [sic] vix dubito quin κατηρειπωμένα scribendum sit, potius quam κατεῤῥιμμένα. Quinetiam συνερειπώθη, forma Lexicographis ignota, æque ι caret apud S. Gregorium Nyssenum De hominis opificio I. 109. D. Ἐρείπιος adjectivum, item in Lexica nondum receptum, videtur esse apud Philonem Ἐρειπόω et ἐρειπιόω, diruo.

de Cherubim 125. A. ἀλλὰ τί ἄλλο οἰκίας, ὡς μὴ γένοιτο ἐρείπιος, οὐκ ἐπιμελησόμεθα: A

Zonaras Leonem exscribit.

ἱκέτην ἐλεεινὸν] Inde Zonaras quæ habet II. 199. C. retentis aliquot auctoris nostri locutionibus et verbis. Pag. 29. B.

Ἐκκαιδεκάτην ὁ Αὔγουστος ἤλαυνε μὴν] Nempe anni 963. De ingressu Nicephori Constantinopolim deque inauguratione ejus luculentum fragmentum in Constantini Porphyrogen. Cærimon. aulæ Byzantin. I. 251. B. quocum confer Reisk. Commentar. II. 141. A. Pag. 29. C.

πρὸς τοῦ . . . Πολυεύκτου τῷ βασιλικῷ διαδήματι στέφεται] In Cedren. Compend. Hist. II. 648. D. Πολύευκτον παρασκευάσαντες τὸν Πατριάρχην, καὶ τῷ βασιλικῷ αὐτὸν ταινιῶσαι διαδήματι, tolle verba καὶ τῷ, et verte, *Patriarcham apparaverunt*, hoc est, permoverunt, *ut*. . . Neque aliter Scylitza Historia ms, Verba interpolata Xylandro quoque fraudi fuerunt in versione. Pag. 29. D.

Τὴν δὲ ἰδίαν] Hæc usque ad verba γεγεννημένων ἀνδρῶν, 30. A. lin. 8, Ducangius græce dedit Notis historicis in Zonar. II. 107. A. B Pag. 29. D.

ἐπιφέρεσθαι] Ducangio negotium exhibuit in Codice siglum verbi, cujus partem duntaxat dedit punctis terminatam, ἐπιφερέσας. . . Pag. 30. A.

τὸ ἐπίκλην] Vocabulum est ex Agathia 124. D. Pro eo Leo passim adhibet τὴν ἐπίκλησιν 3. C. 56. B. 63. C. 65. D. 69. A. 83. C. 95. D. 107. D. τὴν ἐπωνυμίαν 71. D. τὸ ἐπώνυμα 36. C. τὸ ἐπώνυμον 48. C. 50. A. 51. A. C. 69. C. 77. D. τὴν κατεπωνυμίαν 89. C. (quod vocabulum non est in Lexicis): τὸ πρόσρημα 56. B. Pag. 30. B.

Ὑποψιθυρίζεται] Apud Cedren. II. 649. B. διεδίδετο δὲ καὶ λόγος ἁπανταχοῦ· vereor ut recte. Scylitza ms. (in Codd. certe quos vidi): καὶ λόγος δὲ ἐφοίτα [f. διεφοίτα] ἁπ. non διεδίδετο [sic], quod affertur in ora editionis Cedrenianæ. Paulo inferius apud Cedren. 649. D. lin. 9 pro ἐνορκοῦντα Codd. ἐπιορκοῦντα. Pag. 30. D.

κατεδυσώπησε τὸν ἀρχιερέα] Præsertim Styliano jurante, nullum ex Theophanonis liberis à Nicephoro de baptismo esse susceptum, ut referunt Cedrenus et Glycas. Apud quem 306. B. post verba τὸν Στυλιανὸν, Codd. addunt, ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ὀμνύοντα. C Pag. 31. A.

Αὐτὸς δὲ παρὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν διαχειμάζων] Victoriam Joann. Tzimiscæ a Cedreno II. 654. B. celebratam in anni 963 autumno, hanc hiemem præcedenti, accidisse credendum est. Quo in loco Cedreni post verba, εἴς τινα λόφον δύσβατον καὶ ἀπόκρυμνον [l. ἀπόκρημν.], πεζοὶ τοὺς ἵππους [f. τῶν ἵππων] ἀποβάντες, καὶ τῇ τοῦ τόπου θαῤῥήσαντες, insere ex auctoritate Codd. vocem εὐκαιρίᾳ, quam vulgata habet in margine, quæque omnino abesse nequit. Pag. 31. B.

Ἐπεὶ δὲ τὴν τοῦ χειμῶνος κατήφειαν ἐαριναὶ τροπαὶ] Nempe solstitium æstivum anni 964, a quo non multum dissentit Cedrenus II. 654. B. scribens, mense Julio Nicephorum hanc expeditionem suscepisse. Apud Abulpharajium Historia dynastiar. p. 313 ea omnia ad a. Hegiræ 351, hoc est Christi 962, referuntur: perperam, opinor: errore vel auctoris vel librariorum. Pag. 31. C. D

κυκλόθεν διειληφὼς] Διαλαμβάνω, vel certe perfectum διείληφα, apud Leonem valet *cinxi*: sic supra 13. A. et fortasse infra 36. D. Quin hac ipsa pagina lin. antepenult. passive, κυκλόθεν διείληπτο. Eodem sensu διέζωσεν 37. A. Pag. 31. D.

Πολυχεύμων, multifluus, uber. Περινάω, circumfluo.

πολυχεύμων τις, ψυχρός τε καὶ διειδὴς περινάων] Neque πολυχεύμων est in Lexicis, neque περινάω. Illud invenitur apud S. Basilium Epist. CLX. II. 946. ὦ πηγῆς πολυχεύμονος (quo eodem sensu S. Justinus Martyr Dialogo cum Tryphon. 329. C. πολυύδρου καὶ ἰσχυρᾶς πηγῆς): pro hoc usitatius περινέω, quod habent Lexica. Pag. 32. A.

Οἱ δὲ ἀνώρυκτόν τι] Vide supra 15. B. narrationem de expugnatione Candiæ: item Agathiam 21. A et 78. A. Pag. 32. C.

Περίγειος super terrenus, terrester.

τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος τὴν περίγειον ὑπαυγαζούσης] Etymologiam secutus verti *circumjectum agrum*, τὴν περίχωρον, 36. A. quanquam apud auctores Christianos Hellenistasque περίγειος sæpa alia significatione vertendum sit, *super terram versans*, præsertim Pag. 32. D.

A figurate sensuque theologico. Eusebius Demonstrat. Evangel. 260. C. *οὐδὲ τὰ περίγεια καὶ ἀπατηλὰ πνεύματα, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεός.* 272. C. *δαίμονες ἂν εἶεν χθόνιοι καὶ περίγειοι.* Opponitur sic rebus cœlestibus ac divinis Præparat. Evangel. 181. A. 704. C. alibique, locutionibus variis, quarum annotabo aliquot : *οἱ περίγειοι ἄγγελοι*, *angeli qui versantur in terris*, S. Gregorius Nyssenus In Christi ascension. II. 875. A. *ὁ περίγειος βίος* S. Gregorius Nyssen. De oratione Dominica I. 729. C. 743. C. *ἡ περίγειος διοίκησις*, *administratio terræ*, S. Clemens Alexandrinus Stromatib. 685. B. *ἡ τῶν περιγείων ἡγεμονία* Philo De mundi opificio 24. G. *ἡ περίγειος λῆξις*, *sors terrena*, Synesius De provident. 89. C. *ἡ τῶν περιγείων οἰκονομία* S. Clemens Alexandrinus Stromatib. 701. A. *τὰ περίγεια πράγματα* S. Gregorius Nyssenus Contra Eunomium II. 388. B. *τὰ περιγ. σώματα* S. Basilius In divites avaros I. 414. B. *ἡ περίγειος πλεονεκτὶς τῆς ἀρετῆς* Synesius Epistola CXL ad Herculianum 455. B. *ἡ περίγειος φύσις* Philo De confusion. linguar. 259. E. *τὰ περίγεια* absolute, *res terrestres*, Philo De sacrificiis Abelis et Caïni 102. D. De Somniis 455. D. De vita Mosis 518. D. Libro II. de Somniis 886. F. S. Gregorius Nyssenus In Psalmos I. 353. D. In Canticum Cantic. 502. B. De oratione Dominica 729. B. Inde *περίγειος* cum substantivo loci valet fere idem quod *terra*. Georgius Alexandrinus Vita S. Chrysostomi VIII. 260. 38. *ὡς ἅπας ὁ περίγειος ἐπίσταται χῶρος*, *ut scit orbis terrarum*. Item *ὁ περίγειος χῶρος* Philo Quod deterius potiori insidiari sol. 132. G. De confusione linguar. 259. F. S. Gregorius Nyssenus De beatitudinib. I. 831. A. Contra Eunomium II. 360. A. *ὁ περίγειος κόσμος*, mundus terrenus, hoc est *terra*, Euseb. Demonstr. Evangel. 422. C. Palladius De vita S. Joannis Chrysostomi 110. C. *ὁ περίγειος τόπος* Eusebius Demonstrat. Evangel. 427. D. S. Gregor. Nyssen. Orat. catechet. II. 487. B. Aliisque locis apud Leonem nostrum dubium non est, quin *ἡ περίγειος* valeat *terra*, ut 99. A.

Περίγειος quibus substant. apud Patres jungi soleat.

C Interdum tamen significationem ex etymologia ductam magis retinet. Sic Philo De monarchia 627. *τὰς μετὰ σελήνην ἐν ἀέρι περιγείους φύσεις*, *naturas, quæ post lunam in aëre circa terram sunt*. Agathias Hist. 145. D. *ὁ περίγειος ἀήρ*, *aër terræ proxime circumfusus*. Neque aliter *ἡ περίγειος* substantive in Procli Paraphr. in Ptolem. 3. C. *δύναμίς τις διαδίδοται, καὶ διαβαίνει εἰς πᾶσαν τὴν περίγειον*. Unde emendandum Ptolemæi Quadripartitum 2. C. ubi nunc forma vitiosa, *πᾶσαν τὴν περιγείαν* [sic]. Saniorem vocem Lexicisque ignotam habet Ptolemæus Quadripart. 17. B. lunam antecellere *διὰ τὴν περιγειότητα*, *quia terræ vicina est*.

Περίγειος, quod circa terram est

Περιγειότης, vicinia terræ.

Pag. 33. A. *ζωγρίᾳ πρὸς τῶν Ῥωμαίων ληφθέντες*] Pro *αἰχμάλωτος* plerumque Leo usurpat vel *ζωγρίας*, ut 22. C. 24. D. 41. C. 75. A. 107. D. vel *ἐζωγρημένος* 7. C. vel *δορυάλωτος* 13. C. 14. B. 41. C. 46. B. C. *Αἰχμάλωτος* legitur 13. A. 14. A. 16. A. 47. A.

Pag. 33. A. D *τοὺς περιλειφθέντας βαρβάρους*] Sic scripsi pro *περιληφθέντας*, quod nunc pœnitet: nam sensu, quem vertens expressi, Leo dixisset *περιλειφθέντας*· ut 7. A. 10. A. 16. A. 82. D. 93. C. 97. C. 107. B. vel *καταλειφθέντας*, 7. C. 45. A. Voces *λειφθέντες* et *ληφθέντες* quam sæpe permutentur, pluribus demonstraverunt viri eruditionis exquisitæ Boissonadus ad Heroïca Philostrati 496. C. et Schæferus ad Gregor. Corinth. 452. C.

Pag. 33. B. *αὐτοῦ τε διεχείμαζε*] Tarsi obsidio, Mopsuestiæque Adanæ et Anazarbæ expugnatio, incidunt in annum 964. cujus gesta continentur capite X et XI hujus libri.

Pag. 33. B. *καὶ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐξηρτύετο.*] Ad verbum ex Agathia 37. A et 90. A.

A

IN LIBRUM IV.

ὥσπερεὶ βέλος κοῦφον] Combefisius legit κουφεῖ· vertit IV. 12. *haud secus ac leve telum*. Sed est imitatio Homeri Iliad. Λ. 390. Pag. 34. A.

ἐπαγόμενος] Multum delectatur Leo hoc verbo, quando duces exercitum secum adducentes facit. Ita ἐπάγεσθαι δύναμιν 19. B. ἴλην 11. A. 96. D. πανοπλίαν 24. D. στρατιὰν 11. C. Confer Agathiam 79. A. 75. D. 92. C. 122. B. Pag. 34. B.

τὸ ναστὸν ὕψος] Formula solennis de muris Hierosolymitanis. Josephus De bello Jud. 914. A. τὸ ναστὸν ὕψος τῶν πύργων· ibidem F. ἐπὶ πεντήκοντα δ' ἦν τὸ ναστὸν αὐτοῦ ὕψος· aut 767. G. κατ' ὅλων γοῦν τὸ, τὸ ναστὸν αὐτῶν ὕψος. Dicitur autem ναστὸς eleganter de structuris plenis, hoc est, in quibus nullæ cavitates concamerationesque sint. Idem Josephus De bello Jud. 914. G. ὁ δὲ τελέως πύργος.. μέχρι μὲν εἴκοσι πηχῶν ναστὸς ἦν. B Ibidemque 747. F. in portu Cæsariensi πύργον ναστὸν fuisse scribit. De janius aureis S. Joannes Chrysostomus De educandis liberis 36. C. ὅλας δι' ὅλου ἀπὸ χρυσοῦ κατασκευάσθαι, παχείας καὶ ναστάς. Quod ideo moneo, quia in Timarione, inter Notitias Codd. mss. Bibliothecæ Reg. tom. IX part. II. a me edito, p. 196. lin. penult. in verbis τῷ λαστῷ τῆς σφυρηλατήσεως legendum est ναστῷ· quod annotare tunc neglexi. Confer item Salmas. ad Solin. I. 768. A. — A ναστὸς vel potius a νάσσω derivatur vox

Νάγμα, crepido. νάγμα, stratum lapideum solidum, quo littora aut ripæ adversus vim aquarum vestiuntur, *crepido*. Josephus De bello Jud. 747. E. τὸ περὶ αὐτῶν πᾶν κύκλῳ νάγμα τοῖς

Hesychius emendatus. ἀποβαίνουσι πλατὺς περίπατος. Hesychius II. 652. A. Νάγματα· περιβολαί. Sic enim ibi scribendum : editiones Νάματα, mendose.

εὐπεριγράπτου πόλεως] Εὐπερίγραπτος, *non late patens, brevis*, forma omissa Lexicis (nam vulgo atque elegantius dicitur εὐπερίγραφος), habet complures auctoritates, earum- C que aliquot satis idoneas. S. Gregorius Nyssenus In Hexaëmer. I. 2. A. ἃ γὰρ ἐκεῖνος εἶπεν ἐν ὀλίγοις τε καὶ εὐπεριγράπτοις τοῖς ῥήμασιν. De vita sancti Gregorii Thaumaturgi II. 978. B. λόγον σύμμετρόν τε καὶ εὐπερίγραπτον. S. Basilius In cap. 11 Esaïæ I. 879. Eustathius ad Odysseam 521. 43. Gregentius autem Tephrensis (quem cæteroquin elegantiæ Græcæ arbitrum non capiam) Disputatione cum Herbano Judæo 147. B. ἐν συντελεῖ πάνυ τοι εὐπερίγραπτοι ἔσονται, usurpasse videtur pro, *facile describentur*, de numero, qui iniri facile potest. Apud Eustratium De operatione animarum post mortem, quem 415. A. verba S. Gregorii Nysseni supra allata, λόγον σύμμετρόν τε καὶ εὐπερίγραπτον, iterasse video, Leo Allatius vertit, *sermonem bene definitum* : haud scio quam bene. Pag. 34. C.

τῶν ἐπηλύδων τε καὶ ἰθαγενῶν.] Mireris epitheta opposita : Agathias 123. B. ἰθαγενεῖς [sic] καὶ ἐπιχώριοι. Pag. 34. C. D

Ταῦτα δὲ ἀνελίττων καὶ γνωματεύων] Prælvit in hoc quoque Agathias 31. D. Pag. 34. C.

Ἦρος δὲ εὐθὺς διαλάμποντος] Hoc est ver anni 965, ad quem pertinent prælium Tarsense, ejusque urbis diu obsessæ deditio. Vid. Elmacin. Histor. Sarac. 224. C. Anno sequenti 966 secundum quosdam Edessa occupata est et Antiochia tentata Cedren. II. 655. D. Leo 43. A. Bellum Bulgaricum ad annum 967 rejiciendum videtur (quanquam secus sentit Pagi ad Baron. IV. 13. B.) : expeditio Sicula, a. 964 suscepta, sequenti anno 965 finem habuit. Pag. 35. A.

ἐξ ἀπόπτου] Inutilis est conjectura ἀπροόπτου· nam hic et 11. B. ἐξ ἀπόπτου recte vertitur *ex occulto* : quod alibi 36. B. 86. A. Leo ait ἐκ τοῦ ἀφανοῦς. Etenim invenitur ἄποπτος significatu quadruplici, nondum illo satis, ni fallor, explicito. Quare haud ingratum diligentioris doctrinæ amantibus videar facturus, si quæ de voce ea notavi expromsero. Prima est significatio, quando ἀπὸ habet quasi vim negandi, ut ἄποπτος Pag. 35. C.

Ἄποπτος 1) invisibilis. sit *visum effugiens* seu, vocabulo C. Celsi, *invisibilis*. Sophocles Œdipo tyr. 762. τοῦδ'

ἄποπτος

A ἄποπτος ἄστος. Enarrator vetus, ἔξω τῆς θέας πόῤῥω τοῦ ἄστεος. Idem Sophocles Ajac. 15. κἂν ἄποπτος ᾖς, *etsi inconspicua eras.* Ἄποπτος γὰρ ὁ ἀθεώρητος, ait Suidas I. 290. C. Quapropter apud S. Justinum Martyrem Apologia pro Christ. 51. C. ἐπιστήμην τὴν ἄποπτον *scientiam occultam* interpretere potius quam cum Joanne Langio *scientiam consistentem.* Inde τὸ ἄποπτον, *locus occultus.* Dionysius Halicarn. Antiq. Rom. I. 113. 6. ἐν ἀπόπτῳ τίθενται τὸν χάρακα. Hudsonus recte, *in loco occulto castra posuerunt.* Ut nesciam quare alibi I. 338. 15. οἱ δὲ τῶν Οὐολούσκων ἡγεμόνες ἐξ ἀπόπτου τοῖς Ῥωμαίοις παρεμβάλλοντες, verterit, *in locum excelsum, unde Romanos conspicere possent :* præsertim cum ex serie narrationis pateat, Volscos, Romanis οὐ προσδεχομένοις (lin. 31), ἐξαπιναίως supervenire potuisse. Georgius Pisides De vanitate vitæ 89 sqq. :

Τὸ ἄποπτον, locus occultus. *Vide tamen notam eruditam V. summi Lobeckii ad Ajac. 15. ed. 222. B.*

> Τίς οὖν σκοπήσας ἐξ ἀπόπτου καρδίας
> Τὸ τοῦ βίου θέατρον αἰσχύνης γέμον,
B > Θρήνοις γελῶντι μὴ σβέσοι τὸ παίγνιον ;

Quis, ait, *spectans ex occulto cordis, ex corde intimo*, &c. Fredericus Morellus minus apte, opinor : *Quis corde spectans ex inaspectabili.*

Huic significationi cognata est altera, *remotus a nobis, disjunctus :* ut ideo ἐξ ἀπόπτου jam non *ex occulto*, sed *ex longinquo*, vertendum sit. Sophocles Philoct. 467 :

Ἄποπτος 2.) remotus, disjunctus.

> .... καιρὸς γὰρ καλεῖ
> Πλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ 'γγύθεν σκοπεῖν.

Æschines loco celebrato Axiochi 149. A. καλεῖς, ὡς ἐξ ἀπόπτου θεώμενος· ἡμεῖς δ' ἴσμεν ἀκριβέστερον οἱ διὰ πείρας ἰόντες. Quippe sic commodius verti arbitror quam *e specula*, ut vult Fischerus ad h. l. Apud Philonem quoque, qui quinquies Æschinis imitatus locum est, De temulentia 202. A. De profug. 361. B. De vita Mosis 516. F.
C Quod omnis probus liber sit 670. F. (οὐ μόνον οὐκ ἐπιβῆναι τῆς χώρας, ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἀπόπτου τὸ πατρῷον ἔδαφος θεάσασθαι δυναμένους) De vita contemplat. 691. E. dubium non est quin sit *e longinquo*. Penultimum ex allatis Philonis locis expressisse videtur Aristo Pellæus apud Euseb. Histor. Eccles. 118. D. de Adriano Cæs. Judæis imperante, ne μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωρεῖν τὸ πατρῷον ἔδαφος, *ne e longinquo quidem :* item ipse Eusebius De martyr. Palæstin. 334. C. In Plutarcho quoque Eumen. 592. E. τόπον ἐξ ἀπόπτου καταφανῆ, *locum e longinquo videndum* vertendum arbitror potius quam cum Xylandro, *ex edito conspicuum.*

Ab hac significatione prorsus differt tertia, qua ἄποπτος reddi debet, locus ἀφ' οὗ τις δύναται ἰδεῖν μακράν, ut verbis utar Phavorini Dictionar. 72 *verso :* nec inepte interdum vertere possis *sublimis, editus.* S. Gregorius Nazianz. Invectiva in Julian. I. 78. A. ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου τινὸς καὶ μεσαιπόλιος περιωπῆς. S. Joannes Chrysost. Orat. x.
D in Abraam. v. 44. 22. ἐξ ἀπόπτου καὶ μετεώρου τόπου. Idem Orat. XIII. ad Stelechium VI. 151. 2. ἔκ τινος ἀπόπτου κορυφῆς. Inveniturque sæpissime eo sensu τὸ ἄποπτον substantive, *locus unde prospectus patet, specula.* Josephus Antiq. 461. B. ἑστιώμενος γὰρ ἐν ἀπόπτῳ μετὰ τῶν παλλακίδων. De bello Jud. 737. B. ἐξ ἀπόπτου δὲ Ἡρώδης ἀποβλέπων, *e specula hæc prospiciens.* Atque dilucidius in Vita Constantini Eusebius 512. A. loco eleganti, quem ideo, quamvis longum, exscribam : Οἷα δή τις οὐρανοπέτης ἀετὸς ὀξυωπέστατος ἄνωθεν ἀφ' ὑψηλοῦ τὰ πορρωτάτω διεστῶτα κατὰ τῆς γῆς ἴδοι· ὧδε καὶ οὗτος τῆς αὐτοῦ καλλιπόλεως τὴν βασιλικὴν ἀμφιπολεύων ἑστίαν, δεινὸν τι ψυχῶν θήρατρον ἐπὶ τοῦ Φοινίκων λανθάνον ἔθνους ἐξ ἀπόπτου συνεῖδεν, *tanquam e specula prospexit.* Quæ iisdem fere verbis iterata vide Orat. de laudib. Constant. 625. B. Jungitur interdum cum σκοπιά. Eusebius Hist. Eccles. 41. B. ἄνωθέν ποθεν ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου καὶ ἀπὸ σκοπιᾶς βοῶντες, *quasi ex loco edito atque specula,* licet sit aliter in Valesii versione : interdum cum περιωπή, ut apud Leonem nostrum 26. A. Adjectivum autem ἄποπτος construitur cum præp. εἰς in Plutarch. Camill. 151. F. τῆς μὲν Ὁμονοίας ἱερὸν—εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ τὴν

Ἄποπτος 3.) sublimis, editus.

Τὸ ἄποπτον, specula.

ἐκκλησίᾳ ἄποπτος, *unde erat in forum atque concionem despectus* : tametsi id quoque ab aliis A
aliter exponitur.

Ἄποπτος 4.) visibilis. Cognata est cum hac significatione quarta, primæ fere opposita, qua ἄποπτος jam non reddendum est id unde prospicere aliquid, sed quod ipsum conspicere possis, *sub oculis positus*, *visibilis*, ut Pliniano verbo utar. Plutarchus Lucull. 497. D. καταφανὴς ἦν ἡ στρατοπεδεία καὶ ἄποπτος. Josephus Antiquit. 539. A. 503. B. ubi de Herode: ἦν γὰρ αὐτῷ ἄποπτα τὰ γινόμενα. Hudson. ed. Havercamp. I. 732. B. vertit, *omnia quæ facta erant* (malim *fiebant*) *prospiciebat*. Heliodorus Æthiopicis 422. B. τοῦ τε ῥήγματος ἀπόπτου γενομένου, *cum ruptura conspici posset*. Inde τὸ ἄποπτον jam non
Τὸ ἄποπτον, locus conspicuus. *specula*, sed contra (sæpe enim interesse multum potest inter hoc et illud) *locus omnibus conspicuus*. Josephus de Ptolemæo Hyrcani matrem in muro flagris cædente Antiq. 448. E. ἐξ ἀπόπτου ᾐκίζετο. Neque alio sensu Philonem Legatione certe ad Caï. 793. D. (nam quinquies alibi apud eum aliter interpretandum dixi) usurpasse arbitror : ἐπεὶ δὲ B
ὁ Πετρώνιος ἐξ ἀπόπτου κατεφάνη, *in loco conspicuo apparuit* : Thomas Mangey nescio quam bene ed. II. 579. lin. 51. *in loco superiore*. Cum dativo Josephus De bello Jud. 926. F. ἐν ἀπόπτῳ τοῖς πολεμίοις, *conspicuo hostibus loco*.

Hæc exposui paulo fusius de quatuor significationibus vocis ἄποπτος, quod minus adhuc ab eruditis distinctas viderem. Nec, si excipis Lexicon Schneiderianum, ac pauca alia, quicquam verius existimo, quam quod ait Frid. August. Wolfius, harum rerum summus arbiter, *Beitrag zer Geschichte des Somnambulismus* 403. C. conquerens de conditione dictionar. græcorum : *Die griechischen Wörter sind noch in den besten Lexicis schlecht oder vielmehr gar nicht erklärt* u. s. w. Ut ideo nihil magis conferre putem ad interiorem cognitionem linguæ Græcæ, quam si ad discernendas ejusdem vocabuli varias potestates, analogiam et logicam secutus, e sua quisque penu quæ notaverit afferat, unde Lexicographi æque ut grammatici seligere quæ velint, et expendere, et convertere C
ad usus suos possint.

τὸν αὐτοφονευτὴν] Dedisse veram lectionem opinor, quanquam in Cod. sit αὐτοφονατὴν, vocemque αὐτοφονευτὴς eruditi dubiam carentemque auctoritate putent. Inveniturr apud S. Clement. Rom. Constitt. Apostolor. 130 *verso* : καὶ Καϊάφας ὕστερον αὐτοφονευτὴς ἑαυτοῦ ἐγένετο. Formas elegantiores αὐτόφονος atque αὐτοφόντης habent Lexica. Pag. 35. C.

καὶ εὔζωνος] Εὔζωνος, quod reposui pro scriptura Cod. εὔωνος, iteratur quoque 41. A. Pag. 36. B.

ὑπεξῄει τοῦ χάρακος] Prævit Agathias 42. C. Pag. 36. B.

σφαδάζων τε τῷ θυμῷ] Σφαδάζοντες τῷ θυμῷ Agathias 42. B. Pag. 36. C.

Κατοχυρόω, munio. κατοχυρωσάμενοι] Verbum κατοχυρόω, *munio*, *communio*, et e Lexicis abest, et ex Pag. 37. A.
auctoribus, ut existimo, antiquis. Apud recentiores inveni, velut bis in Vita S. Nili junioris a contubernali ejus scripta, ad cognoscendumque Apuliæ sæc. IX statum vehementer utilis, 62. B. πάλιν κατοχυρώσας ἑαυτὸν τῇ πρὸς τὸν ὅσιον πίστει· et 99. C. D
κατοχυρώσας [sic] αὐτοῦ τὴν καρδίαν τῇ πίστει. Item semel in Vita S. Chrysostomi ab anonymo edita VIII. 320. 11.

ὡσπερεὶ ὂν ἀράχνιον] Fort. legend. ὡσὰν εἶναι ἀράχνιον, vel, ὡσὰν τινὸν ἀράχνι. Pag. 37. B

κατὰ διαφόρους μάχας, τὴν Ῥωμαϊκὴν δύναμιν τρέποντες] Ut in clade Stypiotæ, pro ipso Tarsi oppido. Cedrenus II. 655. C. Pag. 37. C.

χαλάζοντι ἄγγελοι, τῶν] Transpone virgulam : χαλάζοντι, ἄγγ. τῶν. Pag. 37. D.

Bellum Nicephori cum Bulgaris, quo anno locandum. ἐχώρει κατὰ Μυσῶν] De tempore hujus belli cum Bulgaris, a plerisque silentio prætermissi, difficultates oriuntur. Leo expeditionem Syriacam Nicephori, ubi Antiochia tentata est, ad a. 968 rejicere videtur, bellum Bulgaricum a. 966. locare, nec hoc sine specie : quia jam a. 967. repentina Russorum vis in Bulgariam ingruit (v. Engel *Geschichte des Ungrischen Reichs und seiner Nebenländer* I. 363. B. et Schlozer *Nestor*. od. *Russische Annalen in ihrer Grundsprache* V. 128. B.). Eundem ordinem temporum Pagium ad Annal. Baron. IV. 13. B. et 19. C. constituisse video. Contra Cedrenus Pag. 38. B.

A II. 655. D. diserte ait, Nicephorum non 968, sed tertio imperii anno, qui est a. 966, intrasse Syriam, Antiochiamque tentasse; eademque computatione Le Beau usus est, *Hist. du Bas-Empire*, XVI. 114. C. Controversiam dirimit testimonium Luitprandi Legat. ad Niceph. Phoc. 148. C. qui Nicephorum mense Augusto a. 968 in expeditionem Syriacam proficiscentem conspexit.

Pag. 38. C. σπηλαιώδης] Vox et Leoni adamata et Agathiæ 37. C. 52. C. 134. B.

Pag. 38. C. περὶ τὸν Αἶμον] De Æmi convallibus umbrosis oratorie multa Theophylactus Simocatta Histor. 46. A. et ante eum Livius lib. XL. cap. 22. Splendide Virgilius Georg. II. 488 :

.... O qui me gelidis in vallibus Æmi
Sistat, et ingenti ramorum protegat umbra!

Pag. 39. A. εἰς κεντηνάρια πεντεκαίδεκα] De hujus pecuniæ summa Schlœzerus *Nestors Annalen*
B V. 130. 5. de centenariis præter Ducangium Glossar. Gr. I. 633. C. Reiskius Comment. ad Cærimon. aulæ Byzant. II. 44. A.

Pag. 39. A. πολεμικῶν ἔργων ἀγνοῶντες τυγχάνοντες] Agathias 33. C. ἀγνοῶντες τὰ πολέμια· confer quoque 76. D. et 105. B.

Pag. 39. C. φέρειν τοὺς μήπω ἐπιστρατείας] Aliam causam Cedrenus addit II. 658. B. nimium bellandi amorem Nicephori, quodque subditos in continuas expeditiones raptos male mulctaret. Sic enim intelligenda illa, πρὸς ταξείδιον συνεχῶς ἐξιών· quod *ad Taxeidium adsidue veniens* vertit Xylander, homo ut lingua Attica cum primis doctus, ita Græcitatis mediæ et infimæ rerumque Byzantinarum omnino rudis : inque annotationibus 25. D. Taxidium locum fuisse vult, ubi vectigalium rationes ducerentur. Neque Goar, qui Nott. posterioribus 53. D. Xylandrum carpens ταξείδιον *navigationem seu iter mari conficiendum* interpretatur, ab omni immunis errore est. Nam apud Cedrenum aucto- Ταξείδιον quid.
C resque huic ætate suppares ζαξείδιον s. ταξείδιον valet *expeditionem bellicam* : vide loca apud Ducang. Glossar. II. 1528. B. Inde ζαξειδιάριος sive ζαξειδιάρης, de imperatore, *expeditionarium*, ut ita dicam, significat : hoc est, expeditiones crebras suscipientem, adeoque *bellatorem*.

Neque audiendus apud Ducang. Nicol. Alemannus, *ordinarius* hanc v. interpretans aut *gregarius*, sicque appellari opinatus Imperatores, quotquot sago militari deposito purpuram induerint. Chronicon ms. de reb. Byzantinis : Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ [nempe Constantini M.], ζαξειδιάρης. Et inferius : Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ [Basilii Macedonis], ὁ φιλόσοφος, χρόνους κέ, μῆνας ὀκτώ· ὀρθόδοξος, ταξειδιάρης. Idem de Joanne Comneno: Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτοῦ [Alexii Comneni], ὁ εὐσεβὴς καὶ ἐλεήμων, χρόνους κδ', μῆνας ζ', ἡμέρας κδ'· ὀρθόδοξος, ζαξειδιάρης. Item de Manuele successore : Μανουὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ Πορφυρογέννητος, χρόνους λζ', μῆνας ε', ἡμέρας γ'· ὀρθόδοξος, ταξειδιάρης. Quorum
D quatuor imperatorum nullus miles gregarius fuit, antequam purpuram sumeret. In voce ζαξείδιον vertenda similiter lapsi sunt Levenklavius ad Glycam, 307. C. Reiskius ad Constantin. Porphyrogen. Cærimon. Byzant. II. 352. D. 354. C. idemque in vertendo ζαξεῶται 354. B. 355. A. C.

Pag. 40. B. ἀπερικτύπητον.] De hoc vocabulo vide Suidam I. 255. B.

Pag. 40. C. ἐς Σικελίαν ἔστελλε] Eidem expeditioni interfuit S. Nicephorus, diversus a S. Nicephoro circa a. 806 Constantinopoli patriarcha : tametsi in hujus nostri Nicephori vita ms. (in Cod. Reg. 1181) post verba Βίος τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου, antiqua scriptura erasa, nova superaddita sit, ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως [sic]. Inde error manavit in Catalog. Codd. mss. Græc. Biblioth. Reg. II. 237. D. Etenim Nicephorus hic est episcopus Mileti ille, cujus vitam a Combefisio ad Henschenium missam esse Le Quien Orient. Chr. I. 920. A. ait, inter Acta SS. edendam, is vico maximo et celeberrimo, Basilii nomine, thematis Buccellariorum ortus : χώρας μὲν τῆς τῶν Μαριανδυνῶν ὥρμητο εἴτ' οὖν Βουκελλαρίων· ταύτῃ γὰρ νῦν μᾶλλον τῷ ὀνόματι κικλήσκ. S. Niceph. Mileti episc. Nicephoro Imp. æqualis. Cod. Reg. 1181 fol. 199 vers.

κώμη ἐφ' αὐτῷ μεγίστη τε καὶ πολυανθρωποτάτη, Βασίλειον προσαγορευομένη· Cpli ὑπὸ A
Μαγίστρου τοῦ Μωσηλοῦ institutus, inque collegium clericorum palatii cooptatus, postea ut consiliarius rerumque spiritualium curator exercitum Nicetæ in Siciliam comitatus est. Ubi male rem cessuram cum ei multa præsagivissent, et proprium acumen, et ducum nequitia, et sancti cujusdam circa fretum Siculum tunc sedentis, Prasinacii nomine, vaticinatio, post cladem reversus in Græciam, posthac episcopus Mileti factus est. Audiamus verba Græca:

Fol. 207 verso. Καὶ ἄλλοτε ἄλλων κατὰ καιροὺς τὸ τῆς βασιλείας κράτος διαδεξαμένων, ὁ πολὺς τὴν ἀνδρείαν Νικηφόρος τῶν σκήπτρων ἐγκρατὴς γεγονώς, πέμπει κατὰ τῆς Σικελίας στρατὸν, στρατηγὸν τῶν ὅλων Νικήταν καταστησάμενος, ἀδελφὸν ὄντα τοῦ τηνικάδε πρώτου τῶν θεραπόντων τοῦ βασιλέως. Ἐπεὶ τοίνυν ἔδει τινὰ συναπελθεῖν τῷ στρατῷ τῶν ἐπ' ἀρετῇ γνωρίμων καὶ διαβοώντων, ἵνα τά πρὸς Θεὸν αὐτοῖς εἴη, καὶ τὴν ἀναίμακτον τελοίη λατρείαν, καὶ σύμβουλος δεξιὸς τῷ κρατοῦντι παρείη, τίνα τοῦτον ἄλλον ἐχρῆν εἶναι, ἢ πάντως τὸ πάντων τῶν καλῶν καταγώγιον, Νικηφόρον τὸν μέγιστον; Διὸ καὶ συναπαίρει τούτοις, πεισθεὶς τῇ ἀξιώσει B

Fol. 208 recto. τοῦ βασιλέως. Ἡττηθέντος δὲ τοῦ στρατοῦ καθ' ὃν τρόπον οἶδε μὲν ὁ πάντα πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπιστάμενος Θεός, οἶδε δὲ καὶ ὁ ταῦτα συγγράφων (κατὰ γὰρ τὸ αὐτοῦ ἄστυ τὰ δράματα γέγονεν), οὐ βούλεται δὲ τραγῳδίας γράφειν, εἰ καὶ ἄλλως τῇ ἱστορίᾳ ἁρμόζει· πλὴν βαρείας καὶ ἐλεεινῆς ἐπιτεθείσης ἥττης, πάντων τε σχεδὸν βαρβαρικῆς χειρὸς καὶ μαχαίρας παρανάλωμα γεγονότων, καὶ μόνου ζωγρηθέντος αἰχμαλώτου τοῦ προειρημένου Νικήτα· ἐπέγνω γὰρ προγνοὺς ὁ καθαρὸς Νικηφόρος τὰ προσαχθησόμενα, ὧν, ὡς λέλεκται, καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν Σικελίαν αὐτήν· τὸ μὲν, ἀπὸ τῆς οἰκείας μάλα συνέσεως· ἑώρα γὰρ ἀναγωγίαν πλείστην τῶν στρατηγῶν· τὸ δὲ, καὶ ἀπό τινος τῶν ἐν τῇ χώρᾳ θεοπτικῶν (πλεονεκτεῖ γὰρ καὶ τῇ τούτων φορᾷ τῆς ἄλλης εὐθηνίας οὐκ ἔλαττον), τοῦ ἐγχωρίως Πρασινακίου καλουμένου,

Fol. 208 verso. αὐτοῦ που κατασκηνώσαντος τὸ τηνικαῦτα πρὸς τῷ πορθμῷ, καὶ ταῖς ἐνθέοις ἀρεταῖς περιφανῶς διαλάμποντος· οὐκ ἔχων ὅ, τι καὶ δράσειεν ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ἐπανιὼν ἐπεδίδου τὴν θείαν ἐργασίαν, πάσῃ τέχνῃ καὶ σπουδῇ χρώμενος πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀποθέωσιν.

Ex ascriptis, cladem Nicetæ illustrantibus, patet præterea, auctorem Vitæ illius Siculum C

Auctor Vitæ S. Nicephori Milesii fortasse Taurominitanus. fuisse, juxtaque ejus civitatem, Taurominitanam fortasse, Romanos tunc male pugnasse. Ipsam expeditionem ad a. 965 refert Lupus Protospata apud Murator. Scriptt. Ital. V. 39. B. (ubi pro *Manuyci* leg. fort. *Manuili*): quocum consentit Luitprandus Leg. ad Niceph. 150. C. scribens triennio ante a. 968, quo ipse fuit Constantinopoli, Manuelem a Saracenis fusum.

ἐπὶ τόπων ἐπικαίρων] Τὰ ἐπίκαιρα τῶν χωρίων Agathias 100. C. Pag. 41. A.

Ὁρμητίας, fervidus, incitatus. ὁρμητίας τε ὢν] Vox ὁρμητίας, *impetuosus*, seu, ut magis latine loquar, *fervidus*, *incitatus*, a nullo adhuc in Lexicon relata est. Patribus tamen non indisertis adamata, in primis S. Joann. Chrysost. Orat. VII. de laudib. S. Pauli VIII. 58. 43. οὕτω τολμητὴς ὢν, καὶ ὁρμητίας, καὶ πῦρ πνέων. Homil. octogesima tertia in S. Matth. I. 860. B. ὁρμητίαν, καὶ ἀκρόχολον, καὶ θυμώδη. Simeon. Metaphrast. Vita S. Chrysost. VIII. 407. 7. καὶ γὰρ ἦν ὁρμητίας φύσει, καὶ χειρῶν ὡς μάλιστα ἀκρατής. Adjectivum inde D derivatum ὁρμηταῖος, quod non magis se nobis obtulit in Lexicis, est apud Macarium De progressu viri Christiani 478. B. ποταμὸν ὁρμηταῖον διέρχεσθαι· vertit Zachar. Palthenius *fluvium rapidum*. Pag. 41. A.

τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντες] Respexit Agathiam 26. A. Pag. 41. B.

μηδὲ τὸ ἡλιακὸν φῶς τῷ συνηρεφεῖ τῆς λόχμης ἐώμενοι καθορᾶν] Similiter fere de Æmi silvis Livius lib. XL. 22. *opacum iter, ut, præ densitate arborum immissorumque aliorum in alios ramorum, perspici cælum vix posset.* Pag. 41. B.

ἦλω δὲ καὶ ὁ Πατρίκιος Νικήτας] Casu omnino singulari habemus in Bibliotheca Pag. 41. C.

Cod. autographus Nicetæ Patricii. Regia Codicem Græcum, manu illius ipsius Nicetæ cum a Saracenis custodia teneretur, dicas ut occupatione assidua sollicitudines allevaret suas, peraratum. Is Cod. bene conservatus, olim Colbertinus 499, nunc Reg. 497, plus trecentorum foliorum membranaceus, continens homilias SS. Basilii, Gregorii Nazianzeni, Joannis Chrysostomi, finem versus habet hæc, prima manu: Ἐγράφη ἡ παροῦσα βίβλος οἰκείᾳ

χειρὶ

A χειρὶ Νικήτα ἀσπαθ. (h. e. πρωτοσπαθαρίου) καὶ γεγονότος (hic priore scriptura de industria erasa interlitum est manu sec. δρουγγαρίου τοῦ πλοΐμου [sic : sequitur locus laceratus] * άντου, ἀδελφοῦ [inde manus prima] Μιχαὴλ πατρικίου, στρατηγοῦ καὶ βέστου, γεγονότος πρωτοβεστιαρίου Νικηφόρου, τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου· ὄντος αὐτοῦ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ Ἀφρικῆς, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἰνδ. ι'· καὶ ἐπεδόθη ἐν τῷ ναῷ τ [inde denuo manus secunda, erasis arte prioribus] οὗ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ Ὀξεάτου [sic], πλησίον Θεομόρφου [sic : sequitur manu prima] ἐν ἔτει ϛυοθ', ἰνδ. ιδ'. Vides, pro nomine ecclesiæ, cui ipse Nicetas Codicem a se scriptum obtulerat, nomen alterius, penes quam posterius asservabatur, fuisse substitutum. Totam subscriptionem dederunt jam Montefalconius Palæograph. 45. A. et Confectores Catalogi mss. Bibliothec. Reg. II. 74. D. ita tamen, ut aliter legerent atque ego in minimis quibusdam, quæ tanti non sunt ut hic referantur. Annus quo peraratus est Codex, excurrit in a.
B Christi 967 : quo ecclesiæ donatus, in a. 971 : monstratque scriptura, hunc Nicetam literatum fuisse suæque linguæ gnarum hominem : cujus si tantum se declarasset ingenium bello obeundo, quanta in codice pergrandi exarando eluxit patientia, næ bene tum Romanis in Sicilia fuisset consultum.

Pag. 41. C. ἠνιάθη μὲν καὶ . . ἤλγησε] Respexit Agathiam 73. B.

Pag. 41. D. ἔσεισεν ὁ Θεὸς μέγα] Hic est terræ motus, quem Cedrenus II. 660. D. accidisse ait indict. XI. [a. 968] IV Non. Septembr. hora noctis *duodecima* : nam pro ϛ' in cuso restitue ιϐ', ex Cedreni et Scylitzæ Codd. mss. Paulo ante, nempe pridie Non. Jun. hujus a. 968, Constantinopolim venerat Luitprandus, Ottonis Magni ad Nicephorum legatus, ut ipse auctor est Legat. ad Niceph. Phoc. 135. B. Quantum ad dictionem h. l., fons imitationis hic quoque est Agathias 51. C. D.

Pag. 42. A. Αἴτιον δὲ τῆς τοσαύτης σείσεως] Hæc quoque ex Agathia 52. B. et, ubi similia de De causis terræ motuum.
C causis terræ motuum, 149. B. ac 151. B. Neque alia fere explicatio terræ motuum in Codice Regio physica ac botanica varia mss. continenti : Ὁ σεισμὸς οὕτως γίνεται· ἡ γῆ ἔχει φλέβας ἀερακάς, ἔνθα οἱ ἄνεμοι συγχωνεύονται. Καὶ ἔσω μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς εἰσὶν πλατεῖαι καὶ εὐρύχωροι αἱ φλέβες αὗται, κατὰ δὲ τὴν ὄψιν τῆς γῆς εἰσὶ στενωποί. Πληθομένων λοιπὸν τῶν φλεβῶν ἐκείνων ἀνέμοις, κινοῦσιν οἱ ἄνεμοι τοῦ ἐξέρχεσθαι ἔξω. Πολὺς δὲ ὢν ὁ ἄνεμος συντινάττει πᾶσαν τὴν πλησιάζουσαν γῆν, οὐ πᾶσαν δὲ τὴν γῆν, ἀλλὰ μόνον τὴν περικειμένην ἐκεῖσε. Καὶ μήτις ἀπιστῇ τοῦτο. Ἰδοὺ γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν γίνεται τὸ παρὸν πάθος. Καὶ γὰρ πολλάκις γεμιζομένων τῶν ἐγκεφαλιακῶν φλεβῶν ἡμῶν ἀνέμοις, κινουμένοις ἐξέρχεσθαι, συντινάττουσι τὴν κεφαλὴν καὶ τοὺς ὤμους, ὅτε ἔπταρεν ὁ δεῖνα. Subjungit anonymus plurima de aquis calidis, περὶ θερμῶν ὑδάτων, multorumque opiniones affert, quare tepeant : velut S. Joannis Damasceni, comparantis aquas illas æneo filo, per arcta foramina rapto, et ignescenti : ὥσπερ ὁ χαλκὸς συρόμενος ἐν στεναῖς ὀπαῖς σιδηρικαῖς ἐκπυροῦται.
D Sed de his collectaneis physicis fortasse alias pluribus.

Pag. 42. B. ἡ τῶν Ἑλλήνων εἰκαιομυθία] Vel, si mavis, *gentilium vanæ fabulæ*. Sic enim vocantur sæpissime a Patribus figmenta mythologiæ et theologiæ gentilis. Andreas Cretensis De cruce 102. B. S. Hyperechius Exhortatione ad monachos 131. D. Verti latine *vaniloquentia*, quod proprie græce reddas εἰκαιολογία, vocabulo in Lexicis omisso, usurpato a Philone De somniis 869. A. Εἰκαιολογία, vaniloquentia.

Pag. 42. B. ἀνθέξοντα δὲ τῶν ἐπαινετῶν.] Eandem ob causam belli mala a numine immitti opinatur S. Ephræm Syrus Sermone ascetico I. 42. A.

Pag. 42. C. ἡ ὑέτισις] Id nomen, item in Lexicis prætermissum, derivatur a verbo ὑετίζω, quod primus, quantum memini, Schneiderus vir summus II. 253. A. enotavit e Niceta Choniate 211. D. Est vox hellenistica, Jeremia XIV. 22. et Job XXXVIII. 26. hic Ὑετίζω, pluo, verbum hellenisticum.
Hebræorum [illegible], illic [illegible] exprimens. Inde usurpaverunt S. Basilius Commentar. in caput V. Esaïæ I. 945. A. S. Epiphanius Ancorat. II. 89. D. Simeon Meta-

phrastes Vita S. Joann. Chrys. VIII. 382. 32. 401. 25. alii. Neutrum τὸ ὑέτιον substantive sumitur apud Joannem Philoponum De mundi creation. 57. A. ἵνα τὸ ὑέτιον σημάνῃ, *ut pluviam significet*. De imbre largo, fere iisdem verbis ac Leo, Pachymeres Histor. I. 182. A. A

Pag. 42. D. τῇ ζαύτης ἀναλάμψει] Ἀνάλαμψις, quo similiter carent Lexica, habent, præter Leonem hoc loco, Philo De vita Mosis 492. C. Plutarchus De oraculorum defectu II. 419. et inde Eusebius Præpar. Evang. 207. D.

Pag. 43. A. ὡς ἐπὶ καμιναίας αἰθάλης] Ex Exodo IX. 8 et 10. unde certatim adhibuerunt comparationem S. Joannes Chrysost. Ad eos qui scandalizati fuerunt VII. 11. 31. S. Joann. Damascen. De hæresib. 158. A. Severianus Gabalorum episcopus In diem alterum creationis mund. VII. 594. 38. aliique multi. Partim pro αἰθάλη substituunt κόνις, ut S. Gregorius Nyssenus De vita Mosis I. 202. C. In Cantic. Canticorum 506. B. alii τέφρα, ut Nicetas Heracleæ metropolita In beatum Job 169. A. B et ipse Chrysostomus Quod ex desidia ortum habeat improbitas VI. 849. 12.

Expeditio Syriaca Nicephori Imper. — Pag. 43. A. ἐπὶ τὴν ἐπὶ Συρίας Ἀντιόχειαν ᾔει] Hæc est illa Syriaca expeditio Nicephori, quam, ut dixi supra 214. D. Cedrenus II. 655. D. et Le Beau XVI. 114. C. perperam anno 966 tribuunt, Leo et Pagi ad Baron. IV. 19. C. biennio post accidisse demonstrant. Octoginta M. hominum ad hanc exped. congregasse Nicephorum Luitprandus, tunc Cpli degens, auctor est, Legat. ad Nic. Phoc. 151. A.

Pag. 43. B. ἣν καὶ Παλαιστίνην καλοῦσιν] Cedrenus II. 656. B. Niceph. cepisse ait oppida amplius centum Ciliciæ, Syriæ, καὶ Φοινίκης Λιβανησίας, *et Phœniciæ Libanensis*. Sic enim legendum, non Φοινίκης, Λιβανισίας, distinctis nominibus, ut est in cuso. Xylander errore joculari, *et Phœniciæ, et Banisiæ*. Phœnicen duplicem fuisse, alteram maritimam, πάραλον, ejusque caput Tyrum, alteram Libanensem, Λιβανησίαν, cum capite regionis Emesa, vel pueris notum. C

Pag. 43. C. Θαδδαίου τοῦ ἀποστόλου] Hæc lucem mutuantur ex Vita S. Thaddæi in Cod. Regio bonæ notæ 548, nondum, quod sciam, edita, præter fragmenta a Lambecio allata Commentar. de Bibl. Cæs. VIII. 429. A. In ea tamen tegulæ impressæ mentio nulla fit, quam in aliqua vita inedita vel deperdita Thaddæi memoratam fuisse credendum est. De obitu ejus vid. Menologium Græcor. Cardinal. Albani III. 137. D. de ipso Sancto, num unus, pluresve fuerint Thaddæi, Cæsar Baronius ad Martyrolog. Roman. Gregor. XIII. 457. B.

Pag. 43. D. τὸν τοιοῦτον σεπτὸν κέραμον ἐκεῖθεν ἀνείληφε] Glycas 306. C. ex Hierapoli, hoc est Mempetze, de quo Leo, statim post, tegulam ablatam scribit, et una cincinnum capillorum S. Joannis Baptistæ, ἐμπεπλημένον [f. ἐμπεπηλημένον] αἵματι, sanguine concretum. Vide Labbei emendat. 376. D. Joël quoque, qui Glycam exscripsit, Chronograph. 181. B. legit πεπλημένον. D

Pag. 43. D. ἐν τῷ τῆς Θεομήτορος ναῷ] In Tractatu ms. Bibl. Reg. cui titulus : Περὶ Νικηφόρου τοῦ ἄνακτος, καὶ ὅπως παρ' αὐτοῦ ἀνεκομίσθη τὸ ἐκ τῆς πλευρᾶς τῆς εἰκόνος ῥεῦσαν αἷμα θεῖον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, Nicephorum suspicor cum Joanne Tzimisce confundi. Conf. supra 103. A. item Ducang. Cpli Christ. 131. A. et Nott. ad Zonar. 103. A.

Defectus solis a. 968. — Pag. 44. B. ἔκλειψιν συνέβη .. τοῦ ἡλίου γενέσθαι] De hoc solis deliquio, unde præcipue patet, expeditionem Syriacam Nicephori ad ann. 968 pertinere, nec Leonem temporum ordinem intervertisse, vide Calvis. Op. chronol. 699. D. Baron. Annal. Eccl. XVI. 375. A. Pagium Critic. IV. 19. D. Accidit, ut recte ait Leo, d. 22 Decembris a. 968, cum Nicephorus in Syria ageret, Luitprandus in Italiam rediens Corcyræ *in mensa positus panem comederet*. Legat. ad Niceph. 159. D.

A

IN LIBRUM V.

Pag. 47. A. Ἐν ᾧ δὲ ζῶντα κ. τ. λ.] Sub idem tempus videtur accidisse Nicephori peregrinatio, qui apud Cedrenum II. 660. B. urbe movisse dicitur ὡς ἐν τῇ Θρᾴκῃ πόλεις ἐπισκεπτόμενος. Ubi l. ἐπισκεψόμενος, jubente grammatica et Codd.

Pag. 47. A. Καλοκύρης ὁ Πατρίκιος] Καλοκυρὸς Scylitza historia ms. et Cedrenus II. 666. B (ubi in verbis, αὐτὸς τῆς τε Βουλγαρίας ἐκράτησε, virgula, quæ ante αὐτὸς legitur, post locanda, jubentibus Codd. omnibus).

Pag. 47. B. συνεκφορήσαντα.] Verbum συνεκφορέω adde Lexicis. Heliodorus quoque 192. C. habet συνεκφορήσαντες. Vulgata forma est συνεκφέρω, qua pleni sunt auctores.

Pag. 47. D. συνασπίσαντες ὑπηντίαζον.] Sphendosthlabum primo in Bulgariam venisse a. 967
B ibique Bulgaros fodisse docet Nestor V. 128. B. Revocatus est in patriam a. 968. Patzinacis Kiovium obsidentibus: quibus repulsis, a. 971 (alii volont 970) in Bulgariam reversus est, Bulgarosque altero prælio, de quo silent scriptores Byzantini, vicit. *Nestors Russische Annalen* V. 145. A. Engel *Geschichte des Ungrischen Reichs* I. 364. B.

Pag. 48. B. Τάς τε μηχανὰς ὡς ἐφετηρίους] Lege ἀφετηρίους, ut est 15. A. 32. B. nam infra quoque C. lin. 3 librarius male scripserat ἐπηγνώκει pro ἀπηγ. et ἐφετήριος vox est adhuc omnino inaudita. Contra ἐφετὸς, *expetendus, desiderandus*, quod eximere libris docti voluerunt, habet auctoritatem permagnam unam Aristot. Naturali auscult. I. 461. C. Ὄντος γάρ τινος θείου, καὶ ἀγαθοῦ, καὶ ἐφετοῦ. Unde usurpavit, ut hoc utar, qui subinde ex Aristotele dicendi colores assumit, S. Justinus Martyr Eversion. dogmat. Aristotel. I. 121. A. 122. A. B. et deinceps, singulis fere paginis, junxitque, ut synonymum, voci ὀρεκτόν· scholiastaque adeo ad Scalam parad. Joannis Climaci *summum*, quod *expetendum* est a piis, τὸ ἄκρον ἐφετὸν vocat 450. D. Matthæus Raderus male, *summam præceptorum divinorum fastigium*. Neque melius Joannes Langus alibi apud S. Justinum Martyrem Dialog. cum Tryphon. Judæo I. 261. D. ubi Christianos circumcisionem spiritualem per baptismum accepisse demonstratur, *desiderandumque esse ab omnibus, ut pariter ipsi accipiant*: καὶ πᾶσιν ἐφετὸν, ὁμοίως λαμβάνειν. Versio perperam: *omnibusque adeo illam ex æquo accipere integrum est*. Melius Gretserus in Epistola Thomæ Patriarchæ ad hæreticos in Armenia 428. C. τὸ ὄντως ἐφετὸν ἐπαυγάζεται κάλλος, *pulchritudinem vere concupiscendam haurit*. Apud S. Basilium In divites avaros I. 414. A. οὐδὲ οὗτος ἐφετὸς ὁ λόγος, quod vertit Joannes Argyropylus, *Nec ista rationem habent*, corruptus locus, ut arbitror: tametsi nondum extrico, quomodo sit emendandus. Ἐφετὸς usurpatum apud Aristotelem ejusque imitatores.

C

Adverbium ἐφετῶς, *cupide*, usurpatur ab Joanne Moscho Prato spirituali 1092. A.
D ἐφετῶς μὴ παράσχῃς τὴν κατὰ καιρὸν συνήθειαν τοῖς πτωχοῖς· quo in loco exponendo item plane aberravit interpres. Ita, cum ἐφετὸς et ἐφετῶς a variis frequententur, apud Polybium I. 238. 12. ἐφετῶς καὶ ταχέως ἀναγκάσαι, *cupide et cito cogere*, mendosam vocem esse vix affirmarem, nisi hoc suaderet viri summi, ἐφετῶς delentis, digna verecondia auctoritas. Ἐφετῶς, cupide.

Pag. 48. C. τῆς τούτου κυρίας ἀφηνιάσαντα] Κυρία interdum *potestatem, dominationem* significare, vel e locis constat in Lex. Polybiano VIII. п. 359. collectis. Est vox a LXX. interprr. auctoribusque hellenisticis præcipue frequentata, quam plerique scribunt κυρεία. Aristeas tamen, De legis divinæ translatione, 9. C. τοῦ φανέντος ἐνόχου τὴν κυρίαν ἕξειν· Item S. Joannes Chrysostomus Caten. in Jerem. I. 298. A. Grammaticorum sermone tritam vocem κύριον ὄνομα non intellexit Joannes Hentenius ad Aretham Explicationn. in Apocalyps.: nam II. 678. A. ἡ ἰδιότης τῆς ὑποστάσεως ἑκάστου ἀφορίζεται διὰ τοῦ κυρίου ὀνόματος, *persona uniuscujusque distinguitur nomine proprio*, sic reddidit: *separetur per nomen Domini*. Simili modo Concilio Lateran. III. 840. A. κυρίως καὶ κατὰ Κυρία, potestas, dominatio. Κύριον ὄνομα, nomen proprium.

ἀληθείας Θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογεῖ, non, *specialiter et secundum veritatem*, ut est in cuso, A
sed, *proprie et secundum veritatem Dei genitricem eam confitetur*, vertendum est. Τὸ κύριον enim, si de oratione loquimur, *verborum proprietatem* significare (non *rerum*, ut habet Reiskiana versio Dionys. Halicarnass. Judic. de Dinarch. V. 632. 12), nemo est qui nesciat.

Τὸ κύριον i. q. scriptum archetypum.

Illud minus notum, τὸ κύριον esse interdum *exemplar princeps*, τὸ πρωτότυπον, cui opponuntur τὸ ἀντίτυπον, ἴσον, ἢ ἰσοδυναμοῦσα γραφή. Quæ voces item passim negotium facesserunt interpretibus, ut demonstrabo alibi. Vocabulum substantivum κύριος restituendum est Gelasio Cyziceno Historia Concilii Nicæn. I. 397. C. Ὡς δύο φύσεις προσθέντες κυρίως· ubi legendum Κυρίῳ, nec vertendum, *duas naturas opponunt proprie ejus*, sed, *duas naturas apposuerunt Domino*. Contra eximendum ex inscriptione quam Honoratus Bouche *Hist. de Provence* I. 88. A. sic edidit ac vertit: ΛΕΥΔΙΜΟΣ ΔΙΟΝΙΣΙΟΥ
[sic] ΚΥΡΙΟΣ ΕΥΤΑΞΙΑΙ ΚΑΙ ΓΕΡΩΤΕΡΟΣ ΝΙΚΗΣΑΣ ΕΦΗΒΟΥΣ ΚΑΙ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣ ΔΙΣ· B
Leudimus, Bacchici princeps certaminis, aut ludi, senior qui vicit adolescentes, et in exercitiis nudis palmam tulit, bis. Quæ quam longe a veritate absint, non opus est demonstrem.

Inscriptio Græca emendata.

Emendandum videtur ΣΥΡΙΟΣ, et ΓΕΡΑΙΟΤΕΡΟΣ, ut de minutis in scriptura mendis taceam, vertendumque sic: *Leudimus, Dionysii F., Syrius* [h. e. ex Syro insula], *qui victus moderatione etiam senior superavit adolescentes, et bis gymnasio præfuit.* Εὐταξία præcipue laudabatur in athletis ἀναγκοφαγοῦσι· de γυμνασιάρχων sive γυμνασιαρχευόντων dignitate multa exempla apud Gruter. CLXIX. 4. CLXXIII. 8. CCCXVII. 3. CCCXXVII. Reines. V. 34. VII. 36. I. 204. ubi Seleucus aliquis δὶς γυμνασίαρχος dicitur.

Quod ad voc. κυριακὸς attinet, ad copiosas Suiceri Thes. Eccles. observ. II. 184-192. adde, κυριακὸς apud PP. sæpe id notare, quod ad Deum Filium speciatim pertineat, non ad Deum Patrem, adeoque hoc sensu voci θεῖος quasi opponi. Velut Synodo Hierosol. Concil. XI. 263. B. de monachis, numen oratione canticisque celebrantibus, κυριακὸν C
ἔργον αὐτοὺς πληροῦν ὁμολογοῦμεν, vertitur perperam, *divinum opus eos implere confitemur:* oportet, *Dominicum opus:* nam fit allusio ad illud Lucæ VI. 12. de Christo Domino:

Κυριότης apud Patres, quid.

Pag. 84. A. Νικηφόρου τε . . πεσόντος πρὸς τῶν Μυσῶν] Qua in clade a. 811 d. 25 Julii captus est una cum quinquaginta ducibus S. Petrus Patricius, et ad mortem a Bulgaris damnatus: vide ejus Vitam in Actis SS. Julii I. 290. D. De eodem calamitoso prælio in historia inedita horum temporum leguntur illa: Fragmentum ineditum de Nicephoro Patricio Imp.

D Οὗτος ἐν τῷ ἐνιάτῳ χρόνῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κατὰ Βουλγάρων ἐξελθὼν μετὰ πάντων τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων καὶ τῆς περὶ αὐτοῦ ὅλης ἐπικουρίας ἅμα τῷ υἱῷ Σταυρακίῳ καὶ Μιχαὴλ τῷ ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρῷ, καὶ συμβαλὼν τούτοις, κατὰ κράτος τρεψάμενος, νίκην καθ' αὐτῶν περιφανεστάτην ἤρατο. Ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ νίκῃ τὴν φρένα κούφην ἔχων καὶ ἐπαρθεὶς, ἐκάθητο τρυφῶν. Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα οὐ σιγῆς μόνον, ἀλλὰ θρήνων ἄξια δέδρωντο. Μιᾷ γὰρ τῶν νυκτῶν οἱ Βούλγαροι τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπιστάντες στρατεύμασιν, αὐτόν τε τὸν βασιλέα (φεῦ) ἅμα τῇ συγκλήτῳ ἀφυλάκτοις οὖσι καταλαβόντες, πολὺν φόνον ἐν αὐτοῖς

Hic [Nicephorus Imper.] anno nono Imperii ejus profectus adversus Bulgaros cum omnibus copiis Romanis universaque mercenaria militia, quam circa se habebat, comitante Stauracio filio et Michaële filiæ viro, congressus cum Bulgaris, his funditus fusis, victoriam præclaram consecutus est. Qua re bene gesta levi animo elatus, desedit in mollitie. Ita posthac quæ non silentio tantum, sed etiam lacrymis digna essent, acciderunt. Nam nocte quadam Bulgari exercitum Romanum invadentes, Imperatorem ipsum (heu) una cum Senatu, quod incustoditi essent, nacti, cædem

eorum plurimam fecerunt, nemini, quantum in ipsis fuit, parcentes, neque ipsi Imperatori. Inde quotquot mortifera vulnera acceperant, evestigio excesserunt vita: qui non ita letalia, in loca nemorosa se conjecerunt. Qui vivi capti fuerunt, mille modis suppliciorum et cruciatuum conflictati sunt, quod Dominum nostrum Jesum Christum ejurare, ad Scytharumque persuasionem se conferre nollent. Ita cum hi urgerent, vimque inferrent ut eadem atque ipsi facerent, abnegato Christo, illi fortiter resisterent, affirmarentque se mori malle quam prodere pietatem, vario generi acerbæ mortis subjecti sunt. Aliis gladio capita sunt abscisa: alii suspendio ex hac vita exturbati: nonnulli sagittis crebris confixi obierunt: in alios carcere et fame animadversum est.

εἰργάσαντο, μὴ φεισάμενοι, ὅσον τὸ εἰς αὐτοὺς ἧκεν, μηδενός, μηδ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως. Ἐντεῦθεν, ὅσοι μὲν καιρίας ἐδέξαντο τὰς πληγάς, αὐτίκα τοῦ βίου μετέστησαν· ὅσοι δὲ μὴ θανασίμους πάνυ, κατὰ τῶν δασυτέρων χωρίων ἐχώρουν. Ὅσοι δὲ ζῶντες ἐλήφθησαν, μυρίαις ἰδέαις βασάνων καὶ αἰκιῶν ἐπάλαισαν, μὴ ἀνασχόμενοι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξομόσασθαι καὶ τῇ τῶν Σκυθῶν προσελθεῖν θρησκείᾳ. Ὡς δὲ οἱ μὲν ἐπέκειντο, τὸ ἑαυτῶν ποιῆσαι καὶ τὸν Χριστὸν ἀρνήσασθαι αὐτοὺς ἀναγκάζοντες, οἱ δὲ σφοδρῶς ἀντείχοντο καὶ θανεῖν μᾶλλον ἢ προδοῦναι τὴν εὐσέβειαν ἰσχυρίζοντο, πολυτρόπως χαλεποῖς θανάτοις ὑπεβλήθησαν. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ξίφει τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν· οἱ δὲ ἀγχόνῃ τῆς παρούσης ζωῆς ἐξερράγησαν· ἄλλοι δὲ βέλεσι κατατρωθέντες πυκνοῖς τῶν τῇδε μετέστησαν, ἑτέρων φυλακαῖς καὶ λιμῷ καταδικασθέντων.

Μεγαλαύχως, *arroganter.* μεγαλαύχως ταύτας τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖν] Ad oram proposui μεγαλαύχως· quod e Lexicis exulans legitur apud S. Hippolytum Demonstrat. de Antichristo 143. B. τί μεγαλαύχως βλασφημεῖς; E duobus substantivis non magis in Lexica relatis alterum μεγαλαύχησις, quod est i. q. μεγαλαυχία, *jactantia*, habet Methodius De Cruce 500. B. alterum μεγαλαύχημα, *decus*, de quo quis glorietur, Philo De execrat. 724. D. Pag. 64. D.

καὶ ἄκοντες παρ' ἡμῶν ταύτης ἀπελαθήσεσθε] Imitatio orationis Nachoragani Persæ apud Agathiam 95. A. Pag. 64. D.

τοῦ σὺ πταῖσμα πατρὸς Ἴγγορος] De hac Ingoris clade conf. Luitprandus De rebus imperat. et reg. 95. B. Pag. 65. A.

δεῦρο μὴ κάμῃ, μέχρι τοῦδε τῆς γῆς ἀφικόμενος] Zonaras II. 209. D. Pag. 65. B.

Ἰωάννην τὸν Ἀλακᾶ] Cedrenus II. 667. C. Ἀλακασέα. Scylitzes Ms. Ἀλακασσέα. Is quædam de hoc prælio (quod accidisse videtur in autumno a. 970) ex Leone hausit, alia ex fonte ignoto. Mendi editionis Cedren. II. 667. lin. 8. ἐνδόν τε [sic] τοῖς ἵπποις τοὺς χαλινούς, facilis medicina: ἐνδόντας τοῖς ἵ. τ. χ. Pag. 66. C.

ἀθρῆσαί τε τοὺς Σκύθας] Sic mutavi scripturam Codicis ἀθροῖσαι. Supra 11. B. περιαθρήσας. Pag. 66. C.

καὶ τὸ τοῦ πλήθους εἰκάσαι ποσὸν] Expressit Agathiam 58. C. Pag. 66. D.

μὴ πόῤῥω γάρ, ἀλλ' ἐγγύθεν, τοὺς Σκύθας αὐλίζεσθαι.] Nempe ad Arcadiopolim, auctoribus Scylitza Historia ms., et Cedreno II. 666. D. ἀγχοῦ που τῶν τειχῶν Ἀρκαδιουπόλεως, quæ erat oppidum vicinum Druziparæ, medio itinere inter Adrianopolim et Heracleam: vid. Le Quien Orient. Christian. I. 1136. B. Xylander, *prope muros Adrianopolis*: quod si est vera lectio, certe græca fuissent æque mutanda. Pag. 66. D.

οὐ πλέονες τῶν μυρίων ἐτύγχανον.] Εἰς δώδεκα χιλιάδας, juxta Scylitzam et Cedrenum II. 667. A. copiosius hæc narrantes. In Cedreno 667. A. lin. 12. ex fide Codicum pro Βουλγάροις lege βαρβάροις· et deinceps B. lin. 2 et 3 interpunge sic, τείχους ἔνδον τὰς Ῥωμαϊκὰς φάλαγγας, ἐπεξελθεῖν μὴ τολμῶν. Pag. 67. A.

τῇ ταύτης στρατιᾷ παρεμβαλεῖν προσομιλήσαντες.] Hæc item fere ad verbum Cedrenus II. 668. C. nisi quod habet προσομιλήσαντες. Sed Scylitza ms. προσομ. ut Leo. Ambo Bardam Sclerum aggressorem ipsius uno ictu bifariam divisisse narrant, Constantinum non hujus, sed alius Scythæ equo collum amputasse, deinde ipsi Scythæ caput, τῇ χειρὶ τῆς γενειάδος δραξάμενος. Sic enim legendum, non δεξάμενος, ut habent edd. D. lin. 8. Pag. 67. B.

πεντήκοντα καὶ πέντε Ῥωμαίων ἄνδρας] Viginti quinque apud Cedren. II. 669. A. Pag. 68. A.

IN

A

IN LIBRUM VII.

Pag. 69. A. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα] Bardæ Ducis seditionem Le Beau *Hist. du Bas-Emp.* XVI. 174. A. sq. consignat a. 970. Sed cum Sclerus eodem anno ad Adrianopolim Russos vicerit (supra 232. C), feriaque quinta maxima (die XIII Aprilis) anni illius, quo Tzimisces Sphendosthlabum fudit, Imp. præsto fuerit (64. D), ideo tumultus Bardæ diuturnaque Tyropœi obsidio (77. A.) referenda videntur ad a. 971, quo anno Joannes Curcuas in Macedonia male rem gessit (77. D), expeditio Tzimiscæ contra Russos ad a. 972. Bardas Dux quo anno imperium affectarit.

Pag. 69. A. ἀσυμφανῶς] Sic Codex : quem consecutus verti *occulte* (quod λαθρηδὸν Leo lin. 12. λάθρᾳ 74. D). Cedrenus habet ἀφανῶς, in narratione ejusdem rei II. 669. B. Neque
B alio sensu adjectivum et explicatur a Proclo Diadocho Paraphras. in Tetrabibl. Ptolemæi 237. C. ἀσυμφανῆ, καὶ μὴ περιδεικνύμενα· et sumitur a S. Cyrillo Hierosolymitano Cateches. 358. C. διπλαῖ αἱ κάθοδοι, μία ἡ ἀσυμφανής, ἡ ὡς ἐπὶ πόκον· καὶ δευτέρα ἡ ἐπιφανής. Confer præterea Reisk. ad Constant. Porphyr. Cærim. II. 124. D. Adverbium ἀσυμφανῶς Cedrenus II. 673. D. ἐκ τοῦ ἀσυμφανοῦς Constantin. Porphyrogen. Cærimon. I. 232. D. Ἀσυμφανής, *occultus.*

Pag. 69. B. Καὶ γὰρ ταῖς καινοτομίαις ἐκτόπως οἱ ἄνθρωποι χαίρειν εἰώθασι] Aliis verbis Agathias 84. C. insitum multitudini esse, ἥδεσθαι τῷ νεωτερισμῷ καὶ ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων.

Pag. 69. C. Ἀμπελᾶς καπνομαδεὶς] Idem Ampelas, strenuus illorum temporum dux, numeratur inter patronos munificos S. Nicephori episcopi Mileti, in hujus Vita ms.

Pag. 71. B. Εἰ δὲ σκιαμαχοῦντες τῇ τυραννίδι τὴν ῥοπὴν ἀπονείμαντα.] Videtur esse sensus quem
C in versione expressi. Ex omnibus enim significationibus vocis ῥοπή, quæ multæ sunt, nulla frequentior est apud auctores Leoni ætate conjunctos quam illa, *auxilium, adjumentum.* Vide Leonem 3. B. 6. D. 10. D. Denotatque in phrasibus his, ἡ ἄνωθεν ῥοπή, ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥοπή, ἡ θεία ῥοπή, αὐτοὶ ἐγύμνωσεν ὁ Θεὸς τῆς ἑαυτοῦ ῥοπῆς, id quod in Ecclesia Occidentali dicere solemus *divinam gratiam.* Quam significationem adde Suicero, Thesaur. Ecclesiast. II. 910. fuse de hac voce disputanti. Tamque sæpe occurrit, ut mirandum sit, Erasmum Roterodamum S. Joann. Chrysost. Homil. IV. in Acta Ap. III. 48. B. ὥστε τῆς ἐκεῖθεν ἡμᾶς ῥοπῆς ἀπολαύειν· sic vertisse, *ut illius in nos propensionem promereamur :* emenda, *illius opem, gratiam.* Neque melius Andream Schottum in Isidoro Pelusiota Epist. CCCXV. 90. B. ἵνα τῇ φύσει τῆς αἰτήσεως τὴν ῥοπὴν ἐπισπάσηται, *ut petitionis natura impetum dirimat.* Minus male Ægidius Morellus 654. D. *ut petitionis natura auxilium attrahat.* Eodem significatu S. Athanasius Supplem. Ῥοπὴ apud Patres, *divina gratia.*
D Comment. in Psalmos Collect. Nov. Patr. Græcor. II. 76. A. τῆς θείας ἀπολαύσας τροπῆς (Montefalconius, *divina conversione dignatus*). Nam ibi omnino legendum ῥοπῆς, vertendumque, *divinum auxilium consecutus.*

Aliam significationem vocis ῥοπή, *punctum temporis*, jam explicavit Suicerus Thesaur. Eccles. II. 911. Inde interpretandus Cosmas Indicopleustes Topograph. Christ. 263. A. καὶ αὐτῷ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀκαριαίας ῥοπῆς [subintellige, ἥνωται]. Interpres male : *ipsi ex simplici voluntatis inclinatione unitus est.* Etenim sensum esse, *et ipsi* [homini] *in puncto temporis indivisibili adunatus est* [Deus Verbum], liquet vel ex sequentibus, ὡς μὴ προεπινοεῖσθαι τὴν λῆψιν τῆς ἑνώσεως, *adeo ut assumtio* [nostræ humanitatis] *adunationi anteire non intelligatur.* Ῥοπὴν pro *impetu, contentione*, usurpat Leo 2. B. 20. D. 24. B. 40. D. pro *bellorum inclinationibus* 81. B. pro *nutu, voluntate*, 60. C.

Pag. 71. D. συνεῖδε] Verti, *statuit :* habet enim συνορῶ apud auctores mediæ Græcitatis, tum præcipue in Actis Conciliorum, peculiarem significationem, *statuo, censeo, decerno :* quam video cum in Thesauro Suiceri tum a Ducangio in Glossario omissam. Neque Συνορῶ, *statuo, decerno*, apud auctores mediæ Græcitatis.

satisfacit Reiskius ad Constant. Porphyr. Cærim. Byzant. II. 126. C. Referam itaque A paulo plura exempla hujus usus, qui dici vix potest quam multis interpretibus negotium facesserit:

1. Præsente. Præsens legitur Concil. Chalced. II. 542. A. Συνορῶ τὸν Ἴβαν φιλανθρωπίας τυχεῖν. Versio vulgaris: *Pervideo, Ibam impetrare clementiam.* Scribe: *Censeo, ut Ib. clementiam impetret.* Constantinus Porphyrog. Cærim. I. 234. B. ὅτε συνορᾷς (Reisk.: *quando permiserit et commodum ipsi fuerit*: scr. *quando censes*), ἀσπάζομαί [f. ἀσπάσομαί] σε. Concil. Chalcedon. II. 562. A. εἰ συνορᾷ ἡ ἁγία σύνοδος. Vulgaris interpres: *Si perspicit sancta synodus.* Sensus est: *Si s. synodus ita censet.* Eodem Concil. Chalced. II. 639. E. συνορῶμεν πρὸ πάντων μὲν τὰ πρωτεῖα τῷ τῆς πρεσβύτιδος Ῥώμης ἀρχιεπισκόπῳ φυλάττεσθαι· *nobis videtur ut.* Vetus interpres, *perpendimus.* Concilio Cplitano sub Mena II. 1259. C. συνορῶμεν — αὐτὸν ἀποβληθῆναι τοῦ σώματος τῶν — ἐκκλησιῶν· *decernimus, ut:* versio Biniana, *conspicimus.* Concilio Œcum. sexto III. 1197. A. τοὺς δὲ ἤδη μεταμεληθέντας .. συνορῶμεν εἰς τοὺς ἰδίους μὲν καθεσθῆναι τόπους. Versio vulgata, *prævidimus.* Occurrit item in Concilio Trullano sive Quinisexto III. 1661. A. συνορῶμεν ὥστε. B

2. Aoristo activi: Aoristum bene Valesius vertit apud Evagr. Hist. Eccl. 403. D. συνεῖδον γὰρ καὶ τὰ καὶ ἐμὲ παρυφᾶναι τῇ ἱστορίᾳ· *visum enim est.* Minus recte Montefalconius Biblioth. Coisl. in Monito Victoris Antiocheni 64. B. *exploravi, ut ea quæ in illud dicta fuerant*

a. συνεῖδον. *colligerem*: συνεῖδον τὰ — εἰς αὐτὸ εἰρημένα — συναγαγεῖν. Scribe, *mihi visum est, ea quæ in illud dicta sunt colligere.* Tertia persona aoristi Concil. sexto Œc. III. 1045. A, ὅτι

b. συνεῖδε. μᾶλλον συνεῖδε. Versio impressa, *quia magis prævidit.* Emenda, *magis placitum esse sibi* [sc. *dixit*]. Et Act. sec. 1064. D. συνεῖδεν [ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια], *visum est vestræ pietati:* versio vulgaris, *providit*: ut in Action. xv. 1373. D. συνεῖδε, *prævidit.* Pluralis usurpatus in Codice Justinian. lib. I. tit. iv. De foro clerici et episcopi accusati II. 29.

c. συνείδομεν. 19. καὶ τοῦτο νομοθεσίᾳ παραδοῦναι συνείδομεν. Ant. Augustinus, *eaque ex lege præstari volumus.* Malim, *censuimus.* Concil. Œcum. sext. III. 1334. A. καὶ συναναθεματισθῆναι συνείδομεν καὶ Ὀνώριον. Interpres vulgatus, *prævidimus*: verte ut proxime supra. Item Justinian. Imp. Edicto adversus tria capita 304. C. συνείδομεν καὶ κεφάλαια ὑποτάξαι. Versio a Ducangio emendata, *perspeximus et capitula supponere.* Redde, *nobis etiam visum est.* Constantinus Imp. eodem sensu Sacra ad Domnum Pont. M. 1045. A. καὶ οὐ συνείδομεν. Interpres: *et non prævidimus.* Concil. Œc. sext. III. 1165. C. συνείδομεν τοῦτον ἐκ τοῦ θρόνου αὐτοῦ ἐκβληθῆναι. Ubi versio et hic habet *prævidimus*, et Inferius sexies 1348. E. 1350. D. 1352. A. E. 1353. C. E. In Concil. autem Œc. septimo IV. 140. συνείδομεν versum est *consideravimus*; et 142. D. vel pejus, *conspeximus.* In Epistola denique Germani Patriarchæ ad Thomam Claudiopolitan. Ibid. 245. E. λεπτομερῶς τὰ περὶ τούτου συνείδομεν διεξελθεῖν· *subtiliter illa, quæ de hoc sunt, consideramus aggredi,* emenda: *Quæ ad hoc negotium spectant, ea minutatim persequi nobis placuit.* Tertia pers. D

d. συνεῖδον. pluralis in Vita ms. Dorothei abbatis: συνεῖδον οἱ ἅγιοι γέροντες, ποιῆσαι αὐτὸν ἐκεῖσε

e. συνίδῃ. νοσοκομεῖον. Συνίδῃ subjunctivo Constant. Porphyrogenn. Cærimon. II. 405. C. neque illud a Reiskio ad verbum expressum.

Superest, ut exemplum subjungam participii aoristi cum activi tum passivi. Activi in Gelasii Cyzic. Histor. Conc. Nic. 265. A. ἐνταῦθα καταπαύσω τὸν λόγον, τὰ λοιπὰ — ἐν τρίτῳ καταλέξαι συνιδὼν συντάγματι, *cum reliqua — in tertio commentario conscribere*

3. Aoristo passivi. *statuerim.* Versio Harduini, *relaturum me reputans.* Aoristi pass. exemplum Conc. Œc. sexto, tum singulari, III. 1163. C. τὸ συνορασθὲν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου· tum pluraliter, ibid. 1328. D. κατὰ τὰ συνορασθέντα παρὰ τῆς ἁγίας — συνόδου. Versio vulgata, *secundum ea quæ considerata sunt.* Emenda, *quæ placita sunt.* Neque tamen ignoravit Leo, a bonis auctoribus hoc sensu verbum γιγνώσκω usurpari: nam habet ἔγνω 5. C. 9. B. 11. A. 23. D. 37. A. 38. D. 44. A. 63. B. 74. D. 77. B.

τοὺς πελάτας ἀμύνεσθαι.] Πελάτης apud Leonem videtur esse *aggressor*: ut infra Pag. 71. D.

A 86. B. τοὺς πελάτας ἐκείνους συνειληφότων· ubi Ducangius, qui exscripsit locum Glossar. 1142. F. legi vult ἐπελάτας. Et certe paulo ante 86. A. dicuntur, ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐπελάσαντες. Fortasse quoque Leo πελάτης et στρατιώτης synonyma credidit, ex male intellecta glossa vel Suidæ III. 72 A. vel alia ejusmodi.

Pag. 72. A. μὴ μιαίνειν τὴν γῆν κ. τ. λ.] Detorta phrasis ex Agathia 13. B.

Pag. 73. B. τοῖς τε φῦσι καὶ τοῖς ὁμαίμοσι] Manifesto errore Leo tum hic tum 99. B. confundit φύσαντα et φύντα, quorum hoc *filium* significare, non *patrem*, vel pueris notum est. Euripides Heraclidis 326: φὺς perperam Leo pro *patre*.

ἐξ ἐσθλῶν δὲ φὺς,
Οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γεγὼς πατρός.

Addam ex scriptoribus prosaicis auctoritatem Heliodori Theag. 177. B. πρὸς τοὺς φύντας· et Plutarchi Comparat. Agidis, Cleom. et Gracch. 796. A. De audiend. poët.
B 36. E. (quod est nobile fragmentum Cresphontis Euripidei ed. Barnes. II. 436) De consolat. ad Apoll. 111. B. Ideo autem magis miror, in hoc verbo errasse Leonem, quod et ipse 69. C. recte adhibuerit, ἐξ ἀσήμων μὲν φύς· et Agathias, quem imitari conatur, φύντα pro *natum* usurpet 65. D. φύσαντα pro *parente* 147. C.

Pag. 73. C. τοῖς κειμένοις] Nimirum *vita functis*, τοῖς κατοιχομένοις· ex Agathia 88. B.

Pag. 74. A. Ἀνδράλεστος ἦν ὁ Πατρίκιος] Ἀδράλεστος apud Scylitzam ms. et Cedren. II. 670. A.

Pag. 74. A. ἀπροφασίστως] Verti *subito* : accuratius fuisset, *nulla causa apparente*. Habent ἀπροφάσιστος et adverb. ἀπροφασίστως passim varias maximeque diversas significationes : quæ cum vix a quoquam adhuc (opinor) explicatæ sint, disponam hic aliquot singularum exempla, quemadmodum aliam ex alia natam arbitror:

1.) Ἀπροφάσιστος *quod fit sine causa*, cujus πρόφασις, hoc est causa, vel non apparet, vel nulla est. S. Gregor. Nyss. In Ecclesiast. I. 402. A. ὁ ἀπροφάσιστος γέλως, ὁ ἄνευ Ἀπροφάσιστος 1). *quod fit sine causa.*
C αἰτίας θρῆνος. Heliodorus Theagen. et Char. 144. B. βύθιόν τι καὶ ἀπροφάσιστον ἐπιστένων, *sine ulla causa ingemiscens.* 172. A. ἀπροφάσιστον ἀγρυπνίαν, *insomnia sine causa apparente.* Ipse Leo noster 76. B. τὴν ἀπροφάσιστον καὶ ἀλλόκοτον Ῥωμαίων φυγὴν, *insolentem et sine causa factam fugam* : verti ibi minus accurate. Item apud Heliodor. 269. B. ἀπροφάσιστοι αἰτίαι sunt *accusationes* sine causa, id est *injustæ*, ut 304. C. ἀπροφάσιστος πόλεμος, et apud S. Basil. Epist. LXXX. II. 900. B. ἀπροφάσιστον μῖσος *odium* non tam *inexcusabile*, quemadmodum Montecutius interpretatus est, quam *injustum* sive *nulla de causa susceptum*. Sic enim melius exponit Leuvenklaius illa S. Greg. Nyss. Epist. ad Flavian. II. 1077. A. τὸ ἄδικόν τε καὶ ἀπροφάσιστον καθ' ἡμῶν μῖσος. Adverbium simili sensu Heliodorus 316. C. de cubicularia, ἀπροφασίστως, *sine causa*, introvocata.

2.) Ἀπροφάσιστος, quod fit *sine causatione*, hoc est, sine tergiversatione, *promte*, *alacriter*. S. Basil. De baptism. I. 646. A. ἀπροφασίστῳ, ταχυτάτῃ τε καὶ μετεωρίστῳ 2.) *promtus*, *alacer.*
D ὑπακοῇ. Unde Simeon Metaphrastes Vita S. Chrysost. 397. 37. ὑπακοὴν ἀπροφάσιστον, et Palladius Vitæ ejusdem 36. C. ἀπροφάσιστον ἀκοὴν, *promtam auditionem* : non, *aures omisso omni prætextu accommodatas*, ut vertit Bigotius. Possis etiam (opinor) huc referre locum Philonis De legat. ad Caium 796. B. ubi Petronius dicitur ἄμεινον τὸ ἀπροφάσιστον εἶναι εἰς μακρὰν ἐνδεξάμενος τῇ κεφαλῇ, *fore, ut sine excusatione caput illi ferro demetatur.* Item Plutarchus De adul. et amici discr. 62. C. πρόθυμος ἐν πᾶσι καὶ ἀπροφάσιστος, *alacer—absque ulla recusatione* : et 64. E. ἐν τοῖς ἀπὸ μάλης πράξεσιν ἀπροφάσιστος, *impiger ad clandestina et fœda.* Eadem significatione habet adverbium S. Basilius In mart. Julittam I. 370. B. ἀπροφασίστως τῆς εὐσεβείας ἀντέχεσθαι, *citra prætextum omnem*, id est, *alacriter*. Et Isidorus Pelusiota V. Epist. DLX. p. 147. C. Philo De Abrah. 298. D. De fortitud. 271. F. et (qui Philonis verba iterat) S. Clemens Alexandr. Stromat. 396. A.

3.) Significatione cognata cum proxime superiore interdum verti potest *celer*, *subitus*. Huc, opinor, pertinent Plutarchus Marcello 304. C. φυγὴν ἀπροφάσιστον φυγεῖν· 3.) *celer, subitus.*

fœde fugere, vertit Xylander : malim *subito*, vel *effuse*. Nicolaus Cabasilas Liturgiæ A
exposit. 34. A. ὁ ἄρτος οὗτος ἐπείγεται ἀπροφασίστως μεταβληθῆναι εἰς τὸν ἀληθινὸν ἄρτον, τὸν ἐσταυρωμένον, *subito mutari festinat*. Item fortasse Heliodorus 96. C. ubi Cnemon in hospitio admirabiliter ex improviso acceptus interrogat, num in domicilio Jovis Hospitalis venerit : οὕτως ἀπροφάσιστος ἡ θεραπεία, *tam celere esse ministerium*. Nisi tamen mavis vertere *promtum, paratum*. Apud M. Antonin. autem De seipso 11. A. χρηστικὸν ἀτύφως ἅμα καὶ ἀπροφασίστως, vereor ut Schultzius recte verterit *sine prætextu*: nam est ex mente Stoïcorum intelligendum, *simpliciter, sine exornatione*. Qua de re pluribus agam in dictionario philosophiæ Aristotelicæ jam affecto, quo vocabula conabor complecti quibus Peripatetici eorumque successores, qui quidem græce scripserunt, omnes, cum editi tum inediti, sensu a significatione vulgari abeunte usi sint. Cujusmodi dictionario, æque ac glossario vocum a scholiastis Græcis peculiari sensu usurpatarum, de quo supra dixi 187. C. ad hanc diem egere litteras nostras arbitror. B

μὴ περαιτέρω τοῦ ψαλμοῦ χωρεῖν] Inde hauserunt Scylitzes et Cedrenus II. 670. B. Pag. 74. B.

τὸ τῶν Τυράννων κάστρον] Tyropœum vocatur a Cedreno, tum loco quem attuli in margine, tum II. 699. B. Pag. 74. D.

Ἄρτι τοῦ αὐτοκράτορος Λέοντος] De hac clade Romanorum, quæ accidit a. 917, Leonisque Phocæ rebellione, vide Cedr. II. 613. B. et Pagi ad Baron. III. 811. C. Pag. 75. C.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως. Φωκᾷ δὲ] Jam in ora suspicatus sum scribendum Ἀλλὰ τότε μὲν Φωκᾷ· est enim id τότε verbum solenne Leoni, a digressione ad rem redeunti. Quem usum, ut multa, ab Agathia mutuatus est 52. A. Ἀλλ' οὗτος μὲν—τότε δὲ καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀλεξανδρείᾳ· item 56. B. 73. B. 80. D. 97. D. 145. D. Pag. 76. D.

τὰ περιστοιχήσαντα τοῦτον δεινά] Sic Codex, cujus scripturam servavi. Proclive fuisset scribere περιστοιχίσαντα· quo verbo περιστοιχίζω nihil frequentius de malis, undique aliquem cingentibus. Vide quoque 7. D. Nihilominus verbum περιστοιχέω, quod hic C
Leo usurpavit, exulans illud quidem e Lexicis omninoque rarissimum, offendi bis: perfecto apud Simeon. Metaphrast. Vita S. Johannis 42. B. πλήθει περιεστοιχῆσθαι χρεῶν· aoristo in S. Joann. Chrysost. Exposit. in Psalm. CXXXVIII. I. 844. 12. περιεστοιχήθην ὑπὸ τῶν δεινῶν· quapropter scripturam Codicis immutare non sum ausus. Alia forma περιστοιχέομαι corrupta apud Timotheum De prophet. Simeon. 845. E. τὴν παρθένον ἀπείρῳ καὶ θεϊκῷ φωτὶ περιστοιχειωθεῖσαν. Περιστοιχίζομαι legebatur olim Aristæn. Epist. IX. 38. B. περιεστοιχίζετο κύκλῳ· ubi Dorvillius et Abresch. 21. A. recte corrigunt περιεστοιχίζετο, probante quoque Wyttenbachio viro celeberr. Epist. crit. ad Ruhnk. edit. Schæf. 266. C. Pag. 76. D.

Περιστοιχέω, idem quod περιστοιχίζω, cingo.

Τὰ φίλτατα, liberi.

τῶν φιλτάτων] Τὰ φίλτατα sunt *liberi*, ut in nota locutione κινδυνεύειν περὶ φιλτάτοις, Wernsdorf. ad Himer. 874. C. Vid. quoque supra 8. C. Item Valckenar. ad Phœniss. 193. 162. et virum in litteris Græcis principem August. Böckh In Plat. Minoëm 123. B. D
Reddidi, *carorum suorum*, exemplo Lactantii De vero cultu 546. 23. *se caros suos Deo relinquere*. Alii verterunt *carissima pignora*, ut Henr. Valesius ad Euseb. Hist. Eccl. 355. D. Vulcanius, *quæ habebat carissima*, ad Agath. 137. A. Eodem sensu τὰ τιμιώτατα videtur dici apud Byzantinos. Cedrenus II. 689. A. Pag. 77. B.

ἐς ῥαστώνην καὶ πότους, παρὰ τὸ εἰκὸς, ἀποκλίναντες] Agathias 19. C. Confer præterea Leonem 4. D. et 7. A. Pag. 77. D.

ταχυχείρως τοῖς χρῄζουσιν ἐπιδαψιλεύων τὸν ἔλεον] Versus Phocyl. Poëm. admonit. 21 : Pag. 78. B.

Πληρώσας σέο χεῖρ' ἔλεον χρῄζοντι παράσχου.

De verbo ἐπιδαψιλεύω nota copiosa Hemsterhusii ad Lucian. I. 452. Medium habet Leo 75. A.

ἐπέδοσαν παρὰ τὰς μάχας] Addit Cedrenus eadem narrans II. 671. C. Joannem præfecisse copiis duces, ἐπὶ συνέσει καὶ ἐμπειρίᾳ στρατηγημάτων βεβοημένους. Sic enim legendum fide Codd. non στρατευμάτων. Pag. 78. B.

IN

A

IN LIBRUM VIII.

Pag. 79. A. Τῆς δὲ χειμερινῆς κατηφείας] Satis haud liquet de constituendo anno expeditionis Tzimiscianæ contra Russos. In pactis perscriptis apud Nestor. V. 172. A. legitur annus mundi 6479, hoc est Chr. 971, ad quem item expeditionem referunt Le Beau *Hist. du Bas-Emp.* XVI. 179. A. Engel *Geschichte des Ungrischen Reichs* I. 365. B. Baronius Annal. Eccles. XVI. 210. C. secuti, opinor, Cedrenum, qui innuere id videtur II. 671. C. Contra si verum est quod ait Leo 78. A. Tzimiscem altero principatus anno, mense Novembri, Theodoram duxisse (Leo 78. A), cum coronatus sit a. 969, d. XXV Decembris, ipsis Christi natalibus (supra 226. C), matrimonium contrahere debuit a. 971 vergente, ab urbe proficisci ante Pascha anni sequentis 972 (Leo 80. C), Præsthlabam expugnare feria quinta maxima, hoc est d. XIII Aprilis ejusdem anni (Leo 83. A), Pascha ibi celebrare (Leo 85. A), postridie inde movere (Cedren. II. 674. B), primum prælium ante Dorystolum facere die S. Georgii (Cedr. 675. D.), hoc est d. XXIII April., debellare ibi d. Julii XXIV (Leo 94. B. Le Beau die XXV ait, *Hist.* XVI. 198. B.). Continuo post de compositione actum est, paxque ante finem Julii facta: ut ideo is mensis, sive ad a. 971 sive ad a. 972 eum referas, conditionibus perscriptis pacis apud Nestor. Annal. V. 72. A. recte præfixus sit. Utcunque totum bellum Russicum quatuor circiter mensium spatio confectum videtur: ac miror Pagium, initia belli ad a. 971 (Critic. IV. 28. A.), finem ad a. 973 (IV. 32. A.) referentem. Rebellio Leonis Curopalatæ in urbe (Leo 89. D.) pertinere videtur ad Maium vel Junium ejusdem anni, quo Russi debellati sunt. — Disquisitio de anno expeditionis Tzimiscæ contra Russos.

B

Pag. 79. A. ἐκ βάθρων τοῦτον οἰκοδομεῖ] Vide Agathiam 152. B. de Justiniano, S. Sophiam a plebe succensam ædificante.

C

Pag. 79. A. τῶν γείσων αὐτῆς σχηματίσας τι παράμετρον] Τὰ γεῖσα simpliciter *muri*: ut item (opinor) supra 6. A. et 15. C. Proprie *suggrundia* significat: apud Agathiam 21. D. *antepagmentum*: sed Leonem non dubito suo more vocum proprias significationes miscuisse. Vide de hoc vocabulo erudite a Schneidero disputata Lexic. 254. C. item Salmas. Ad Hist. August. 405. C. et Hugon. Grot. Annotat. in libros Evangel. 507. B. De templo Servatoris in Chalce copiose Anonymus De antiq. Constantinop. apud Banduri I. 10. D. ubi narratur, Imp. eo detulisse ἀπὸ τοῦ ταξειδίου, *ex bellica expeditione* (vide supra 215. B.), Berytensem Servatoris crucifixi imaginem. — Γεῖσα, quid proprie significet.

Pag. 79. B. ἄγγελόν τι αὐτῷ δοθῆναι ἐξαιτησάμενος, προπορευόμενον τοῦ στρατοῦ] Sic Mauricius Imp. in expeditionem profecturus, more antiquo vel incubavit (ut dicebant veteres) numini. Theophylactus Simocatta Histor. 140. D. τυχεῖν δὲ γλιχόμενος καὶ θείας τινὸς ἐποπτείας συστρατευσαμένης αὐτῷ [l. συστρατευσομένης αὐτῷ], ἐπὶ τὸ μέγα τῆς Θρησκείας καταπαννυ-

D

χίζετο τέμενος — καὶ τῆς θεανδρικῆς μετελάγχανε πανδαισίων [l. πανδαισίας]. Προπορευόμενον est ex Agathia 93. C. 126. D.

Pag. 80. A. ὃν καὶ Γάγγην κικλήσκειν εἰώθασι] Ex vulgata tunc opinione. Alcimus Avitus De initio mundi 290: — Phison ex opinione medii ævi i. q. Ganges.

Quartus Phison erit, quem possidet India Gangem:
Motus odorifero quoties qui vertice crevit,
Deciduas pulchro quas spargunt flumina luco
Prælambens furatur opes, et gurgite nostrum
Ducit in exilium.

Pag. 80. B. τοῦ Βυζαντίου ἀπάρας] Cedr. II. 671. D. συνταξάμενος τοῖς πολίταις, quod vertit Xylander, *relictis ad cives mandatis.* Sed συντάσσεσθαι est *valedicere*, ut exemplis demonstraverunt Ducangius Glossar. II. 1487. D. multique alii.

Pag. 80. C. κλεισούρας] Vide loca collecta a Ducangio Notis ad Ann. Comn. 300. D.

Ἐνσκευάζομαι ὡς ἔχομεν τάχους ἐνσκευασάμενοι] Quæ de usu verbi ἐνσκευάζομαι (activum ἐνσκευάζω A Pag. 80. D.
latius patet) passim apud bonos potissimum auctores observavi, paulo dilucidius hic
1.) ornatum assumo. explanabo : 1.) Primaria haud dubie vis est, σκευὴν, h. e. *ornatum*, aut *vestitum*, scenicum
præsertim aut insolentem, *assumo* aut *induo*. Plato Criton. I. 53. D. σκευήν τέ τινα περιθέμενος, ἢ διφθέραν λαβὼν, ἢ ἄλλα, οἷα δὴ εἰώθασιν ἐνσκευάζεσθαι οἱ ἀποδιδράσκοντες.
Quo sensu tum ab aliis adhibitum video, velut ab Artemidoro Onirocr. 84. C.
βαρβαρικὴν δὲ ἐσθῆτα ἔχειν ἐνεσκευασμένην· a Philone De temulent. 187. E. De mercede meretricis non accipienda 668. C. Legat. ad Caïum 678. C. tum in primis a
Plutarcho Comparat. Sertorii et Eumenis 569. D. τοῖς δὲ τῶν βαρβάρων [nempe
ὅπλοις καὶ ἐσθῆσι] ἐνεσκευασμένοις· et Othone 1069. D. ἀναξυρίσι καὶ χειρῖσιν ἐνεσκευασμένος. Ut fere velim apud eundem, Agide et Cleom. 822. C. μετὰ τῶν φίλων ἐξεπέδησεν, ἐξεσκευασμένον ὁμοίως, legere ἐνεσκευασμένον. Ἐνσκευάζομαι enim cum apud
Plutarchum omnino extra hunc locum non reperitur, tum apud reliquos certe non hac B
significatione. Notanda præterea constructio ἐνσκευάζεσθαι εἴς τι, *sumta veste se similem
alicui reddere, sich in jemanden verkleiden*, apud Porphyr. De physica fabular. explicat.
117. A. ὁ μὲν ἱεροφάντης εἰς εἰκόνα τοῦ δημιουργοῦ ἐνσκευάζεται.

2.) induo. 2.) Ab hac prima significatione fluxit altera, *assumo*, *induo* simpliciter, ut non
necessario scenicum insolitumve sit quod induatur. Philo De somniis 872. A. σωφροσύνην καὶ εὐσέβειαν καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἐνεσκευασμένῳ. Plutarchus De orac. defect. 431.
C. ψυχὴν ἐνεσκευασμένην σῶμα, *animum corpore amictum*. S. Gregor. Nyss. Oratione
in XL Mart. III. 205. B. τὴν πανοπλίαν ἐνσκευαζόμενοι.

3.) struo, molior. 3.) Tertia significatio, *adorno*, *molior*, præsertim insidiose, haud scio an ab ullo
magis frequentetur quam a Josepho. Velut De bello Jud. 712. E. ἐκ διαβολῶν, ἃς
οἱ πονηροὶ τῶν κατὰ τὸ βασίλειον ἐνεσκευάσαντο. 751. C. διαβολὰς δὲ κατὰ τῶν ἀδελφῶν
ποικίλας ἐνσκευαζόμενος. 770. C. τηλικούτους μύθους ἐνσκευαζόμενοι. Vide quoque 771. E. C
et 810. E. Quibus in locis omnibus significat idem quod σκευωρῶ, quod legitur Antiquit.
574. B. De bello Jud. 767. C. et 771. F. Est ubi reddas, *fingo crimina*, ut De bello
Jud. 750. C. ἄλλα τε πολλὰ πρὸς τὸ πιθανὸν ἐνσκευαζόμεναι.

4.) paro me, accingor. 4.) Ex hac significatione, *adorno*, manavit alia, *paro me* ad agendum, *accingor*. Sic
interpretandum apud Leonem tum hoc loco, tum 99. B. et 106. B. In Longo quoque
Pastoral. 183. C. ἕωθεν ἤδη ἐνσκευασάμενοι, Jungermannus recte vertit, *primo diluculo
accincti :* et apud Methodium Conv. decem virg. 204. B. καρτερῶς ἐνσκευάσασθε πρὸς
τὴν μάχην, Leo Allatius, *viriliter—ad pugnam accingamini*. Active usurpat Leo 100. C.
δῶρα ἐνσκευασάμενος, ubi sonare videtur *convaso*, ut Terentiano verbo utar, hoc est,
inter sarcinas aufero, tollo. Mire apud Plutarchum in Sylla 468. B. pro ἐκσκευάζω adhiberi, significareque *interpono*, *retracto*, Τυραννίωνα τὸν γραμματικὸν ἐνσκευάσασθαι τὰ
πολλὰ (si modo locus est sanus), jam animadvertit summus vir Coraïus ad Vitas D
parallel. III. 158.

τοῖς μάχαις ἀναστραφεὶς] Legendum proposui in ora ἀναστραφείς· confer 27. B. Pag. 81. B.

ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσι] Ἄτε δὲ Ῥωμαῖοί γε ὄντες scripserat Agathias 161. A. Pag. 81. C.

ἱππεῖς δὲ μύριοι καὶ τρισχίλιοι] Cedren. II. 672. A. ἱππεῖς δὲ εἰς τετρακισχιλίους· Pag. 81. D.
neque in hoc quidem variant Codices. Combefisii prava versio vocum præcedentium
(vide in contextu notulam [e] in ora) in Schlœzeri Nestorem *Russische Annalen in ihrer
Grundsprache* V. 155. B. se transfudit, ubi tota Leonis de bello Russico narratio ex
Criticis Pagi p. 151-177. repetitur. Apud Cedren. paulo post, II. 672. B. lin. 4.
ἐνέλαβε, l. ἐνέβαλε.

μετὰ τοῦ θητικοῦ] Vox θητικὸν ex Agathia 130. D. Pag. 81. D.

Ἐπεὶ δὲ τοὺς ἐπισφαλεῖς — τόπους διέδυσε] Imitatur Leo toto hoc capite Agathiæ Pag. 81. D.
narrationem 124. C. D. de Romanis montem regioni Misimianorum objectum nemine
obsistente superantibus.

Pag. 81. D. A ἐπί τινος ἐχυρῶ γηλόφου] Credendum, Tzimiscem Adrianopoli profectum per Hæmum in Panysi convallem se demisisse, ubi erat civitas Probati, cujus frequens mentio in Vita ms. (opinor) S. Evaresti, circa a. 844. cum legatis Theodoræ Augustæ eas ipsas partes lustrantis. De quo inter alia hæc in Cod. Reg. sæc. x : καὶ ὡς πρός τι πολίχνιον Θρακικὸν Προβάτου λεγόμενον παρεγένοντο τοὺς πόνους ἀναπαύσοντες, πυνθάνεταί τινας ὁ Εὐάρεστος ἄνδρας εὐλαβείᾳ συζῶντας, καὶ τὸν ἐρημικὸν βίον ἀσπαζομένους, ἐν τοῖς πλησιάζουσι χώραις ὑπάρχειν ἐν τόπῳ λεγομένῳ Σκοπέλῳ. Quæ ideo hic pono, quod Le Quien Orient. Christ. I. 1185. B. præter unam episcopi subscriptionem nullam hujus civitatis occurrere mentionem putat. De Scopelo idem ibid. 1185. D. Probati civitas.

Pag. 82. A. συνεπηχούντων τοῖς τυμπάνοις τῶν ἐκεῖσε ὀρέων] Velut Tarcis Cantacuzeno Imp. auxiliantibus, apud Nicephor. Gregor. Histor. II. 457. A. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς τῶν σαλπίγγων τε καὶ τῶν τυμπάνων κρότοις συνανεκίρνατο καὶ ἡ τοῖς βαρβάροις — ἠλικιῶτις κλαγγὴ

B κ. τ. λ. Expressit Leo hic quoque Agathiam 102. B.

Pag. 83. A. μετὰ τὸν μυστικὸν δίπτυχον] Formam masculinam ὁ δίπτυχος habent Suidas I. 534. B. et Theophylact. CPtanus De sancta Cruce 404. B. C. Totus hic Leonis locus est a Ducangio exscriptus Glossar. 1145. C.

Pag. 83. B. Ῥῶς δὲ καὶ αὐτοὶ . . . κατὰ τὸ ἐτὸν ἠμύνοντο] Prævivit Agathias 79. A.

Pag. 83. B. Σφέγκελος δὲ ἦν οὗτος] Σφάγκελλος apud Cedr. in ed. II. 672. D. 676. D. Σφάγκελος in codd. (quos quidem vidi) et in Scylitz. ms. In tota hac narratione de prælio ante Præsthlabam multo amplior est Cedr. quam Leo, ut inde potissimum videas, ex aliis quoque fontibus, non ex Leone solo, Scylitzem (quem Cedrenus exscripsit) hausisse.

Pag. 83. C. ἐπιχνοάζων τὸν γένυν] Primo in versione Latina corrige operarum mendum *Theodorus*, pro *Theodosius*. Deinde nota, insolenter dici ἐπιχνοάζω pro ἐπιχνοάω, et paulo inferius D.

C lin. 6. σφαιρίζεσθαι eo sensu, ut sit *devolvo*. Vocis Homericæ ἐπιστροφάδην D. lin. 12. (ex Iliade K. 483) varios explicatus vide apud Eustath. 819. 53. eorumque ultimum jam in Apollonii Lexico relatum 350. A. Ἐπιστρ.] μετ' ἐπιστροφῆς τοῦ σώματος· et expressum a Raymundo Cunichio in versione metrica Iliad. 232. C:

. . . . *partem*
Et nunc se in dextram vertens, nunc ille sinistram.

Utuntur præterea Hom. Odyss. X. 308. Ω. 183. auctor Hymni in Mercur. 210. Philo De vita Mos. II. 177. 21. edit. Mangey. (ubi non male redditur, *in orbem undique*) De Abrah. 298. G. De special. legg. 615. A. denique Leo 13. C. et 47. D.

Item substantivum ἐπιστροφὴ, unde ἐπιστροφάδην a plerisque grammaticis derivatur, habet significationes peculiares, quarum aliquot hic notabo. Primam, ἐπιστροφὴ apud oratores sonare *robur dictionis* et *gravitatem*, τῇ ἀβρότητι oppositam, ex Philostr. Vit. Ἐπιστροφή

D Sophist. 519. jam explanavit vir eruditissimus Theoph. Ernesti Lexic. technol. rhetor. gr. 127. C. Alio sensu sumendum in loco Aristid. Arte orator. II. 475. C. σαφήνεια καὶ καθαρότης γίνεται οὕτως, ὅταν τις ἐπιστροφαῖς χρῆται. Vertit Normannus, *concinnis in clausula periodi repetitionibus* : malim, *reversionibus*, sive *ad extremum conversionibus* : sic enim vocant rhetores latini figuram verborum, qua ad postremum verbum identidem revertimur : *Pœnos pop. Romanus justitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit* : vide Cicer. De orat. III. 54. quæ eadem figura ab Aquila Romano De figur. sent. ed. Ruhnk. 178. A. ἀντιστροφὴ vocatur, a Rutilio Lupo De figuris 30. A. ἐπιφορά. Vide. Ernest. Lex. techn. Latin. 97. B. Ita non audiendus Cannartus Compendio rhetor. 6. A. ubi ait: *Ἐπιστροφὴ est, cum similis dictionum sonus sæpius in eosdem fines extremos convertitur : quo pertinent* ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον, συμπλοκὴ, ἀντιστροφὴ, *et* ἐπιμονή. Nam ἀντιστροφὴν et ἐπιστροφὴν synonyma esse in confesso est : ἐπιμονὴ, quam *commorationem in una re* vocat Cic. De orat. III. 52. ab ἐπιστροφῇ prorsus aliena est : neque magis reliquæ tres figuræ a rhetore omnino ullo ad genus ἐπιστροφῆς referantur. 1.) robur dictionis. 2.) conversio ad extremum.

Tralatione porro apud Patres ex usu hellenistico (vid. Schleusner. Lex. in Nov. A
Test. I. 881. A.) ἐπιστροφὴ *pœnitentiam* denotat, significatione neque à Ducangio memo-
3.) fere i. q. μετάνοια, conversio. rata, neque à Suicero Thes. Eccles. Latini præcipitato imperio eadem figura *conversionem* vocant. Avitus de laude virgin. 149:

> .... *conversio fratrum,*
> *Exemplo debenda pio, te respicit, auctor.*

Unde ea vox in linguas nationum Latinarum, quæ hodie in Europa supersunt, permanavit. Est igitur ἐπιστρ. apud auctores ecclesiasticos fere idem quod μετάνοια et μεταμέλεια. S. Gregorius Nyss. De pœnitent. III. 167. D. τὸν Ἰωάννην, μετανοίας κήρυκα, μεταμελείας εἰσηγητὴν, καὶ πάντας — προφήτας, ἐπιστροφῆς διδασκάλους. Ultima versa a Francisco Zino: *qui docerent homines, ut ad meliorem frugem sese converterent.* Reperitur ibidem 173. B. ὁ τῆς ἐπιστροφῆς δεόμενος· apudque S. Joann. Chrysost. Orat. tertia statuar. VI. 480. 16. 486. 4. Item explicatur per μετάνοια apud Eusebium B
Caten. in Psalm. I. 116. B. alibique locis innumeris.

4.) pars tormenti bellici. In Heronis Belopœic. 127. C. τὴν ἐπιστροφὴν καὶ τάσιν τῶν νεύρων· et ibid. C. ἡ ἐπιστροφὴ τῆς ἐπιζυγίδος, in tanta argumenti difficultate (agitur de gastrapheta) tamque corrupto textu, quid sit difficilius intelligitur. Editio Regia semel *intorsio* exponit, iterum *conversio*. Malim *flexionem*, vel *reflexum*, quo sensu sæpius reperitur apud geometras et mathematicos. Velut in una Geographia Ptolemæi 54. C. 63. B. 81. A. 107. A. 118. B. 122. B. 123. A. 138. A. B. 148. A. 152. A. 177. C. 183. B. 184. A.

Βορὴν] Sic Leo hic et 98. B. Βοζήνην Scylitz. ms. et Cedr. II. 646. C. 666. B. 673. C. Pag. 84. A.
682. D. 683. A.

Ῥωμαῖοι δὲ, ἅπαξ] E sequentibus quædam Scylitzes verbotenus sumsit, plura expressit Pag. 84. B.
diversis verbis: quæ omnia in rem suam convertit Cedrenus II. 873. A. sqq.

ἄνδρας ἀπίλον νεανικῶς] Νεανικὸς apud Leonem est *fortis, strenuus, acer*, 7. B. C. C Pag. 84. C.
10. C. D. 12. B. 23. C. 51. C. 52. B. 54. A. 71. D. 84. D. 89. C. [ubi verti, *audacia juvenili*] 92. B. Sic Nicephor. Tactic. 161. B. σὺν ἱππασίᾳ νεανικῇ, *equis acriter citatis*. Quare phrasim 67. A. ἔπιπλον οἱ νεανικώτεροι, Scylitzes Cedrenusq. II. 668. A. mutuati expresserunt, πίπλουσιν οἱ ἀλκιμώτεροι. Νεανικὸν 34. A. est *fortiter v. animose factum*, ut apud Cedr. II. 647. B.

ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιόντας] Agathias 20 A. ἀμύνεσθαι ἤν τις ἐπίοι· item 49. D. Pag. 84. D.

ἔργου εἴχετο] Agathias 45. C. Pag. 84. D.

τὴν θείαν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος] Inde emendandus, opinor, Cedr. II. 674. B. τὴν τῆς Pag. 85. A.
ἁγίας Ἀναστασίας πλέοσις ἑορτήν. Codd. quoque cum ipsius Cedreni tum Scylitzæ habent τῆς ἁγ. ἀναστάσεως. Vide tamen annotatt. Xylandri ad h. l. 26. A. et notas poster. Goari 54. B.

ὅπτινίκα τὸ σταυρικὸν σημεῖον κατεστηριγμένοι ἐν οὐρανῷ θεασάμενος] Hæc a verbis παν- D Pag. 85. C.
στρατεὶ τὴν, usque ad, ὁρμῶντας κατεπολέμησε, Bandurius edidit Imper. Orient. II. 465. C. ubi multa de orthographia nominis Dorystoli. Verbum κατασπείζω eleganter usurpatum a Leone C. lin. 5. distinguendum est a κατασπείζω, in glossis Lexicographorum parum lucide (opinor) exposito. Nam idem quod κατασκέπτω esse partim volunt, *irruo, devehor*. Sed, ut primitivum στείζω valet *statuo, stabilio*, ita κατασπείζω potius *firmo, figo, munio*. Sic κατεστεῖχθαι, *firmatus esse*, apud Jobum XX. 7. Eusebius Vita Const. 423. B. de labaro: ἄνω δὲ — στέφανος ἐκ λίθων πολυτελῶν — κατεστήρικτο, *corona — erat affixa*. Vita S. Nili junior. 7. C. εὐχαῖς κατεστήριξαν, *precationibus munierunt*. Item S. Gregorius Nyss. In Hexaëm. I. 38. C. inter se opponit classes stellarum *errantium* atque *fixarum*, τῶν πεπλανημένων καὶ τῶν κατεστηριγμένων ἀστέρων. Apud Tatianum Orat. contra Græc. 149. B. πῶς
Κατασείζω et κατασηρίζω confusa. δὲ εἶεν οὐχὶ καὶ τοῖς τοῦ Διὸς ἀδελφοῖς, οἱ διενείμαντο τὰς βασιλείας, γραμμάτων σχηματουργίᾳ κατεστηρίχθησαν; ubi interpres: *Quare non alii quoque fratres Jovis — nominum suorum litteris sideribus ascripti sunt!* vel legendum, κατεστερίσθησαν (κατεστερισθέντων

Methodius

A Methodius Conviv. decem virg. 216. A. καταστερισθῆναι ibid. 217. A.) vel vertendum sic: *linearum figuratione in cælo fixi sunt!* Σχηματουργία enim vox, qua utitur hic Tatianus, omissa est in Lexicis: sed occurrit præter h. l. apud S. Epiphan. Advers. hæres. I. 460. C. Verbum σχηματουργεῖν, æque e Lexicis exulans, habet Georgius Pisida Mundi opif. 39. C. Σχηματουργία, *figuratio.*

Καὶ σχηματουργεῖν οὐρανοὺς ἐκ κοπρίας·

et poëm. De vanit. vitæ v. 116. de homine vana moliente:

Καὶ πλοῦτον αὐτῷ μὴ παρόντα συλλέγει,
Καὶ σχηματουργεῖ τὰς ἐνύπνους ἀξίας·

ut igitur necesse non sit, in loco Tatiani σχηματουργίᾳ mutare in σχηματογραφίᾳ, quæ tamen est vox propria de figurationibus siderum in astronomorum aut certe astrologorum formulis. Paulus Alexandr. In apotelesm. 42. A. 54. B. Proclus Paraphr. in
B Ptolem. 202. A. Hephæstio Theban. Decret. err. stell. 21. B. Proclus Sphæra 52. A.

Pag. 85. C. Πλίσκουβαν] De Pliscuba s. Pliscoba, Πλισκόβᾳ, vide Ducang. ad Alexiad. Ann. Comn. 329. A.

Pag. 85. C. τῶν Σκυθῶν ἀφηνιασάντων] Verbum ἀφηνιάζω Leo cum genitivo construit hic et paulo inferius D. lin. 5. item 48. C. Alii sine casu usurpant, ut Philo, qui admodum eo delectatur, De mundi opif. 15. A. Allegor. legg. 41. B. 44. C. 64. F. 74. A. 78. C. De sacrif. Abel. et Caïn. 115. D. De agricult. 149. F. 154. D. De temulent. 188. F. De Abrahamo 296. G. De migrat. Abrah. 311. C. De vita Mos. 477. G. 487. A. 525. A. De victimas offerent. 665. C. Quod omnis probus liber 674. E. 681. E. In Flacc. 748. B. 749. D. 767. B. S. Clemens Alexandr. Admonit. ad gent. 57. C. Stromatt. 383. A. 412. A. 471. B. 705. B. 730. C. 747. A. Alii construunt cum dativo, ut Eusebius Demonstr. Evang. 335. D. alii cum præpositione περὶ, sequente accusat. Verbi ἀφηνιάζω constructio varia.
C velut S. Clemens Alex. Pædagog. 115. A. τοὺς περὶ τὸν νόμον ἀφηνιάζοντας. Apud S. Antioch. De superbia II. 1098. D. inveni cum accusativo solo, absque præpositione, quod rarum est, ὅσοι δι' ὑπερηφανίαν ἀφηνιάζουσι τὸν ἀδελφόν. Sunt tamen quoque exempla constructionis cum genitivo: Philo De sacrif. Abel. et Caïn. 115. C. ἀφηνιάσαν, ὥσπερ βουκόλου, τοῦ νοῦ. De vita Mos. 512. A. ἀρετῆς ἀφηνιάσαντας· multoque plura in verbo ἀφηνιάω, de quo dicam alio loco.

Pag. 85. D. πολλὰ γνωσιμαχήσας καὶ ἀναπτύξας] Opinor γνωσιμαχεῖν apud Leonem esse, *consilia versare*: quo eodem sensu ait 19. B. γνωματεύσας καὶ βουλευσάμενος· et 77. B. πολλὰ γνωματεύσας καὶ λογισάμενος. Item 11. B. γνωσιμαχήσαντι καὶ βουλευσαμένῳ. Qua significatione apud veteres omnino non (quantum vidi) invenitur, apud recentiores admodum raro: S. Ephræm De compunct. II. 182. C. γνωσιμαχοῦντες οὐκ εὗρον τὸν τρόπον. Auctor vitæ S. Nili jun. 92. C. ὡς τοῦτο γνωσιμαχοῦντός τε καὶ πονηρευο- Γνωσιμαχέω, *meditor, consilia verso.*
D μένου, *cum agitaret hæc consilia eaque malitiosa.* De significationibus antiquis elegantibusque hujus verbi vide Gregor. Corinth. De Dial. 539. A. ibique copiosas Bastii Schæferique viri immortalis notas.

Substantivum inde derivatum inque Lexica nondum receptum γνωσιμαχία est apud Philon. De somn. 884. C. εἰς τὰς ἐριστικὰς γνωσιμαχίας, ubi inepte vertitur a Gelenio, *in contentiosas resipiscentias*. Est enim idem quod ταῖς ἐριστικαῖς φιλονεικίαις apud eundem Philonem 885. D. ideoque reddendum *ad contentiones pervicaces*, ut recte expressit Th. Mangey ed. novissima I. 693. 43. Nam apud Philonem γνωσιμαχεῖν valet *contendere, dissentire*. De Abraham. 297. B. De congressu quærend. erud. grat. 337. G. De somn. 444. B. De vita Mos. 493. D. 494. F. alibique sæpe. Γνωσιμαχία, *contentio.*

Pag. 86. A. εἰς ἑξήκοντα χιλιάδας] Perperam Pagi IV. 28. C. et ex illo Schlœzerus Nestor. V. 160. C. *ad septuaginta hominum millia.*

Pag. 86. A. τινὲς παραβόλῳ τόλμῃ παρακροτούμενοι] Hoc antecursorum prælium vide an diversum sit ab illo, in quo Cedr. II. 674. D. Romanos magnifice vicisse scribit.

κατασπαθίζειν τούτους προσέταξεν] Verbum κατασπαθίζω supra quoque obvium 54. B. A Pag. 86. B.
Σπαθίζω, gladio cædo. 84. C. non est in Lexicis. Hujus primitivum σπαθίζω, *gladio cædo*, de quo recte dubitat Schneiderus, an in auctoribus probatis occurrat, in Glossarium Ducangius retulit II. 1415. B. ex Gilberto Gaulmin. 485. B. ad Theodor. Prodr. De amoribus Rhodanth. 45. C. (conf. quoque 106. C. et 221. A.) sed sine exemplis, quæ hic utcunque supplebo. Achmet. Onirocr. 81. C. ἐσπαθίσθη ἐμφροδίτως παρ' ἀγνοέμου. 82. A. ἐσπαθίσθη πρὸς θάνατον, *gladio fuit ad mortem vulneratus.* Male ceperunt interpretes Menolog. Græc.
Ejus derivata: mense Maio I. 745. F. 746. A. vertentes, *virgis palmarum cædo.* Vocabula derivata itemque a Ducangio prætermissa sunt:

1.) σπαθισμός, iterata cum gladio percussio. 1.) σπαθισμὸς, *iterata cum gladio percussio*, quod Schneiderus item 414. C. dubiæ auctoritatis esse censet. Achmet. Onirocr. 82. A. κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ σπαθισμοῦ ἀγαθοποιήσῃ αὐτὸν μεγάλως.

2.) σπαθιά, ictus gladii. 2.) σπαθιὰ, *ictus gladii.* Theophanes Chronogr. 266. B. πολλὰς δὲ καὶ σπαθέας [l. B
σπαθιὰς] ἐν τῇ ὄψει αὐτοῦ ἔλαβεν. Goar recte, *inflictis etiam ad caput crebrioribus ensium plagis :* perperamque, opinor, Ducangius totum hunc locum ad vocem Σπαθέα col. 1416 referens, Heraclio Imp. in medio prælio a Persis vult bacillis ictus esse inflictos. Neque melius in locis Achmet. Onirocr. 82. A. ἔλαβε δούλῳ σπαθείαν [l. σπαθιάν]. B. Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἔλαβε σπαθίαν [l. σπαθιάν]· et 233. A. ἔδωκέ τινα σπαθέαν [f. τινι σπαθιὰν] vapulationes fustigationesque vult intelligi : sensum verum, *ictus gladii*, et Rigaltius jam in versione expresserat, et in ultimo loco probant quæ subsequuntur, Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι οὐκ ἔστι τομή.

Σπαθιστήρ, quid? Denique σπαθιστὴρ appellatur Epiphan. De mensur. et pond. II. 172. C. instrumentum ferreum, quo utebantur Judæi desertores in reparatione recisi præputii, τέχνῃ τινὶ ἰατρικῇ διὰ τοῦ καλουμένου σπαθιστῆρος τὴν τῶν μελῶν ὑποδερματίδα ὑποσπαθισθέντες, ῥαφέντες τε, καὶ κολλητικοῖς περιοδευθέντες. Ubi primum moneo, extrema verba a Petavio C
minus bene reddita *glutino circum adstringunt*, verti debuisse, *glutino curant.* Id enim valere περιοδεύειν apud auctt. sæculi III. et deinceps, demonstravi ad Timarionem Notitt. Mss. Bibl. Reg. IX. 217. A. Deinde σπαθιστῆρος ab interpretibus, quorum loca collegit Schleusner. Lex. N. Test. I. 876. C. video mutatum esse in σπασθητῆρος, quasi a σπάω derivaretur. Atenim instrumentum illud, non ad protrahendam cutem adhibitum, sed subjectum cuti intrusumque ad separandam a carne, nomen duxit a σπαθίον, quia esset gladioli instar latum. Certe Paul. Æginet. De re med. fol. 81 *verso* edit. Ald. integrum caput habet Περὶ ὑποσπαθισμοῦ, qua ratione cutis à carne, inserto instrumento ὑποσπαθιστῆρι, disjungi possit. Quapropter σπαθιστῆρος apud Epiph. minime immotandum, verbaque ejus non ut in Petavii versione existimo reddenda, *eoque, quem spatistherem vocant, glandis cuticulam attrahentes :* sed, *per spathistherem quem vocant, membrorum cuticulam resolventes.* Est enim is secundus modus tegendæ glandis, si nuda est, relatus a D
Paul. Ægin. cap. LIII. fol. 89 *recto :* cutem a glandis radice instrumento separandam, deinde detrahendam atque deligandam esse, linteolo inter cutem et colem interposito. Tametsi fol. 89 *verso* A. operam eam raro usuvenire ait, quod cutis penuria in partibus illis non afferat τοσαύτην εὐπρέπειαν, ὡς ταύτης μᾶλλόν τινα τὴν διὰ τῆς χειρουργίας ἐρεῖσθαι βάλανον. Ubi Guinterius non animadverso mendo vertit 31. D. *ut eo magis glandem aliquam ex chirurgia deligas.* Sed omnino scribendum, αἱρεῖσθαι βάσανον, *quod non ita decorem vitiet, ut kujus chirurgiæ cruciatum subire quis velit :* ut recte vidit Cornar. Dolabellis 57. A.

ὃ καὶ Δέρσραν κικλήσκειν εἰώθεσαν] Codex, ut notavi in ora, Δρῆστραν *(sic)*· Cedren. Pag. 86. B.
edit. Δέρστρα II. 674. B. D. Codd. Cedr. et Scyl. quos quidem vidi, satis constanter Δέστα, absque ρ, quemadmodum Cod. Leonis 83. A. De Dristra vide Schœlzer. ad *Nestor, Russische Annalen &c.* V, 131. C.

δεξιώσεσι ἑστιάσεων] Verti, *epularum communicatione :* sed notandum, vocem δεξίωσις, Pag. 87. B

A etiam nulla alia adjecta, apud auctores certe quarti sæculi et deinceps, sæpe *epulas* valere. Exempla complura vel in uno S. Joanne Chrysostomo. Orat. I. in Epist. ad Philippens. expositis verbis D. Lucæ XIV. 12. *cum facis convivium, voca pauperes,* pergit IV. 9. 40. οὐ γὰρ ἁπλῶς δεῖ τὰς τοιαύτας δεξιώσεις ποιεῖν, ἀλλὰ τοῖς πεινῶσιν, ἀλλὰ τοῖς διψῶσι, κ. τ. λ. In S. Pentecost. et quare mirac. nunc non fiant V. 604. 34. αἵ τε φιλοτησίαι καὶ δεξιώσεις. Adde loca In proph. Eliam V. 675. 3. In cæc. quem Christ. san. V. 734. 28. In Mesopentecost. VII. 375. 10.

Δεξίωσις, epulum.

A

IN LIBRUM IX.

διασκηνισάμενος] Verbum διασκηνίζομαι non est in Lexicis : nisi mavis legere διασκηνωσάμενος, a διασκηνέω. Cod. tamen iterum διεσκηνίσατο 106. B. Pag. 88. A.

ἐγχρίπτουσι] Fortasse, *in fossam irruentes*. Ἐγχρίπτει, ἐμπηδᾷ Greg. Corinth. De dial. 565. A. Supra 15. B. ἐγχριμφθέντος verti *insinuato*, retenta classica significatione, qua apes, cum aculeum figunt, κέντρον ἐγχρίμπτειν seu absolute ἐγχρίμπτειν dicuntur. Vide Ruhnk. ad Tim. 75. B. Sumsit Leo ex Agathia 23. C. aut 41. A. Pag. 88. B.

τότε πρώτως φανέντες] inde hausit Cedr. quæ habet de eodem prælio II. 676. A. τότε πρῶτον φανέντες ἔφιπποι κ. τ. λ. Pag. 88. C.

τὰ ἑαυτῶν συναγαγόντες ἀκάτια] De monoxylis Russorum Constant. Porphyrog. De administ. imp. 59. B—61. F. et Bandur. ad h. l. 36. C. Magnifice Claudianus In IV Consulat. Honorii v. 623 sqq. : Pag. 89. B. B

Ausi Danubium quondam tranare Grathungi
In lintres fregere nemus : ter mille ruebant
Per fluvium plenæ cuneis immanibus alni.

ἐπὶ τὴν κατὰ Λέσβον Μήθυμναν] Hæc sic redduntur in versione Combefis. apud Pag. IV. 28. D : *Leo Curopalata, Nicephori Imp. frater, Methymna, quæ Lesbi insula est* [l. *Methymnæ, quæ Lesbi insulæ urbs est*]—*ad rebellionem animum advertit.* Pag. 89. D.

ὁ Πηλαμὺς κέκληται] Cedr. II. 677. D. κατὰ τὸ προάστειον, ὃ κατονομάζουσι Πηλαμύδιον. Scyl. ms. habet Πηλαμύδα. Pag. 90. B.

ἐφ' ἑστίας] Verti *domi*, ut 19. C. Item ἑστία pro domo 21 A. 91. A. 103. B. D. 106. D. 109. A. D. Præivit Agathias 90. D. Pag. 90. C.

ὅσον οὔπω βούλεται τυραννεῖν] Verba ὅσον οὔπω, *jamjam*, *illico*, quibus nihil potest esse frequentius, vel apud Agathiam 80. A. 93. D. 100. B. 164. A. mirere sæpius ab interpretibus non esse intellecta. Velut apud S. Theodoretum Encom. in S. Joann. Bapt. V. 23. D. ἐπεὶ ἔμελλεν ὅσον οὔπω καὶ παρθένος τεκεῖν· vertit Garnerius, *cum virgo paritura esset filium, quantus alias nemo esset* : sensus est, *cum, licet virgo, tamen mox esset paritura*. Neque melius vocem synonymam ὅσον οὐδέπω apud S. Athanas. Histor. Arian. I. 363. A. προσδοκῶντες ὅσον οὐδέπω μένειν—γυμνοί· Montefalconius : *exspectantque se—tantum non nudatos fore*. Vertendum, *sese jamjam nud. f.* Porro in Origene Exhort. ad martyr. ὅσον οὐδέπω πρόσωπον πρὸς πρόσωπον εἴσεσθε, Wetstenius 174. C. *quantum antea nunquam, tunc facie ad faciem videbitis* : Carolus Delarue I. 282. D. *cognoscetis quantum non cognostis unquam, f. nempe ad f.* Reddendum, *jamjam videbitis eum f. ad f.* Et paulo post sic Origenes : ὑπὸ Θεοῦ, τοῦ ὅσον οὐδέπω τὸν Ἀντίοχον—βασανίσοντος. Wetsten. 186. C. *a Deo qui aliquando, plus quam unquam, ipsum Antiochum—torsurus sit*. Delarue 289. E. *qui insolito more*. Verte, *qui mox—sit torsurus*. C Pag. 91. A. D

Errores interpretum in 1.) ὅσον οὔπω.

2.) ὅσον οὐδέπω.

3.) οὐδὲ ὅσον. Similiter vis locutionis οὐδὲ ὅσον fugit Montefalc. in S. Athanas. In illud, *Nunc anima mea turbata est*, II. 1286. A. οὐδὲ ὅσον ὀκλάσαι τὴν χεῖρα τὴν ἡνιοχοῦσαν· *Nec quantum est ipsam manum, qua regit, inflectere*. Traduc, *ne tantillum quidem manum quæ r. inflectere* : id enim valere voces οὐδὲ ὅσον vel tironibus nunc notum est.

τῷ ἀθρόῳ τῆς ἀγγελίας] Habet passim significationes difficiles neutrum ἀθρόον. Velut in loco Hermogenis ab Ernestio Lexic. rhetor. non illustrato, De inventione 94. B. ubi exponitur, tertiam rationem exordii per hypodiæresim inveniendi illam esse quæ appelletur τὸ ἀθρόον πρὸς τὸ μέλλον ὑποδιαίρεσις. Deinde paucis interjectis : Δεῖ δὲ τὸ τοῦ ἀθρόου πρὸς τὸ μέλλον ποιεῖν τότε, ὅταν ᾖ τὸ μηδεπώποτε γεγονὸς τοῦτο συμβὰν μὴ παθεῖν πάλιν φυλαττώμεθα, ἢ ὅταν τὸ αὐτὸ συμβαίνῃ πολλάκις. Quæ in vulgatis pessime versa sunt sic : *Ea quæ vocatur divisio temporis continuati*. Et postea : *Oportet igitur in continuatione temporis separare tempus futurum, ut caveamus ne patiamur iterum unquam tale quid* Pag. 91. B.

A *quid, præsertim si illud sæpius fuerit commissum.* Vides interpretem confundere casus duos distinctos. Sensus est : *quæ voc. subdivisio temporis confertim (collective) spectati, relative ad futurum.* Et deinde : *Oportet autem adhibere hanc exordii formam, temporis collective sumti relative ad futurum, quando vel aliquid contigit quod nunquam contigerat, idque præcavere volumus, ne rursus accidat, vel quando hoc idem sæpius contingit.* Vide quæ sequuntur 164. A. de subdivisione ἀθρόον εἰς λεπτόν. Quam quæstionem aliasque similes complures explicare conabor in editione Hermogenis, ubi cum nova versione et commentariis mss. luceque dignissimis in Bibliotheca Regia asservatis vulgavero. Ὑποδιαίρεσις ἀθρόα πρὸς τὸ μέλλον, quid.

Alibi ἀθρόον notum est habere vim adverbii *subito, repente.* Leo noster 108. B. et 110. A. Agathias Histor. 23. D. 24. C. 25. B. D. 26. B. 27. A. 34. C. 37. C. 38. B. 41. B. 42. A. 50. C. 53. D. 57. A. 58. D. 70. D. 76. B. 79. C. 80. A. 82. A. 94. A. 98. C. 99. B. 101. C. 102. C. 103. A. 104. A. 111. D. 112. A. 113. B.
B 114. C. 124. B. 127. A. 129. B. 136. A. 140. B. 145. A. 148. D. 151. D. 154. A. 162. D. 164. A. 169. A. 171. B. S. Joannes Chrysostomus Oratione VII ad Corinth. III. 288. 1. Homilia XXXI in S. Matth. I. 357. C (ubi interpres Latinus vim ejus non expressit). Heliodor. Æthiop. 402. B.

Ideo corrigendus Joannes Philoponus De mundi creat. 238. B. de hominibus incredibili celeritate cogitationem a re ad rem rapientibus, ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες τὸν νοῦν τὸν οἰκεῖον ἀθρόον, ἀλλαχόθεν ἀλλαχοῦ μεθιστάμεθα. Balthasar Corderius : *propriam mentem in nobis ipsis collectam obtinentes, aliunde alio transferimur.* Sed virgula, quæ post ἀθρόον est, præponenda, et vertendum sic : *pr. mentem in nobis habentes, puncto temporis aliunde alio transferimus.* Quo eodem sensu ἀθρόον a Philopono usurpatur alibi, velut 279. A. et C.

Pag. 91. B. εἰς τὴν λεγομένην Καλώνυμον νῆσον] Cedrenus II. 678. A. in Proten insulam ait.

Pag. 91. B. C περιορίζουσι] Verti *deportant* : nam ὁ περιορισμὸς respondet *deportationi* Latinorum, quæ ipsa cum ab exilio tum a relegatione differt. Vide Michaëlem Attaliatam Synops. Juris Græcorum. II. 4. D. Multo graviter, ut hoc utar, lapsus est interpres Simeonis Metaphrastæ Vita S. Athanasii I. clj. B. καὶ τοῦτον [Meletium episcop.] οἱ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως περιορίζουσι, reddens, *illum etiam hæretici Ariani circumvenere.* Vertendum, *deportatione damnandum curant* : nam Meletium Antiochiæ episcopum deportatum fuisse instantibus Arianis discimus ex anonymo scriptore Vitæ S. Athanasii CXXII. C. et ex Photii Biblioth. 1446. A. Περιορισμὸς proprie deportatio.

Pag. 91. D. ἐτύγχανον γὰρ καταχρύσως ἀληλιμμένα χρυσῷ] Dicas inde Cinnamum in Historia sumsisse de armatura Joannis Comneni 63. A. χρυσῷ γὰρ καταχρύσως ἀληλιμμένο πᾶσα.

Pag. 92. A. κρεουργήσαντες] Quod ipsum verbum inde mutuatus est Cedrenus in narratione ejusdem rei II. 678. C.

Pag. 92. B. D καὶ τοῦ τῶν Κρητῶν υἱὸς ἀρχηγοῦ] Inde emenda Cedren. II. 678. D. Ἀνεμᾶς, ὁ τῶν Κρητῶν τοῦ βασιλεὺς υἱὸς Κουρουπᾶ· Xylandro in versione similiter lapso, nec animadvertente, βασιλέως scribendum esse. Scylitza ms. (in iis certe codd. quos inspexi : nam Goari exemplaria videntur aliud quid habuisse) item : Ἀναιμᾶς *[sic]*, ὁ τῶν Κρητῶν τοῦ βασιλέως υἱὸς Κουρουπᾶ. Sequentia de certamine singulari inter Aneman et Icmorem pæne ad verbum ex Leone exscripsit Scylitzes, ex Scylitza Cedrenus.

Pag. 92. D. πλείστους τῶν αἰχμαλώτων — ἐναποσφάξαντες] Apud Bulgaros, Leone Armenio imperante, similia memorat sacrificia Anonymus Narrat. chronograph. post Theophan. 431. D.

Pag. 92. D. Ἑλληνικοῖς ὀργίοις κατόχους ὄντας] Ad hæc Russorum sacra, ab religione Christiana aliena, pertinere videtur exordium illud narrationis ms. ἀνεπιγράφου, quam reperi in Codice sæculi undecimi : Ἐν ταῖς ἡμέραις Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν βασιλέων ἄρχων τις ἐν Πελοποννήσῳ ἠγόρασε παῖδα, Σκύθην τῷ γένει· καὶ τοῦτον παρέδωκε τῷ πρεσβυτέρῳ τῷ ἱερουργοῦντι ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, τοῦ παιδεύειν αὐτὸν, καὶ διδάσκειν τὰ γράμ- Scythæ circa initia sæc. X. in Græcia servientes.

ματι. Ὡς δὲ ἐμάνθανεν ὁ παῖς, καὶ ἐξυπηρέτει τῷ πρεσβυτέρῳ ἐν ταῖς χρείαις αὐτοῦ. Καὶ A
γενόμενον ἐτῶν δώδεκα ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ, εἰ Χριστιανοί εἰσιν οἱ Σκύθαι, ὅθεν
ὥρμητο. Ὁ δὲ ἀπεκρίθη, οὐκ εἰσὶ Χριστιανοί, καί, ὡς νομίζω, καὶ ἐγὼ ἀβάπτιστός εἰμι. Hoc
est : *In diebus Leonis et Alexandri Impp.* (anno 886-911.) *præfectus in Peloponneso emit*
servum, Scytham natione : hunc tradidit presbytero, in oratorio ædium suarum sacra facienti, ut
erudiret eum, doceretque litteras. Puer dum instituebatur, item presbyteri utilitatibus inserviebat.
Ita cum annos haberet duodecim, quæsivit de illo herus, num Christiani essent Scythæ, unde erat
ortus. Ille negavit esse, neque ego, ut opinor, *inquit*, geniali aqua madefactus sum. —
Missa facio subsequentia de conversione Scythæ illius, aliorumque popularium ejus.

Ἀῤῥιανὸς γάρ φησιν ἐν τῷ Περίπλῳ] De hoc Scythico Achillis ortu nihil Arrianus, Pag. 92. D.
in iis certe, quæ de religionibus templi Achillei in Leuce insula copiose tradit Peripl.
Pont. 133. A—135. B.

Οἴχεται τὸ κλέος] Præivit Agathias 81. D. Οἴχεται δὲ φροῦδον τὸ παλαιὸν τῶν Κόλχων B Pag. 93. D.
ἀξίωμα κ. τ. λ.

ὠθεῖν τι κατὰ τῶν σπλάγχνων τὰ ξίφη] A verbo ὠθεῖν compositum προωθεῖν, ut obiter Pag. 94. A.
moneam, restituendum est Heroni Spiritalibus 187. D. ὅπου ἐπιστραφομένου [l. ἐπιστρεφο-
μένου] αὐτοῦ προσωθῆται τὸ ἐλλύχνιον. Scribe, πρόσω ὠθῆται, sive προωθῆται, ut jam est
188. A. ὥστε προωθεῖσθαι τὸ ἐλλύχνιον. Item initio capitis ibid. C : Λύχνον κατασκευάσαι
ἑαυτὸν προσμύσαντα. Interpres : *Lucernam se ipsam consumentem construere.* Inepte. Legen-
dum est, προβύσαντα, i. e. *quæ ipsa ellychnium suum promoveat*, vel *protrudat.* B et μ in
Codd. sæc. x. et deinceps sæpissime confunduntur.

φιλοψυχότατα] Verti *late* : quasi εὐψυχότατα· quod non dubitarem, voluisse Leonem Pag. 94 B
Φιλόψυχος 1.) vitæ cupidus. ut ejusmodi sensu intelligeretur. Tametsi ea vis prorsus recedit a vocis φιλόψυχος signi-
ficatione recepta, quæ est duplex : altera in vulgus nota, *nimiam vitæ cupidus, ignavus* :
altera ex imitatione loci Sapient. Salom. xi. 26. quando est Servatoris Deive epitheton C
2.) animarum amans, de numine. apud Patres, *animarum amans*, hoc est, *salutis earum consulens.* S. Antioch. De non
concupiscendo I. 1140. E. ὁ δὲ φιλόψυχος Κύριος φησίν. De pœnitent. 1144. A. ὁ
φιλάνθρωπος, ὁ φιλόψυχος, ὁ οἰκτίρμων. De filior. adoptione 1241. A. δέσποτα φιλάν-
θρωπε, φιλόσπλαγχνε, φιλόστοργε, φιλόψυχε. S. Dorotheus De institut. fratr. in monaster.
I. 847. C. ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος καὶ φιλόψυχος. Eodem sensu usurpant Zacharias
Hierosolymitanus Epistola ad suæ plebis reliquias 314. C. S. Nilus De octo vit. 208.
B. aliique multi. Phrasin Leonis Cedrenus imitatus est II. 680. A.

τὸν ἵππον παρεξελάσας] Παρεξελαύνειν, quo vocabulo carent Lexica, apud Leonem Pag. 94. C.
significare videtur *cum equo prorumpo ex acie.* Tamen 92. B. τῇδε κἀκεῖσε παρεξελάσας
denotare videtur *huc illuc obvertere equum* : et certe ita bis accepit Cedrenus : II. 679.
A. τὸν ἵππον τῇδε κἀκεῖσε περικινήσας (Xylander : *equum hac illac torquens*)· et 681. B.
de Anema, loci nostri circumlocutione, τῇδε κἀκεῖσε τὸν ἵππον μετακινήσας. Apud Plu- D
tarchum Quomodo adolesc. poëtas audire debeat 15. D. ποιητικὴν φεύγειν καὶ παρε-
ξελαύνειν, sensu prorsus diverso vertendum *prætervehi.* De vocc. ἐπεξέλασις et ὑπεξέλασις
dixi supra 199. C.

περιτροπάδην ὑπενόστουν] In hoc vel in proxime præcedenti prælio Romanos jussu Pag. 94. D.
Imp. planitiem versus recessisse Cedrenus auctor est II. 680. B. Ubi legendum, εἴκειν
εἰς τοὐπίσω, non ἥκειν κ. τ. quod habet cusum. Item C. lin. 2. Codd. fide scribe εἴκοντας,
non ἥκοντας. Περιτροπάδην vox est Agathiæ 34. A.

ἔξαιμος γεγονὼς καὶ καταβελής] Vide supra 5. B. Pag. 96. A

ἐπὶ τῷ] Fortasse ἐφ' ᾧ, quod habet hoc sensu et ipse Leo 37. B. et Agathias 11. A. Pag. 96. B.
65. D. 142. A. tametsi ἐπὶ τῷ græce æque dici posse constat. Vide Viger. De idiotism.
edit. Hermann. 619. C.

ἐκ τῶν ἑξήκοντα χιλιάδων] Nota in Codice et hic et supra 47. C. χιλιαδῶν scribi, Pag. 96. D.
item 7. C. μυριαδῶν, non sine aliqua auctoritate Codd. mss. Nam in editionibus quidem

A ubique παρξυτόνως legitur genitivus pluralis harum vocc. : μυριάδων Plutarchus Lucullo 519. E. Cicerone 864. D. 883. B. Galba 1060. E. Philo De agricult. 149. G. χιλιάδων Nicetas Paphlago In S. Andream Apost. 142. A. Joannes Cyparissiota Transgressionibus palamiticis 25 C. sed in his ipsis locis Codd. quos inspexi, mire variant. Ita videant, qui interiores scrutantur et reconditas Græcas litteras, quid de accentu harum vocum in genitivo plurali statuendum sit : nam quantum sunt tenui auctoritate Codd. (vix antiquissimos excipio) ubi scriptiones per ει, ι, η, οι, υ in dubium vocantur, tantum pondus habent, si de genuina accentuum sede consulas. Voces μυρίαι μυριάδες, frequentissimæ in hymnis sacris Græcorum, velut Liturgia S. Gregorii Alexandrina 100. A. Liturgia D. Marci 153. B. alibique passim, cum ab Euseb. Renaudoto, tum ab Joanne a S. Andrea aliisque, modo redduntur *decies mille millena*, modo, ut Liturg. D. Marci 154. A. *decies millies centena millia.* Scribe ubique, *decies*

Μυριαδῶν et χιλιαδῶν scribi in Codd. permultis.

Μυρίαι μυριάδες perperam redditum.

B *millies dena millia :* nam μυρίαι μυριάδες conficiunt centum, ut vulgo loquimur, milliones. Mendo haud absimili apud Contiouat. Constant. Porphyr. 37. B. χιλιάδες δέκα redditur *duodecim millium :* quo mendo versionis Latinæ Le Beau, ut semper, *Histoire* &c. XIV, 374. C. in errorem inductus est. Obiter addamus Lexicis voces tres compositas cum χίλιος, undecim cum μύριος, nondum, ut mihi statuo, notatas :

Composita, ex μυρίος deducta.

1.) Μυριάνθρωπος, *innumerorum hominum.* S. Gregorius Nyss. Orat. de Meletio episc. II. 1026. C. κατεπυκνωθέντες ὁ μυριάνθρωπος δῆμος. Valet idem quod μυρίανδρος.

2.) Μυριοκέφαλος, *innumeris capitibus.* S. Joannes Climacus Scala Parad. 253. A. τὸν παρόντα μυριοκέφαλον δαίμονα φιλαργυρίας. Usitatius vocabulum πολυκέφαλος habent Lexica.

3.) Μυριομακάριστος, *infinite beatus.* S. Nilus Epistola CCLVI. ad Timotheum 246. B. Μυριομακάριστοι μὲν ὑπάρχομεν, ὅτι. — Substantivum occurrit apud S. Joannem Chry-

C sostomum Orat. v. in Epist. S. Pauli ad Rom. II. 35. 26. ἡ μυριομακαριότης, ἣν ὁ λόγος παραστῆναι δύναται.

4.) Μυριονταπλάσιος, *decies mille modis plus, infinite multiplicatus,* quasi dicas *decumilliplex :* pro quo μυριοπλάσιος Attici. Apud S. Epiphan. Adversus hæres. I. 739. C. κἄν τι μυριανταπλάσιον ἐπάνω εἶη ὄνομα ἔχον· et 815. B. ὁ γὰρ Θεὸς ἐπέκεινα μυριανταπλάσιον παρὰ τὴν ψυχὴν, καὶ ὅτι περιττότερον, ἐστὶν ἀκατάληπτος, per duplex α scribitur. Quod esse perperam, cum aliæ eæque jam vulgatæ voces ostendunt μυριοντάκις, μυριοντάρχης, tum forma adverbii ab ipso S. Epiphanio usurpati, Ancorat. II. 12. A. μυριονταπλασίως περὶ [l. παρὰ] τὴν ἡμετέραν νῦν δεδόξασται. Et in eodem, 51. C. ἀπείρως καὶ μυριονταπλασίως. Accedit Georgius Alexandriæ episcopus Vita S. Chrysost. VIII. 196. 2. ὄντως μυριονταπλασίονα ἀποτίσω σοι αὐτά. Qua in forma terminationem ίων Georgius a S. Joanne Chrysostomo est mutuatus, qui adjectivo μυριοπλασίων, Lexicis ignoto illo quoque,

Μυριανταπλάσιος an μυριονταπλάσιος.

D passim utitur. Velut Oratione XI. in Acta App. IV. 674. 29. μυριοπλασίων ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις· alibique sæpe.

5.) Μυριοπαθής, *innumerabilibus passionibus obnoxius.* S. Basilius In Hexaëm. II. 237. A. οὕτως ἀσυμφώνως πάλιν μυριοπαθεῖς ἡμᾶς ποιήσας.

6.) Μυριόπλαστος, *varius, variegatus,* legitur, si lectio certa, in Oratione S. Joanni Chrysost. ascripta, In illud, Si filius Dei es, projice teips. deors. &c. VII. 305. 19. Τῆς μυριοπλάστου ταύτης ἐν αὐτῷ βασιλείας. Sed vereor, ne id vocabulum atque adeo totus locus corrupta sint.

7.) Μυριοπρόσωπον εἶδος, *variegata species,* vidi apud Joannem Monach. De pœnitentia 106. D. ad calcem libri De pœnitentia ab Joann. Marino Parisiis 1651. fol. editi.

8.) Μυριόσταχυς, *mille spicas fundens.* Georgius Pisida De mundi opificio 48. C.

τὸν ὥσπερ ἐν τάφῳ
Φθαρέντα κόκκον μυριόσταχυν φέρει.

9.) Μυριόστομος, *innumeris oribus præditus*, apud eundem. Ibid. 46. A. A

Πυκνὴν φάλαγγα, μυριόστομον ξίφος.

10.) Μυριότης, *infinitas, multitudo innumerabilis*, Schneiderus vir immortalis Lexico 97. D. corruptam lectionem esse ait. Ac sane in auctoribus vere Græcis ægre invenias. Apud Hellenistas occurrit, velut in Sapientia Salomonis XII. 22.

11.) Μυριότροπος, *multis atque adeo infinitis modis*, adjectivum S. Gregorio Nysseno familiare. Homilia VIII. in Ecclesiast. I. 460. B. πῶς μυριότροπός ἐστι κατὰ τῆς σῆς πόλεως ἡ τοῦ ἀντικειμένου στρατηγία. Contra fatum 910. D. ἐν ταῖς μυριοτρόποις τῶν ἄστρων ἐπιπλοκαῖς. Adverbium μυριοτρόπως apud eundem Contra Eunom. II. 43. A. et 69. C.

Composita ex voce χίλιος. Voces cum verbo χίλιος compositas necdum in Lexica receptas tres animadvertisse mihi visus sum : quæ sunt ejusmodi :

1.) Χιλιονταετὴς, i. q. χιλιέτης s. χιλιετὴς, *qui mille annorum est*. S. Justinus Martyr B
Apolog. pro Christ. 57. B. αἰωνίαν κόλασιν κολασθησομένων, ἀλλ' οὐχὶ χιλιονταετῆ περίοδον.

2.) Χιλιονταετηρὶς, *spatium mille annorum, curriculum millenarium*. S. Epiphanius Advers. hær. 1031. A. χιλιονταετηρίδα τινὰ ἐπιπλᾶσμεν. B. γέγραπται περὶ τῆς χιλιονταετηρίδος ταύτης. Item 1032. B. et S. Justinus Martyr Dialogo cum Tryphone 307. B.

3.) Χιλιονταετία idem quod præcedens. Caïus Adversus Proclum, apud Euseb. Hist. Eccl. 100. A. ἀριθμὸν χιλιονταετίας.

Vocem χιλιόμβην, *sacrificium e mille animalibus*, jam habent alia Lexica. Summus vir Schneiderus attulit auctoritatem Juliani Orat. ad Heraclium Cynic. I. 314. A. Utuntur præterea S. Gregorius Nyssenus In Cant. Cant. I. 475. C. (ubi scribitur χιλιομβὴν, perperam, opinor) Anonymus Vita S. Joann. Chrys. VIII. 333. 18. S. Nilus De octo vitiosis cogitat. 49. B. nonnullique alii ætate inferiores.

Ἐσθὴς τούτῳ λευκὴ, οὐδὲν τι τῶν ἑτέρων ὑπαλλάττουσα ἢ καθαρότητι] Inde emenda C Pag. 97. B
Priscum de Attila Hist. Goth. 67. A. ad quam Leonem respexisse dicas : λιτὴ δὲ αὐτῷ καὶ ἡ ἐσθὴς ἐτύγχανεν οὖσα, μηδὲν τῶν ἄλλων, πλὴν τοῦ καθαρὰ εἶναι, διαφυλάττουσα. Ubi legendum διαλλάττουσα.

τοῖς τε τῶν δαφνῶν κλάδοις] Cedrenus ipsum populum coronatum Imperatori obviam processisse auctor est II. 682. C. ὑπεδέξατο στεφανηφοροῦντες. Sic enim legendum, Codd. quoque consentientibus, non στεφανηφοροῦντα. Pag. 98. A.

τὰ τῆς βασιλείας—παράσημα] Agathias 32. D. Pag. 98. B.

IN

A

IN LIBRUM X.

Pag. 99. A *Θερείας δὲ ὥρας ἐνισταμένης*] Complectitur is liber gesta annorum 973 et 974 : nam silet Leo de initiis belli, obsidioneque Amidæ a. 972. a Temelico Melehi, ut Armeni scribunt, suscepta, de qua v. *Détails de la première expédition des Chrétiens dans la Palestine, traduits de l'arménien en français par F. Martin*, in *Magasin Encyclopédique, Septembre* 1811. Cum annalib. Armeniis egregie consentit Abulpharajius Hist. Dynast. 315. B. qui Romanos ab ipso Domestico ductos, Domesticumq. captum esse scribit. Ad annum sequentem 973 pertinent expeditio Mesopotamia Tzimiscæ (Leo 99. C.) Basiliique Patriarchæ depositio, de qua 100. D. ad annum 974 expeditio in Syriam, et cometæ ortus (vide 104. A). Tzimiscem Constantinopoli obiisse die x. Januarii a. B sequentis 975. ex Leone dilucide demonstrat Pagius Critic. IV. 37. A.

Pag. 100. A. *χρυσοστίκτοις ὑφάσμασι*] Χρυσόστικτος non est in Lexicis : Leo fortasse habet ex S. Clemente Alexandr. Pædag. 160. B. *χρυσόστικτοί τε καὶ χελώνης* [f. *χελώναις*] *πεποικιλμέναι κοίτης κλισιάδες*. *Χρυσοστιγὴς*, æque Lexicis ignotum, legitur apud S. Epiph. De duodecim gemm. II. 227. C.

Pag. 100. C. *μήτε ὕδωρ βλυστάνουσα*] Verbum *βλυστάνω*, in Lexicis item prætermissum, occurrit in S. Joannis Chrysost. (cui certe vulgo tribuitur) Orat. IV. De jejun. VI. 935. 28. phrasi, unde fortasse Leo sumsit : *Αἱ τῶν ὑδάτων πηγαὶ, αὐλούμεναι, καθαρώτερον τὸ ὕδωρ βλυστάνουσιν*. Nam perperam legere nonnulli volunt *βλύζουσι*. Item Orat. in turtur. VII. 266. 14. *ἐν μέσῳ τῆς καρδίας βλυστάνων φιλόχριστα νάματα*. Inveni præterea substantivum peræque Lexicis ignotum, *ἡ βλύσις τῆς ζωῆς*, *fons vitæ*, in Theophylacti Bulgariæ archiepisc. Comment. inedito in Psalm. ad verba, *παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς*, Psalm. XXXVI. C 9. vel (alii enim aliter numerant) XXXV. 10. A verbo *βλύζω* deduci *βλύδιον*, *jus*, atque inde *brodium* Latinorum, Salmasius autumat ad Hist. Aug. 412. A. Ubi Leo *βλυστάνω*, ibi Agathias usurpat *ἀναβλύζω*, 126. B. *Βλυστάνω, eructo, fundo.*

Pag. 101. B. *καὶ ζώνῃ μὴ ἀπεκδυόμενος*] Sic cum dativo construit Leo, mire sane : accusativo jungunt S. Paulus Epistola ad Coloss. II. 15. III. 9. Josephus Antiq. Jud. 204. D. S. Gregorius Nyss. De virginit. II. 583. D. S. Basilius Epist. LXXXII. ad Patrophilum II. 908. C. Origenes Homilia IX. in Jerem. 106. B. De vi et constructione verbi multa collegit vir reverendus Joann. Fr. Schleusnerus Lexico in Nov. Test. I. 255. C.

Pag. 101. B. *τὰς ἀναγωγὰς καὶ ἀναστροφὰς τῶν ἀνδρῶν*] Si utcunque *ἀναγωγὴ* tueri velis, melius, opinor, fuisset vertere, *in disciplinis et conversationibus :* nam *ἀναγωγὴ* interdum pro *disciplina* sumi notum est, *ἀναγωγεὺς* pro *eductor*, sensu etiam physico, *qui sursum tollit.* Nihilominus malim legere *τὰς ἀγωγὰς*, *rationibus, institutis :* hoc enim valere *ἀγωγὴ* D auctt. Christianis copiose docent apud Suicer. Thesaur. Eccles. I. 72. D. et Schleusner. Lex. in Nov. Test. I. 38. B. congesta exempla, quæ facile esset augere infinite: confer quæ erudite disputant de hac voce Bouhier *Explication de quelques marbres antiques* &c. 36. et præcipue Wesselingius Diatribe de Judæorum archontibus ad inscript. Berenicensem 13. A. *Ἀγωγή, vitæ ratio, institutum.*

Eadem vox, ut unum locum e multis commemorem, occurrit Canonib. Concil. Quinisexti III. 1697. B. *ὅπως τε τῇ ἐν τῷ μεταξὺ προνοείτω ἀναστροφῇ*. Vertit Gentianus Hervetus, *quomodo ejus quæ intercedit vitæ rationis conversionisque curam gerat*. Prætulerim genitivum, *τῆς ἀναστροφῆς*, cum interpretatione hac : *quam providenter curet eam vivendi rationem, quæ* (inter admissum peccatum et actam pœnitentiam) *intercedit*. Eadem est significatio verbi *ἀναστρέφεσθαι*, *versari*. Quo sensu S. Joann. Chrysost. Homil. LVIII in S. Matth. I. 624. E. ait, *ἀναστρεφομένων αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ·* nam idem paulo post 626. C. *ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ διατριβόντων*, *illis in Galilæa commorantibus :* quanquam illud alii aliter exposuerunt.

Ἀγωγή, *vices.* Nota præterea significationem rariorem vocis *ἀγωγή, vices.* S. Joann. Chrysost. A
Homil. LXXXVI. in S. Matth. I. 889. C. *καθ' ἑκάστην ἀγωγὴν καὶ τρίτην καὶ τέταρτον εἴωθε φωνεῖν ὁ ἀλεκτρυών, quavis vice.* Et paulo post D. *πρὶν ἢ γὰρ τὴν μίαν ἀγωγὴν ἀπαρτίσαι τὸν ἀλεκτρυόνα, antequam unam cantandi vicem gallus absolvisset*, ut vertit Anianus. Item Euthymius Zigabenus Panoplia Dogmatica 430. C. *τρίτῃ ἀγωγῇ εἰς τὴν πόλιν ἐπανελθόντα.* Etenim non necesse arbitror ut legamus in his locis *ἀναγωγήν*, quod cæteroqui sæpe respondet *repetitioni* Latinorum.

Κατὰ καιρὸν significatione duplici: 1.) *opportune.* Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν καιρόν] Si pronomen τοῦτον demis, duo fere notat locutio κατὰ καιρόν. Primo, quando, retenta in καιρὸς significatione *opportunitatis*, idem est quod *ἐν καιρῷ, tempestive, ex tempore.* Quo sensu adhibent, præsertim præfixa particula *μή*, Theophrastus Histor. plant. 98. C. *ἐὰν μὴ κατὰ καιρὸν τὰ πνεύματα—γένηται·* De causis plantar. 273. D. *τὰς μὴ κατὰ καιρὸν βλαστήσεις·* 339. A. *ἂν μὴ κατὰ καιρὸν τὰ πνεύματα—γένηται·* 347. B. *ἢ ἰσχυρότερα, ἢ μὴ κατὰ καιρόν·* C. *ἐὰν δέ τις μὴ κατὰ καιρὸν—χρήσηται·* aliique multi. B Pag. 102. A.

2.) *singulis temporibus.* Deinde, quando dicimus, *ὁ κατὰ καιρόν*, v. c. *στρατηγὸς, qui tempore illo* vel *fuit*, vel *erit, prætor.* Nam usurpatur et de præterito tempore, et de futuro. De præterito a Cyrillo Scythopolitano Vita S. Sabæ III. 303. C. *οἱ κατὰ καιρὸν πρακτεῦσαι* [l. *πρακτευταί*· vid. Ducang. Glossar. sub h. v.] *καὶ βίνδικες τῶν κατὰ Παλαιστίνην δημοσίων—ἠναγκάσθησαν κ. τ. λ. qui pro tempore exactores et vindices fuerunt publicorum Palæstinæ tributorum.* De futuro Sultanus Ægypti Epist. apud Cantacuzen. III. Hist. 757. D. *οἱ κατὰ καιροὺς ἐχόμενοι* [l. *ἐρχόμενοι*] *εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ἁγίας ἀναστάσεως.* De præterito simul et futuro Epist. Gregorii Papæ ad Leonem Isaur. Imp. Act. Concil. IV. 11. C. *οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ κατὰ καιρὸν ἐν Ῥώμῃ διὰ τὴν εἰρήνην καθέζονται·* ubi mendum corrigendum in versione Latina.

Errores interpretum in hac voce. Quem locutionis κατὰ καιρὸν sensum, in inscriptionibus Latinis quoque sæpe obvium, C
ubi dicitur, *qui per tempora fuerint* (vid. Inscriptt. antiq. *Basilicæ* S. Pauli Tab. XVIII. A.), sed hunc sensum minus bene percepisse Kusterum arbitror Suid. I. 16. C. ubi hæc de Agathia, *ὃν* [f. *ἃν*] *αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν*, sic reddit : *quæ ipse ex recentioribus poëtis collegit.* Malim, *quæ ipse collegit ex poëtis, qui singulis ætatibus*, sive *temporibus, floruerunt.* Neque felicius Montefalconius apud Cosmam Indicopleust. Topographia Christian. II. 293. hæc de Deo : *ὅστις καὶ νόμους ἡμῖν δέδωκε, κατὰ καιροὺς ὀπτανόμενος, πρὸς βοήθειαν τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας, qui quodam tempore visus, ad infirmitatis nostræ auxilium leges nobis tradidit* : sensus est, *qui variis temporibus apparens leges nobis dedit ad nostræ infirmitatis auxilium* : id quod Cosmas ait 294. A. *κατὰ καιρὸν ὀπτανόμενος, πρὸς τὰς προκειμένας χρείας·* ubi recte interpres : *vario tempore pro instantibus necessitatibus visus.* In Concilio Trullano quoque seu Quinisexto III. 1647. D. *τοὺς ἐκ Ῥώμης κατὰ καιροὺς ἀποσταλέντας*, vetus versio omnino non illum expressit D
sensum.

δίδυμοι ἄνδρες] Simile fere monstrum Emmaunte in Palæstina exstitisse Theophanes auctor est Chronograph. 60. A. Alios portentosos partus, geminis in unum concretis, enumerant Leo Grammatic. Chronograph. 508. C. Zonaras II. 192. A. Michaël Glycas 301. D. Pag. 102. A.

αὖθις τοῦ ἦρος ἀναλάμψαντος] De hac expeditione Syriaca, a. 974. suscepta, vide ipsius Tzimiscæ laureatas plenas rerum, ad Achod Schahin Armeniæ regem datas, in *Détails de la prem. expéd. des Chrêtiens dans la Palestine, traduits de l'arm. en français par F. Martin, Magas. Encyclop. Septembr.* 1811. p. 22—34. operæque pretium erit, singula capita epistolæ cum narratione Leonis conferre. Pag. 103. B.

προφητικῶς εἰπεῖν] Quemadmodum *προφῆται* apud auctores ecclesiasticos non solum sunt *prophetæ*, sed etiam *doctores* quilibet *rerum sacrarum* (vide Suicer. Thes. Eccles. II. 872. A.), ita *προφητικῶς εἰπεῖν* vel *προφητικῶς φάναι* nonnunquam vertendum est, Pag. 103. C.

A *at cum divinis doctoribus loquar*, loco ex S. Scriptura generatim, non ex propheta aliquo, allato. Gregorius Presbyter Vita S. Gregorii Nazianz. I. cxxx. C. τῶν προφητικῶν ἀξίως φωνῶν· subjuncto loco e Psalmo XLV. Anonymus Vita S. Bacchi junioris 96. C. ἐκλεξάμενοι, προφητικῶς εἰπεῖν, παραῤῥιπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον κ. τ. λ. qui locus item exstat in Psalmis LXXXIII. 11. Simeon Metaphrastes Vita S. Ignat. Antioch. 143. B. Καὶ ἐπάταξε Κύριος τὸν λαὸν, προφητικῶς εἰπεῖν, περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ δικαίου· verba, ad quæ alludit, sunt Exod. XXXII. 35. Item legitur προφητικῶς in Eusebio Contra Marcell. 43. A. 49. D. 82. A. apud aliosque complures, ubi verba, quæ afferuntur, apud Prophetas proprie sic dictos non exstant. Προφητικῶς εἰπεῖν quid.

Interdum tamen intelliguntur ipsi prophetæ. Velut apud Gregorium Presbyt. Vita S. Gregorii Nazianz. I. cxliij. A. προφητικῶς εἰπεῖν· alluditur ad Jesaiam XXX. 17. Vel Concilio Œcumen. septimo in refutatione definitionis Iconoclast. IV. 328. E.
B προφητικῶς φάναι, ἀνὰ μέσον ἁγίου καὶ βεβήλου οὐ διέστειλαν. Ubi præterea vertendum non, *at prophetice fateamur*, quod dedit vetus interpres, non animadvertens esse locum Scripturæ sacræ, sed : *ut propheta* [Ezechielis XXII. 26.] *verbis utamur*.

Pag. 102. C. Ἐνταῦθα φρουρίῳ προσβάλλει] Ista, usque ad verba ἐκ βάθρων ἀνήγειρεν, ante Bandur., quem in margine citavi, jam Ducangius vulgaverat Nott. in Zonaræ Annal. II. 107. D. non sine minutis mendis, quæ tamen tanti non sunt, ut sigillatim exagites. Ad hanc expeditionem Syriacam Tzimiscæ, a. 974 susceptam, Elmacinus Hist. Sarac. 233. C. perperam refert expugnationem Antiochiæ, factam a Burza a. 969 : vide supra 49. D. et 221. A.

Pag. 103. A. Ἐντεῦθεν ἀπάρας] Hæc usque ad finem capitis V, ὥς μοι ἤδη δεδήλωται, 103. D., et utraque lingua apud Bandurium, et græce duntaxat exstant in Ducangii Nott. in Zonar. II. 103. C. Sed ibi, ut alia minuta menda taceam, verba τὴν εἰκόνα, quæ
C leguntur apud me B. lin. 7., una cum linea 8 integra non sine aliquo perspicuitatis detrimento omissa sunt, opinor quod voces repetitæ παραλυπεῖν et περιληφθεῖσαν Ducangii describentis oculos turbarent.

Pag. 103. B. τὸν δὲ τῶν ὁμοθρήσκων] Ducangius τῶν δὲ τῶν, male.

Pag. 103. B. πρὸς ἐνώπια] Vocem Homericam ἐνώπιον (Iliad. Θ. 435. N. 261. Odyss. Δ. 42. X. 121. vide Heynium virum immortal. Obss. ad Iliad. v. 491. B.) non intellexit Banduri, sic vertens, *conjectis oculis in ea, quæ a fronte sibi objecta erant*.

ἀνατεθειμένην] Ducangius ἀνατεθριμμένην [sic].

Pag. 103. C. ἀποσκήψασθαι] Ducang. ἀποσκέψασθαι.

Pag. 103. D. προσβολῇ] Ducang. προσβολῇ, et paulo post, D. lin. 3. τοὺς δὲ δυσμενεῖς· item lin. 5. εἰσπηδήσαντί τι τῶν Ἑβραίων ἱερῶν. Quæ sequuntur omittit, usque ad verba, καὶ τ. μεγαλοπρεπῶς· quæ item ex Codice restituenda.

Pag. 104. A. D πολιορκεῖν ἐξ ἐπιδρομῆς] Dictio ex Agathia 50. A.

Pag. 104. A. εὐχείμερον] Occurrit εὐχείμερος hoc fere sensu apud Arist. De rep. II. 438. A. quanquam vocem eam ejicere inde volebat Muretus Variis lectt. in Thesaur. crit. Gruter. II. 1125. B.

Pag. 104. B. ἐφ' ὅλαις ἡμέραις ἑπτακαίδεκα τὴν ἔπαυλιν ὀγδοήκοντα] Cedrenus II. 683. B. visum esse ait a mense Augusto ind. III. ἕως Ὀκτωβρίου μηνὸς τῆς τετάρτης ἰνδικτιῶνος. Sic enim demonstrant Codd. legendum esse, non ἕως ὀκτὼ μηνῶν τ. τ. ἰ. quod est in cuso. Ὀκτωβρίου et ὀκτὼ confusa.

Pag. 105. B. κατὰ τὴν Παγκάλειαν παρετάξατο] De hac rebellione Bardæ Scleri, quæ fere ab obitu Tzimiscæ a. 976 ad a. 981 perduravit (quo anno incipiunt Basilii Imp. expeditiones contra Bulgaros), vide Cedren. II. 692. D. Pagi Crit. ad Ann. Baron. IV. 38. A. et 45. A. Le Beau *Histoire du Bas-Emp*. XVI. 230. A.

Pag. 105. D. ὑπήγετο κατὰ τῶν Μυσῶν] De infelice hac expeditione Basilii contra Bulgaros a. 981. suscepta cf. Cedren. II. 695. B.

Pag. 106. A. τῇ κακοπραγίᾳ τῶν στρατηγῶν] Habet vox κακοπραγία apud Græcos significationes

Κακοπραγία 1.) *miseria, adversitas.* tres, quas cum neque Suicerus neque ullus alius, quod sciam, distinxerit, hic paulo A copiosius expediam. Prima, de qua sola adhuc Lexicographi egerunt, est, *miseria, res adversæ*, quo sensu boni auctores multi vocem usurpaverunt : Josephus Antiq. Jud. 43. C. 54. A. 103. C. 112. C. 460. F. De bello Jud. 743. D. 847. C. 856. D. 858. D. 975. C. Plutarchus Coriolan. 230. E. Lysandr. 434. D. Demetrio 914. B. M. Anton. 923. B. Eusebius Præpar. Evang. 386. D. Philistus apud S. Clement. Alex. Strom. 260. D. Artemidorus Onirocrit. 234. C. S. Basilius Epist. CCLVII ad Eusebium Samosaten. II. 1028. S. Gregorius Nyssen. Orat. contra fornicarios III. 262. A. S. Joannes Chrys. Orat. XXX. de ascensione Domini VII. 331. 27. S. Isidorus Pelusiota lib. V. Epist. LXIX. 19. C. et, qui in primis ea voce delectatur, Philo De Cherubim 87. F. G. De sacrificiis Abelis et Caïni 116 F. Quod deterius potiori insidiari soleat 140. G. De agricultura 154. E. 163. B. Quod Deus sit immutabilis 234. E. De confusione linguarum 251. D. De Abrahamo 281. E. 300. G. De migratione Abrahami B 327. B. De congressu quærendæ eruditionis grat. 333. G. De Joseph 425. G. 431. E. 434. F. De somniis 450. G. De vita Mos. 524. D. De creatione principis 563. G. De decalogo 579. A. De specialibus legg. 619. B. De mercede meretricis non accipienda 668. C. De præmiis et pœn. 714. A. De execratione 723. D. 725. G. In Flacc. 750. F. 760. C. 763. D. 765. C. G. 767. A.

2.) *peccatum,* Altera significatione apud auctores Christianos aut Judæos : *actio reprehendenda, peccatum*, idque modo generaliter, quod aiunt, modo speciatim. Josephus Antiq. Jud. 14. A. ἐπὶ λανθανούσῃ κακοπραγίᾳ. S. Clemens Alexandr. Strom. 738. A. πᾶσα μὲν οὖν ἡ διὰ τοῦ ἐπιστήμονος πρᾶξις, εὐπραγία· ἡ δὲ διὰ τοῦ ἀνεπιστήμονος, κακοπραγία. S. Gregentius Tephrensis Disputat. cum Herbano Judæo 124. A. ὁ νοῦς καὶ ἡ καρδία [nempe, *corrumpuntur*] ὑπὸ ἀλλοτρίων κακοπραγιῶν. Palladius Vita S. Joann. Chrysost. 59. B. ἀναδιδάξαι τὰς αὐτοῦ κακοπραγίας. Speciatim videtur significare C *ac fort. speciatim peccatum interius.* *peccatum interius*, hoc est, pravam operationem in mente nostra. Ita S. Marcus Eremita De baptismo I. 921. C. fieri non posse scribit, ut ἐκτὸς ἡμετέρας κακοπραγίας prolixe confabulemur cum eo, quem ex intimo corde oderimus. Sumitur quoque pro corporum commixtionibus vetitis. S. Epiphanius Adversus hæres. I. 98. B. τὰ αἰσχρὰ ἀποκαλύπτων τῆς κακοπραγίας ἐργαζομένων. Et 522. B. τὴν τῆς κακοπραγίας ἐργασίαν.

3.) *malignitas, pravitas.* Tertia significatio, qua Leo quoque utitor in loco nostro, est, *malignitas, pravitas*, ut jam non sit actus, sed habitus. Quo sensu videtur vox hellenistica. Legitur sic certe Sapientia Salomonis v. 24. καὶ ἡ κακοπραγία περιτρέψει θρόνους δυναστῶν. Versio vulgata : *et malignitas evertet sedes potentium*. Artemidorus Onirocr. 239. A. θεῶν πανουργίαν ἢ κακοπραγίαν. Josephus Antiq. Jud. 667. E. de Caio Cæsare : σκαιός τε καὶ κακοπραγίας εἰς τὸ ἄκρον ἀφιγμένος. Vita S. Nili junioris 104. C. πᾶσι κοινὸν τὸ τῆς D κακοπραγίας ἀβούλευμα. Neque fere dubito quin ita intelligendus sit anonymus in Martyrio SS. Eustathii, Theopistes ac liberorum 24. B. qui S. Eustathium sic in precibus conquerentem facit : τὰ γὰρ ἄθλια τέκνα σὺ οἶδας ὅτι διὰ τὴν ἐμὴν κακοπραγίαν *[ob pravitatem meam]* θηριάλωτα γεγόνασι. Combefisius minus bene, *quæ mea est misera sors.*

Τεκμήριον τοῦτο σαφὲς] Proposui in margine τούτου. Sed Leonem fortasse in errorem impulit studium imitandi Agathiam 48. D. et 133. C. Pag. 106. C.

αὐθημερὸν] De prosodia hujus vocis si quis quærat, analogia videtur tueri in adverbio scripturam αὐθημερόν· sicque habent et Cod. noster et auctores plerique (velut unus Plutarchus Poplic. 108. E. Fab. Max. 179. F. Paulo Æmil. 268. C. Aristid. 321. C. 331. E. Pyrrho 389. F. Agide et Cleom. 811. A. Dione 959. C. Stoicos absurdiora dicere quam poëtas 1058. B. Leo grammat. De expugnat. Syrac. supra 180. A. item Thucydides, Aristophanes, Josephus, Eusebius, Agathias, unde opinor Leo sumsit Pag. 106. C.

15.

A 15. D. 42. B. 84. C. 100. D. 125. C. 169. C. 171. A. alliique prope innumeri) et Lexicographi majore ex parte.

Contra αὐθήμερον S. Antiochus De iracund. I. 1065. B. De inobedientia 1088. C. Achmetes Onirocr. 112. D (sed 275. A. αὐθημερὸν). Eustathius Antiochenus De anima et contra Arianos, apud Eustratium Presbyterum De operatione animar. post mortem 499. A. Theodorus Studita De sancta cruce 290. B. Hedericus Lexico manual. (edit. certe a. 1767. 8.) 374. B. Apud LXX interpretes, quando respondet hebraïco בַּיּוֹם *eo ipso die*, acuitur, velut Proverb. XII, 17: quando valet בְּיוֹמוֹ *die suo*, i. e. die pacta et constituta, ut Proverb. XII, 16, scribitur αὐθημερὸν. Quem disparilem acuendi rationem secundum diversitatem significationis tum Clementem Alex. retinuisse video Strom. 397. B. tum multos eorum, quos memini: nec tamen omnes. Quapropter, quod temere fortasse evenit, ut stabile præceptum obtrudere B hic nolim. — *Αὐθήμερον scribendum, an αὐθημερόν;*

Pag. 106. D. τὰ αὐτῷ διαφέροντα] Mirum, ut hujus verbi vis fugerit interpretes cæteroquin non indoctos. Notum est græce dici διαφέρει μοι τοῦτο, *hoc ad me pertinet*. Inde accidit ut, quemadmodum senescente latinitate locutio, *res ad me pertinet*, synonyma facta est illi, *res mihi est propria* (unde verba barbara *appertinere* et *appartenire*), eodem modo apud Græcos sequioris ætatis τοῦτό μοι διαφέρει significet, *hoc meum est*. Apud Palladium Vita S. Joannis Chrysost. 81. C. episcopus Imperatori dicit, ἡ γὰρ πόλις σοι διαφέρει, *civ. tibi est*, h. e. *tu es civitatis dominus*. S. Isidorus Pelusiota Epist. CCXCI. ad Titianum, 104. C. τὸ οὖς τοῦ οἰκέτου ἀπέτεμε, τοῦ τῷ ἱερεῖ διαφέροντος, *qui ad sacerdotem attinebat*, vertit Jacobus Billius. Horapollo Hieroglyphicis 18. B. ἡ μονόκερως καὶ ἰδιόμορφος, ὃν Ἑρμῇ διαφέρειν ἐνόμισαν. Mercerus non male, *Mercurio sacrum esse*. Item bene interpres Concilii Œcum. sexti, III. 1297. B. ἐν ἑνὶ μιτάτῳ, διαφέροντι τῇ μονῇ Χρυσοπόλεως· *in* C *uno metato, juris monasterii Christopoleos*: quanquam error sit in novissima voce. — *Διαφέρειν τινί, proprium esse alicui.*

Contra pessime Godefridus Tilmannus in S. Antiocho Homil. LXVI. de veritate I. 1127. D. τὸ γὰρ ψεῦμα τῷ δυσμενεῖ διαφέρει, *mendacium hosti* [*hominum*, h. e. Diabolo] *proprium est*, sic vertit: *nihil enim ab hoste humanæ salutis differt mendacium*. Nec rectius vetustus interpres supplicationis clericorum et monachorum Antiochiæ in Concilio Cptano sub Mena II. 1320. C. in phrasi, illi Leonis non absimili: τὰ διαφέροντα αὐτῇ [ecclesiæ] σκορπίζων, *ea, quæ ipsi Ecclesiæ conferunt, dissipando*. Scribe, *bona ejus*. Melius interpres assecutus sensum est Actione tertia Concilii ejusd. II. 1241. C. παραγενόμεθα καὶ ἐν τῷ προαστείῳ τῷ διαφέροντι τῷ αὐτῷ Πέτρῳ, *ivimus ad suburbanum, quod pertinet ipsi Petro*: nisi quod pronomen αὐτὸς, *ipse*, cum ὁ αὐτὸς, *idem*, male confuderit, Romanæque aures *pertinere alicui* ægre ferre possint. Ita inferius quoque 1241. D. ἐν προαστείοις διαφέρουσιν αὐτῷ τε Ἀνθίμῳ καὶ Πέτρῳ, *in suburbiis pertinentibus ipsi Anthimo et Petro*, scribere D saltem oportebat, *ad Anthimum et Petr.* Sed apud Stephanum Byzant. De urbibus 78. B. νῆσος διαφέρουσα μὲν τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ, *insula propria illustri patricio*, Berkelius tantum non ridicule vertit, *insula quædam est eximia apud celeberrimum patricium*. Et in Theophylacto Bulgariæ Archiepisc. Epist. XXVII. ad Michaël. Chalcedon. VIII. 848. D. ἐνορία τίς ἐστι, τῇ καθ' ἡμῶν ἀρχιεπισκοπῇ διαφέρουσα· interpres latinus Vincentius Marinerius: *Est quidam loci terminus, a nostro archiepiscopatu diversus*. Verte, *n. archiepiscopatui proprius*. Item Epist. XXXIII. ad Joannem Grammatic. VIII. 864. C. χωρίον τῇ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίᾳ διαφέρον, περὶ τὸν Βαρδάριον διακείμενον. Interpres, *locus a nostra ecclesia diversus*. Emenda ut supra, *l. eccl. nostræ proprius*. — *Errores interpretum in hac v.*

Possim, si liberet, pluribus exemplis lapsus eruditorum, hujus quoque ætatis, in eadem voce patefacere. Ne longus fiam, illud duntaxat addam, primo, dici non alio sensu οἱ διαφέροντες, *nos proches, die Angehörigen, propinqui*. Artemidorus Onirocr. 149. A. συνέβη τοὺς πλείονας τῶν διαφερόντων τοῦ θεασαμένου τὸ ὄναρ νοσῆσαι. Deinde, vetustum esse illum usum verbi διαφέρω, aut certe primis sæculis religionis nostræ

non incognitum, testari inscriptiones duas a Jac. Gronovio relatas Memoria Cossoniana A
144. B. Alteram n.° XVI :

ΤΟΥΤΟ. ΤΟ. ΑΝΓΕΙΟΝ. ΔΙΑΦΕΡΕΙ. ΑΥΡ. ΘΕΟΚΤΙΣΤΩ. ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ

Hic loculus est Aurelio Theoctisto, Marcelli F.

Alteram *ibid.* n.° XVII. in qua, voce penultima, legendum videtur ΑΥΤΟΥ :

ΑΥΤΗ. Η. ΣΟΡΟΣ. ΔΙΑΦΕΡΕΙ. ΠΟΛΥΚΑΡΠΩ. ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΩ. ΚΑΙ. ΤΗ ΓΥΝΑΙΚΙ. ΗΟΥ. ΠΑΛΛΑΔΙΑ

Hæc arca est Polycarpo subdiacono, et uxori ejus Palladiæ.

Inscriptionem secundam Christianam esse patet, priorem credendum est. Positas opinor sæculo secundo, aut tertio.

γνωματεύων ὅτῳ τρόπῳ]. Scripsi *meditans* : fortasse paulo magis ad sensum Leonis fuisset, vertere hic et 5. C. *explorans* : apud Agathiam certe γνωματεύω est hac notione 25. C. γνωματεύσοντες ἐς τὸ ἀκριβὲς τὰ βουλεύματα τῶν πολεμίων. Apud eundem 20. D. et 119. C. vertitur *perpendens* : 161. A. *pensitans*. (Pag. 108. A; B)

τῆς Χερσῶνος ἅλωσιν] Hæc est illa Chersonis a Wladimiro Magno occupatio, quam Nestor Annal. 105. B. version. Scher. a. Christi 988 accidisse auctor est. Ad illustrandas res temporum illorum pertinent fortasse epistolæne dicam an commentarii fragmenta, servata in Cod. sæc. X exeuntis, S. Basilii, Phalaridis, S. Gregorii Nazianzeni epistolas varias continente. In hoc igitur Codice, qui fuit Bibliothecæ Regiæ, possessor, qui et legationem circa Danaprim (vide infra 254. D.) obivit, et oppido præfuit (257. D), litteris minutis perplexisque admodum, nec multo quam Cod. ipse recentioribus folia duo vacua illevit, multis verbis mutatis, inductis, superscriptis, ut dubitare non queas, eum hunc Cod., ut est exiguæ molis, in expeditionibus secum portasse, pagellisque ejus vacuis ad epistolas commentariosque meditandos esse usum. Dabo fragmenta quo ordine sunt in Cod. : tametsi legationem, de qua statim, non nisi C post bellum (vide alterum fragmentum 256. D.) accidisse facile dicas. Prius sic incipit imperfecte, de Danapris trajectu, glacierum fragmentis lintres transmittentium infestantis : (Pag. 108. C.)

Epistola Græci cujusdam, sæc. XI. circa Danaprim iter facientis.

. . δυσχερῶς κατήγετο, καίτοι μὴ πλείους τριῶν ἀνδρῶν ἑκάστου σφῶν δεχομένου· οὕτω πάνυ φαυλότατα ἦν. Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα ὅμως χώραν εἶχε παρὰ τῷ ῥεύματι· πολλὰ γὰρ αὐτοῖς ἐπὶ μεγίστοις πάγοις δυσὶ συνηράσσοντο καὶ ξυνέπιπτε· καὶ ὁσαχοῦ τοῦτο ξυμβαίη, ἐκπηδῶντες[a] τῶν πλοίων οἱ ἐν αὐτῷ[b] τῷ πάγῳ καθῆντο, καὶ ὡς ἐφ' ὁλκάδος ἐφέροντο. Ἔνια δὲ αὐτῶν καὶ κατέρραξεν ὑποβρύχια· οὕτως ἄρα χαλεπαίνων ὁ Δάναπρις ἐτύγχανεν. Ἡμεῖς δὲ αὐτοῦ χαλεπώτερον καὶ ἐπὶ πλεῖστον προσεδεχόμεθα, καὶ ἦμεν ὥσπερ ὀργιζόμενοι κατ' αὐτοῦ, τῷ μὴ πεπῆχθαι. Καὶ οὐ πολλάς που ὕστερον ἡμέρας τὸ ὕδωρ ἁπανταχῇ πέπηκτο, καὶ ἐπὶ μέγα ἦν ἰσχυρόν· ὡς καὶ πεζῇ καὶ ἵπποις ἀφόβως ἰέναι κατὰ τοῦ ῥεύματος, καὶ ἀγῶνας ὡς ἐπὶ πεδίου ἀνδρικῶς ἀγωνίζεσθαι. Καὶ καθάπερ τις θαυματοποιὸς ὁ Δάναπρις ἐδείκνυτο, βαρὺς μὲν καὶ χαλεπὸς τὸ πρὶν αἰωρούμενος[c], καὶ μονονουχὶ τοὺς εἰς αὐτὸν ὁρῶντας πάντας φοβῶν· μετὰ δὲ μικρὸν ἀνεῖναί τε, καὶ τοσοῦτον μαλακισθῆναι, ὡς ὑφ' ἁπάντων

[a] Codex. ἐκπηδόντες.
[b] Videtur deesse aliquid vel hic, vel post al.
[c] Codex. ἑωρούμενος.

.. difficulter applicabant [lintres], tametsi unaquæque earum non ultra ternos homines caperet : adeo erant mirabiliter exiles. Quanquam ne sic quidem locum invenire poterant in fluctu, multis earum duobus maximis glaciei frustis collisis atque contritis : quod quoties accidebat, exilientes e lintre qui inerant, in glacie considebant, ac velut super oneraria navi vehebantur. Aliæ lintres vel D hauriebantur fluctibus : tam infestum tunc se declarabat Danapris. Nos vero ibi ægre diuque exspectavimus, velut succensentes flumini, quod non esset glaciatum. Nec multos dies post, erat aqua tum undique gelu constricta, tum mirifice firma : ut pedites equitesque intrepide per fluxum commearent, certaminaque tanquam in campis strenue ederent. Ita quasi præstigiatorem aliquem se Danapris præbebat, prius violenter ac sæve elatus, et prope dicam aspicientibus universis terrorem injiciens : mirumque eundem brevi tempore submissum fractumque adeo videri, ut

A illuderent at conculcarent omnes quasi subterraneum factum, at in latibulum aliquod a sa ipso absconditum. Neque enim tantum aquas manantes referebant fluanta, quantum montes asperos et petrosos ostendebant. Et subter fluens liquor quanam in re aquæ val par vel similis potarat videri?

II. Ita mœstitia nostra in hilaritatem conversa est: complosis manibus proxima accessimus, per æquor aquitantes. Transgressi nullo negotio cum in vicum Borion venissemus, ad corpus reficiandum B jumantaque curanda nos convartimus, quæ ipsa ex majori parta aut arant invalida, aut defecerant. Confectis ibi diebus aliquot necessariis ad vires reparandas, accingebamus nos Maurocastrum profecturi. Sed jam paratis rebus omnibus, cum nihil aliud obstaret, ipsa media nocte (quanquam maturius profectum oportebat), flante tunc aquilona gravissimo, hiame omnium sævissima se præcipitante, ut facile crederes, impervia esse itinera, nec obdurare sub dio ullum, propeque fieri non posse, ut qui tecto non servaretur intaritum affugeret, tunc, C inquam, formidine commoti subsistere ibidem nosqua continere statuimus. Cujus consilii auctor apud sodales ego axstiti: non esse ullo modo domibus axaundum, nedum abnoctandum inde: quod princeps sidus (Saturnum vocamus) jam ad vesperum in conspectum se dabat, inque similitudinem naturæ ejus immutabatur aër. Transibat enim tunc Saturnus circa initia aquarii, sole brumalia signa permeante. Quare tampestas, ubi semel occœperat, ad majorem semper sævitiam progressa est, ut quæ prius terrifica nobis visa fuerant, cum subsequentibus collata D ludus prorsus viderentur: tam luculanter se hiems quoquoversum diffuderat. Ibi diebus compluribus confectis, vix tandemque cogitatio aliqua domum redaundi subiit animum, aëre quoqua sareniore se repræsentante.

III. Itaque egressi sumus, ab incolis splendida stipati: omnes me manibus complosis approbant, me tanquam necessarium unusquisque suum respicit, mihi maxima precatur. Hoc die stadia LXX, neque illa integra, emensi sumus, idque prægressis ania nos aliis, qui maximam vim nivis jam dimovarant. Postridia ajus diei statim a principio difficillime pro-

παίζεσθαί τε καὶ καταπατεῖσθαι, ὑπόγειός τις ὡσπερεὶ δεικνυμένης, ὑπὸ κατάδυσίν τινα ἑαυτὸν καθιδρύσας. Οὐ γὰρ ὕδασιν οὕτω νάουσιν ἐῴκει τὰ ῥεύματα, ἀλλ᾽ ὄρη σκληρά[a] τινα καὶ λιθώδη μᾶλλον ἐδέδεικτο. Τί γὰρ ἴσον ἢ ἐοικὸς τὸ καταφερόμενον ἐκεῖνο καὶ ὕδατι;

[a] Hæc mea non intricata scripta, ut utrisque utrum σκληρὰ an σκιερὰ legend. sit.

β΄. Ὅθεν ἡμῖν τὸ κατηφὲς εἰς χαρὰν μεταβέβλητο· καὶ χεῖρας ἀνακροτήσαντες ἱκανῶς προσίεμεν, κατὰ πέλαγος ἱππασάμενοι. Ἀκωλύτως τε διαβάντες καὶ κατὰ τὴν κώμην γενόμενοι τὴν Βορειῶν, πρὸς εὐωχίαν ἐτράπημεν καὶ ἵππων ἐπιμέλειαν, ἠπορημένων καὶ αὐτῶν καὶ καταπεπονημένων ὡς πλεῖστον. Κἀκεῖ ἡμέρας ὅσοι ἀναλαβεῖν ἑαυτοὺς διατρίψαντες, ὡς πρὸς τὸ Μαυρόκαστρον χωρεῖν ἠπειγόμεθα. Maurocastrum oppidum. Ὡς δ᾽ ἕτοιμα ἦν ἡμῖν τότε πάντα, καὶ ἐμπόδιον ὑπῆρχεν οὐδὲν, περὶ μέσας νύκτας αὐτὰς (ὅτε καὶ πρωϊαίτερον ἡμᾶς ἐξορμῆσαι ἐχρῆν), ἄρκτου τότε βαρύτατον πνευσάσης, καὶ χειμῶνος παντὸς μᾶλλον χαλεπωτάτου καταρραγέντος, ὡς ἀβάτους μὲν τὰς διόδους οἴεσθαι, μηδένα δὲ ὑπαίθρειον ζῆν, σχεδὸν δὲ ἀδύνατον εἶναι τὸν μὴ στέγῃ σωζόμενον περιεῖναι, δείσαντες ἀναπεπαῦσθαι καὶ ἠρεμεῖν ἔγνωμεν αὐτοῦ· ἐμοῦ τοῦτο τοῖς συναύλοις εἰπόντος, ὡς οὐ δεῖ τῆς οἰκίας ὁπωσοῦν ἐξιέναι, οὐδὲ ἀποκοίτους ἡμᾶς ἐνθένδε γενέσθαι· τοῦ πρώτου τῶν ἄστρων ἑσπέριον φάσιν ἤδη ποιοῦντος, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον μετατρεπομένου τοῦ περιέχοντος (Κρόνου δὲ καλουμένου[b]). Καὶ γὰρ ἔτυχε περὶ τὰς ἀρχὰς αὐτὸς διιὼν ὑδροχόου, ἡλίου κατὰ τὰ χειμερινὰ διατρέχοντος. Ὁ μὲν οὖν χειμὼν ἀρξάμενος ἀεὶ προὔβαινε χαλεπώτερος, καὶ ξυνέβη τὰ πρότερον ἡμῖν δόξαντα φοβερὰ παιδιὰ καθάπαξ πρὸς τὰ μετὰ ταῦτα δοκεῖν· οὕτως ἄρα λαμπρῶς ὁ χειμὼν διέσχε πανταχῇ. Ἡμέρας δὲ διατρίψαντες ἱκανάς, μόλις ὀψέ ποτε καὶ τῆς πρὸς τὰ οἰκεῖα μνήμη τις ἐπανόδου εἰσῄει, εὐδιεινοτέρου καὶ τοῦ περιέχοντος δεδειγμένου.

[b] Quæ omnia ab ipso auctore inducta sunt verba Κρόνου δὲ καλ. videntur loco mota.

γ΄. Καὶ δὴ ἐξῄειμεν, δορυφορούμενοι παρὰ τῶν ἐγχωρίων διαφανῶς, πάντων εἰς ἐμὲ τὰς χεῖρας ἀνακροτούντων, καὶ βλεπόντων ὡς πρὸς οἰκεῖον αὐτοῦ ἕκαστος[c], καὶ τὰ μέγιστα εὐχομένων. Τότε μὲν οὖν οὐδὲ πάντας αὐτοὺς ἑβδομήκοντα σταδίους παραμείψαμεν, καὶ ταῦτα πρὸ ἡμῶν ἄλλων διαβεβηκότων καὶ τὸ πολὺ τῆς χιόνος ἐκκρουσαμένων. Τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ

[c] Sic Cod.

ἀρξάμενοι χαλεπώτατα προήειμεν, ὥσπερ ἐπὶ πελάγους διαπαλαίοντες κατὰ τῆς χιόνος. Οὐ γὰρ δὴ γῆ τις ἐδόκει εἶναι, οὐδὲ χιὼν συνήθης· ἀλλ' οἱ μὲν ἵπποι μέχρις τραχήλου οὐχ ἑωρῶντο· τὰ δ' ὑποζύγια, καίπερ τελευταῖα ἀκολουθοῦντα ἡμῖν, διεφθείροντο, καὶ αὐτοῦ πολλὰ καταλέλειπτο. Τετράπηχυς γὰρ ἡ χιὼν ἐλέγετο, καὶ χαλεπῶς διαβατὴ ἦν. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἀκολούθων ἀφώρμησαν οἴκαδε, μεῖζον ἢ κατ' ἀνθρωπίνην δύναμιν τὸ ξύμβαμα οἰηθέντες. Καὶ ἦν γάρ τι τῆς ξυμφορᾶς τὸ χαλεπὸν, πολλαχόθεν τῶν δυσχερῶν ἐπιόντων· χιόνος μὲν βαθείας οὕτω καὶ πυκνῆς κάτωθεν, ἀέρων δὲ βαρυπνόων ἄνωθεν ἐμπνεόντων. Ἀνακωχῆς δ' οὐδαμόθεν προσδοκωμένης, οὐδ' ὅθεν τις ἄμεινα χρῷτο τεκμαιρομένης (τὰ γὰρ πάντα ἀνωφελῆ καὶ ἀνόνητά πως ἐν τοῖς τότε δεινοῖς ἐδόκει), οὐκ ἦν πυρὰ καῦσαι, οὐδ' ἀναπαύσασθαι πρὸς ἀκαρῆ χώραν[a] ἡμῖν ἡ χιὼν ἐνεδίδου.

gradiebamur, tanquam in pelago contra nivem luctantes. Nulla terra hic videbatur esse, neque nix usitata: equi ad collum usque non apparebant: jumenta, quamvis extremo agmine subsequentia, interibant, multaque ibi relinquebantur. Etenim dicebatur nix cubitorum IV altitudine, eratque difficillima transitu. Ita multi ex comitibus domum se contulerunt, quod calamitatem vim humanam superare arbitrabantur. Atque erat profecto insueta ærumna, miseriis undique fere ingruentibus: infra tam alta et spissa nix, superne flantes venti inclementissimi. Neque ulla sperari poterat malorum intercapedo, nec unde quis meliorem statum assequeretur (omnia inutilia et infructuosa esse his in malis apparebat), nulla erat facultas ignes accendendi, nec requiescere vel minimum spatium permittebat nobis nix.

[a] Supra scriptum est χρόνον, utrumque postea inductum.

δ'. Εὐναὶ δὲ τὴν νύκτα αἱ ἀσπίδες προσῆσαν[b]· πάντα ἡμῖν ἐκεῖναι καὶ κλίναι καὶ ἐπικλίνια νομιζόμεναι τὰ λαμπρότατα. Ἐν γὰρ αὐταῖς τὰ σώματα ἀνεπαυόμεθα ἐπὶ πυρᾷ, κἀκείνῃ οὐ λαμπρᾷ. Ὕπνου[c] δὲ καὶ τὰ ἐξ ὀνείρων φαντάσματα, ὥσπερ φοβηθέντα κἀκεῖνα, πάντα ἀπέστησαν. Ἀντεῖχε δ' οὐδεὶς ἄλλου κάλλιον[d]· πάντες δ' ὡς ἐν κοινῇ συμφορᾷ ὁμοίως καὶ ψυχὰς καὶ σώματα διετίθεντο. Ἐμακάριζέ τις τοὺς τεθνηκότας, ὡς τοῦ φροντίζειν ἅμα καὶ τοῦ πονεῖν ἀποστάντας· ἐσχετλίαζεν ἄλλος κατὰ τῶν ἐσομένων, ποίοις ἄρα καὶ αὐτοὶ δεινοῖς τὸ ζῆν ἐναπορρήσουσιν. Οἱ δὲ πρόσκοποι ἐξέκαμον καὶ αὐτοὶ, ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικηθέντες, καὶ περιϊέναι οὐκ ἴσχυον, ἀσαφῶς οὕτω πορευόμενοι κατὰ τῆς χιόνος. Τὸ δὲ δὴ χαλεπώτατον, ὅτι καὶ διὰ πολεμίας ἐπορευόμεθα γῆς, καὶ οὐδ' ἐκ τούτου ἀδεᾶ ἡμῖν καθειστήκει τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐν ὁμοίῳ τό, τε τοῦ χειμῶνος καὶ τὸ τῶν πολεμίων ὑφεωρᾶτο κακόν.

IV. Accedebant noctu scuta pro cubilibus: hæc pro omnibus habebamus, et pro stragulis et pro opertoriis splendidissimis. In illis enim corpus ad ignem, nec illum splendidum, refocillabamus. Somnum visa per quietem occurrentia, quasi timentem illa quoque, universum fugaverant. C Neque quisquam magis quam alius ad ærumnas obduruerat: omnes erant ut in communi calamitate æque et animo et corpore afflicti. Alius beatos prædicabat mortuos, ut jam sensu doloribusque liberatos: lamentabatur alius posteros, quibus miseriis oppressi illi quoque vita essent defuncturi. Item labori succubuerant exploratores nostri, vi mali victi, nec per nivem incerto gradu errantes progredi poterant. Omnium autem acerbissimum erat, quod per regionem hosticam iter faciebamus, neque inde erant res nostræ D periculo vacuæ, sed pariter hiemis hostiumque violentia timebatur.

[b] Sic Cod. non προσῆσαν;

[c] Cod. Ὕπνος

[d] Hic scripta erant hæc non obducta: ἀλλ' οἱ χθὲς ἐρρωμενέστεροι ἐχθὲς ἢ θαρρεῖν ἀλλανομάθομεν πρὸς ἀλλήλους, σήμερον ἀσθενεῖς ἢ καταλειπόμενοι: ea omnia postea inducta sunt.

Hic imperfecte desinit fragmentum prius. Sequitur post quadraginta circiter folia alterum, eadem intricatissima manu, quod, ut est loco in Cod. posterius, ita præcedenti subjungo: tametsi fortasse ad tempus antecedens pertinet. Gens, cui dux ille, quisquis est, oppidum sibi commissum tradiderit, quæ sit, viderint docti, temporum partiumque illarum cognitionem cum prudenti judicio conjungentes. Rem in Chersoneso Taurica geri declarat mentio Clematum 258. B. facta: scriptura est ligata, quam vocant, sæc. X aut XI.

Ἀρχὴν γὰρ δὴ τότε τοῖς βαρβάροις πολεμεῖν ἔγνωμεν[e] ἢ, εἰ δεῖ τι τἀληθῆ φάσαι,

Omnino enim tunc barbaris bellum inferre decrevimus: aut, si vera fateri

[e] Scriptum est hic, et posterius inductum: Καὶ διὰ τοῦτο γὰρ ἢ τὰ βόρεια τοῦ Ἴστρου.

δέοντες

A oportet, recessimus ab illis metu, ne ipsi priores ab iis opprimeremur, statuimusque iis quantum possemus repugnare. Æque enim universos diripiebant inhumanissime et pessundabant, ut quædam belluæ in omnes impetum facientes. Nulla his inerat vel erga conjunctissimos continentia, nec ratione ulla aut justi discrimine in patranda cæde volebant uti: sed Mysorum prædam, quod aiunt, ipsorum regionem reddere malo ac pernicioso consilio meditabantur. Evanuerat superior eorum æquitas et justitia: quas præcipue colentes tropæa antehac
B maxima statuerant, adeo ut civitates et gentes ultro accederent illis. Gliscebant nunc, quæ velut e perpendiculo (quemadmodum aiunt) a virtutibus illis distant, injustitia et intemperantia adversus subditos: neque ornare et ex re ipsarum administrare civitates dedititias, sed redigere in servitutem et exscindere constituerant. Conquerentes de dominis incolæ, seque nihil mali commisisse liquido demonstrantes, nihil amplius proficiebant, quam ut morte non afficerentur. Vis nimirum tanta malorum ingruerat, ut res humanæ quasi ruina aut
C voragine aliqua inopinata ac fatali perculsæ obrutæque horrendum in modum viderentur. Erant exinanita hominibus oppida plus x, pagi plane deserti non minus quingentis: vicinitates denique et confinia nostra velut tempestate obruebantur: incolæ innocentes, pactis juratis traditi, manibus obtruncabantur gladiisque hostilibus.

II. Ejusmodi pestem, generatim omnes misere conculcantem, cum aliquamdiu per infelices conterminos nostros obambulasset, postremo ad præsidium
D meum quoque fortuna infesta adduxit. Quam quia jam antehac eram veritus, in magna cura versabar, ne accideret improviso, nec latente impetu continuo res nostras everteret. Deinde, ubi perspicuum aderat periculum, omnesque palam fatebantur, in discrimen nos vitæ venisse, ego tunc quidem perniciem quam aptissime poteram repuli, quamvis in extremum pæne periculum adductus. Verum inde abruptis commerciis bellum inter nos et barbaros ortum est, in quo neque communicabant amplius nobiscum (tametsi sexcenties de compositione ad illos mittebam), nec sine præliis mutuis res gesta est. Ita bellum continuo

δείσαντες τὸ μὴ φθῆναι ὑπ' αὐτῶν ἀναιρεθέντες, ἀπέστημεν, καὶ αὐτοῖς τὸ δυνατὸν ἀντιτετάχθαι διενοήθημεν, πάντας ὁμοίως λεηλατούντων καὶ διαφθειρομένων ἀπανθρωπότατα, ὥσπερ τινὰ θηρία κατὰ πάντων τὴν ὁρμὴν ἐνδεικνύντα. Οὐδὲ γὰρ τῶν οἰκειοτάτων φειδώ τις εἰσῄει αὐτοῖς, οὐδὲ λογισμῷ τινὶ ἢ κρίσει δικαίᾳ τὸν φόνον εἰργάσθαι προὔθεντο· ἀλλὰ τὴν Μυσῶν [a] λείαν καλουμένην θέσθαι τὴν αὐτῶν [b] γῆν κακῶς καὶ ἀσυμφόρως μεμελετήκεσαν. Ἀνατέτραπτο γὰρ τὸ πρὶν αὐτοῖς ἴσον καὶ δίκαιον· ἃ δὴ περὶ πλείστου τιμῶντες τὸ πρότερον τρόπαιά τε τὰ μέγιστα κατωρθώκεσαν, καὶ πόλεις καὶ ἔθνη αὐτεπαγγέλτως προσῄεσαν αὐτοῖς. Νῦν δ' ὥσπερ ἐκ διαμέτρου ἀδικία τούτοις καὶ ἀμετρία κατὰ τῶν ὑπηκόων ξυνέστηκε. καὶ πόλεις ὑπηκόους, ἀντὶ τοῦ θεραπεύειν καὶ συμφερόντως εὐνομεῖν, ἀνδραποδίζειν καὶ διαφθείρειν ξυνέθεντο. Σχετλιάζοντές τε κατὰ τῶν ἡγεμόνων, καὶ ὡς οὐκ ἀδικοῖεν βεβαίως δεικνύντες οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲν μᾶλλον ἴσχυον τοῦ μὴ τεθνάναι. Φορὰ γάρ τις, ὡς ἔοικεν, οὕτω κακίας ξυμβεβήκει, ὡς περικλύζεσθαι τὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ φοβερώτατα συγκεχῶσθαι δοκεῖν, ὡς ἐκ συμπτώματος ἤ τινος χάσματος παραλογωτάτου καὶ χαλεποῦ. Πόλεις μὲν γὰρ πλείους ἢ δέκα ἀνθρώπων ἐξεκενώθησαν, κῶμαι δὲ οὐκ ἐλάττους πεντακοσίων παντελῶς ἠρημώθησαν· καὶ ἁπλῶς, τὰ γείτονα καὶ πλησιόχωρα ἡμῶν ὥσπερ ἐκ χειμῶνος ἐπικλυσθέντα ἐγένοντο, ἄνθρωποί τε, ἠδικηκότες μηδὲν, προβληθέντες ἐπ' ὁμωσίᾳ, χειρῶν ἔργον καὶ ξίφους ἐγένοντο.

[a] Cod. Μυσῶν.
[b] Sic prius scriptum erat ὑμῶν, sed id induxit.

Chersonesus Taurica populata sæc. X vel XI.

β'. Τὸν δὴ τοιοῦτον ὄλεθρον καὶ κοινῇ πάντας κακῶς διαφθείραντα, καὶ περιελθόντα τοῖς ταλαιπώροις ἡμῶν ἀστυγείτοσι, καὶ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀρχὴν τελευταίως ἡ πονηρὰ τύχη προσῆξεν, ὑφορώμενον μὲν ἐμοὶ καὶ πρότερον, καὶ πολλὴν ποιουμένῳ πρόνοιαν, μὴ ἄν ποτε ἐξαπιναίως ἐμπέσοι, μηδ' ἐκ τοῦ παραχρῆμα λαθὸν τὰ καθ' ἡμᾶς λυμήναιτο. Ὡς δ' ἀφῖκτο καθαρῶς ὁ κίνδυνος, καὶ πᾶσιν ἀνωμολόγητο φανερῶς, ὡς τὰ περὶ ψυχῆς ἤδη ἡμῖν κινδυνεύεται, τὸν μὲν τότε ὄλεθρον σοφώτατ' ὡς εἶχον ἀπεκρουσάμην, ἐμοῦ καίπερ τὰ ἔσχατα παρὰ μικρὸν κινδυνεύσαντος. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, πόλεμος ἡμῖν ἀκηρυκτὶ καὶ βαρβάροις ἐγένετο, ἐν ᾧ οὔτε ἐπεμίγνυον ἔτι παρ' ἡμῖν (εἰ καὶ μυριάκις περὶ σπονδῶν ἐκηρύκευον), οὔτε ἀμαχητὶ πρὸς ἀλλήλους ἦμεν. Καὶ ὁ μὲν πόλεμος εὐθὺς ἦρξατο, ὁ δὲ χειμὼν ἐγγὺς ἦν

ἐμβαλεῖν· ἔτι γὰρ οὐ πολὺ τῶν . . ᵃ ὁ ἥλιος ἀπῆν. Ἀλλ' οἱ μὲν βάρβαροι, στρατῷ παρασκευασθέντες ἱκανῷ, ἐσέβαλον εἰς τὴν γῆν ἡμῶν, ἱππικῷ τε ἅμα καὶ πεζῷ, νομίσαντες ὡς ἅμα βοῇ παραλήψεσθαι ἡμᾶς, τῇ τε τοῦ τείχους ἀσθενείᾳ, τῇ τε ἡμῶν ὀρρωδίᾳ. Καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἦν αὐτοῖς ταῦτα οἴεσθαι, οὕτως ἐπὶ κατεσκαμμένῃ πόλει τὴν οἴκησιν ποιουμένων ἡμῶν, καὶ ὡς ἀπὸ κώμης μᾶλλον ἢ πόλεως τὰς προσβολὰς ποιουμένων[b]. Ἡ γῆ γὰρ προηφάνιστο παρ' αὐτῶν τῶν βαρβάρων καὶ ἱκανῶς ἐξηρήμωτο, ἐκ βάθρων αὐτῶν καταβαλλόντων τὰ τείχη· καὶ τότε ἀρχὴν ἐμοῦ πρώτου πάλιν οἰκῆσαι[c] τὰ Κλήματα διανοησαμένου. Τοιγάρτοι φρούριον μὲν τὸ πρῶτον ἐκ τῶν ἐνόντων ἐξῳκοδόμησα παρ' αὐτήν, ὡς ἐκ τούτου ῥᾳδίως καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν πόλιν οἰκισθήσεσθαι . . .

exarsit, impendebatque hiems : non A multum enim a.. sol aberat. Sed barbari, comparato amplo exercitu, cum equitibus militibusque in regionem nostram irruperunt, nos momento expugnatum iri rati, cum ob murorum infirmitatem, tum ob trepidationem nostram. Neque erat absonum eos hoc sperare, quod in diruto oppido commorabantur, magisque ex vico, ut ita dicam, quam ex urbe eruptiones faciebamus. Vastata enim prius fuerat ab ipsis barbaris regio, et solitudo mera facta, muris solo æquatis: ego autem tunc demum habitare denuo Clemata* primus constitueram. Quare in B principio juxta oppidum pro facultatibus feceram castellum, quod inde facile reliquam quoque civitatem instaurari posse. . .

Sequuntur in folio alio abrupta illa, superioribus subjungenda:

Καὶ τὸ μὲν ἀνῳκοδόμητο τάχει πολλῷ, καὶ περιεπέφρακτο τάφρῳ· καὶ ἅμα τούτων*[d] καὶ ὁ πόλεμος ἤρξατο. Μεμέριστο δὲ τὸ φρούριον κατὰ συγγενείας, καὶ κατέθεντο ἐν αὐτῷ τὰ σπουδαιότερα· ὅσα δὲ περιττά, ἔξω που κατὰ τὸν ἄλλον τῆς πόλεως περίβολον ἔκειτο. Ὠκεῖτο γὰρ ἤδη καὶ ἡ πόλις ἅπασα· τὸ δὲ φρούριον ὡς ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ σώσειν ἡμᾶς ἐξητοίμαστο[e]. Ἀλλ' οἱ μὲν βάρβαροι τότε πολλοὺς αὐτῶν ἀποβαλόντες[f] καὶ καταισχυνθέντες[g] ἀπῄεσαν πρὸς νύκτα, φυλάξαντες τὸ περίορθρον· ἐγὼ δὲ ἅμα ἕῳ τὸν στρατὸν ἀντεξῆγον πολεμησείων. Ἦσαν δέ μοι τότε ἱππεῖς μὲν ὀλίγῳ πλείους ἑκατόν, σφενδονῆται δὲ καὶ τοξόται ὑπὲρ σ'. Οὐδαμοῦ δὲ τῶν βαρβάρων ὄντων, τὰ τῷ καιρῷ μοι σύμφορα ἐξηρτύετο, τεῖχος μὲν τὸ παλαιὸν ἀνεγείρων[h], καὶ διδάσκων τοὺς ἐμοὺς εὖ παρεσκευάσθαι πρὸς τὰ πολέμια. Πρὸς δὲ τοὺς ἡμῖν προσέχοντας δρόμῳ κήρυκας ἔπεμπον, καὶ μετεκαλούμην αὐτούς, σκεψόμενος περὶ τῶν ὅλων[i]. Ἀφιγμένων δὲ ἁπανταχόθεν, καὶ ἐκκλησίας ἐκ τῶν ἀρίστων γενομένης, ἃ μὲν εἶπον ἐγὼ τότε, καὶ ὡς οἵων δεσποτῶν μᾶλλον ἀντιποιεῖσθαι προσήκει, καὶ πρὸς οὕς ἐλθόντας τινὰ ὠφέλειαν πειρᾶσθαι ἀπ' αὐτῶν εὑρίσκειν, καὶ τί ποιητέον ἐστί, καὶ τἄλλα πάντα, ὅσα τότε εἶπον ἐγώ, ἃ καὶ πάντων μᾶλλον ἡγησάμην, μακρὸν ἂν εἴη πάντα ἐφεξῆς λέγειν βούλεσθαι. Οἱ δέ, εἴτε ὡς μηδέποτε βασιλικῆς εὐνοίας ἀπολελαυκότες, μηδ' Ἑλληνικωτέρων τρόπων ἐπιμελούμενοι, αὐτονόμων δὲ μάλιστα ἔργων ἀντιποιούμενοι, εἴτε ὅμοροι ὄντες πρὸς τὸν κατὰ τὰ βόρεια τοῦ Ἴστρου βασιλεύοντα, μετὰ τοῦ

Idque propere et instauratum fuerat, et fossa circummunitum: unaque cum his* bellum quoque incepit. Divisum erat per cognationes castellum, resque pretiosiores in eo depositæ : minus necessariæ extra per reliquum oppidi ambitum erant collocatæ. Habitabatur enim tunc urbs jam tota : castellum autem præparatum fue- C rat, ut in magno periculo nobis saluti esset. At barbari tunc, multis suorum amissis, cum ignominia noctu recesserunt, servato diluculo : primo mane ego prælii cupidus copias contra eduxi. Erant mihi tunc equites paulo plures quam centum, funditores et sagittarii supra cc. Barbari cum nusquam apparerent, quæ apta huic tempori essent a me adornata sunt, murus vetus erectus, edocti mei, quomodo recte se instruerent ad bellum. Eos autem qui ditionis nostræ erant, nunciis cursim missis accersivi, de rerum summa in consilium ire volens. Undique cum D advenissent, concione optimatum coacta, quos tunc ego sermones habuerim, qui domini potius essent expetendi, ad quos venire quamque commoditatem conari oporteret ab illis percipere, quid denique faciendum esset, et cætera universa tunc a me dicta, quæ ipse quoque reliquis omnibus præstabiliora duxissem, longum esset singula ordine dicere velle. Illi, seu quod nunquam benevolentiæ Imperatoriæ fructum ullum cepissent, seu quod, Græcanicam vitæ rationem parum curantes, instituta ad arbitrium ipsorum facta maxime requirerent, sive quod regi ad septentrionem Istri dominanti contermi-

[a] Hæc omnia inducta, repositis iterum paucis inducta. Ubi asteriscum notavi, in Cod. est χειμῶν. Num χειμερινῶν, sc. τροπῶν?

[b] Hic subsequuntur illa, postremis inductis Ἀλλ' ὑπέστη μὲν πολλοὺς αὐτῶν ἀποβαλόντες [sic] καὶ καταισχυνθέντες αὐτοῖσιν πρὸς ἑσπέραν, φυλάξαντες [sic] τὸ περίορθρον. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ τεῖχος πεζοῖς ἡ αὐτοὺς ἀντετάξαμεν, πρὸς δὲ τὸ ἱππικὸν ἱππέας, δίχα τὸ στράτευμα διατάξαντες.

[c] F. scribere voluit οἰκίσαι, instaurare.

* Castrum Clematum [vid. Bandur. Imp. Orient. I. 113. B.]

[d] Subest verbum adeo inductum, ut legi nequeat.

[e] Sequitur hic ἐπηρῖτο, quod oblitus est inducere scriptor.

[f] Codex ἀποβαλόντες.

[g] Sic Codex. Vid. supra B not b.

[h] Sic Cod.

[i] Hic primo leguntur illa Δείσας δέ, μὴ σπουδῆς πλείονος δέωμαι αὐτ.. ad hæc inducta sunt. Deinceps illa item inducta. ἢ φαύλου μεγάλου ἀφίξοιντο. Γενομένης δὲ ἐκκλησίας, ἃ μὲν εἶπον ἐγὼ τότε. Inde hæc non inducta Ἀφιγμένων δὲ κ. τ. λ. quæ in textum recepi.

A nantes, præterquam quod ille exercitu magno valeret vique bellica efferret sese, ab illius vitæ ratione propriis moribus non differrent: idcirco statuerunt pacisci cum illis seque dedere, me autem negotium perficere publicitus omnes decreverunt. Ita profectus sum ad servandas fortunas nostras, eumque talem deprehendi, qualem desiderare quis maxime posset. Atque ita, ubi colloquio brevi, ut poteram, totum negotium transegeram cum eo, ille rem majorem, plus quam ullam, reputans, mihi Clematum imperium iterum volens lubensque omne tradidit, addidit-
B que etiam præfecturam totam, et ex ipsius regione reditus annuos idoneos largitus est.

στρατῷ ἰσχύειν πολλῷ καὶ δυνάμει μάχης ἐπαίρεσθαι, ἤθεσί τε τοῖς ἐκεῖ τὰ παρὰ σφῶν αὐτῶν οὐκ ἀποδιαφέροντες, ἐκείνῳ καὶ σπείσασθαι καὶ παραδοῦναι σφᾶς ξυνέθεντο, κἀμὲ τὰ τοιαῦτα πράξειν κοινῇ πάντες ἐπεψηφίσαντο. Καὶ ἀπῇειν, ἵνα τὰ ἡμέτερα σώσω, καὶ ἐνέτυχον αὐτῷ ὡς εὔξαιτ' ἂν μάλιστά τις. Καὶ, ὡς δυνατὸν ἐν βραχεῖ λόγῳ πᾶν συμπεράνας αὐτῷ, ἐκεῖνος μὲν πολλὸς μᾶλλον[a] μεῖζον τὸ πρᾶγμα ἐλογίσατο, ἐμοὶ δὲ τὴν τῶν Κλημάτων ἀρχὴν αὖθις ἀσμένως πᾶσαν ἔδωκε, καὶ προσέθηκε καὶ σατραπείαν ὅλην, ἐν τῇ γῇ τῇ αὐτοῦ προσόδους ἐπετείους ἱκανὰς ἐδωρήσατο.

Clematenses ultro se dedunt.

[a] Sic Cod.

Desinit hic præclarum illud plenumque rerum novarum fragmentum: quod si commentatio scriptiove, unde manat, integra ætatem tulisset, næ tuus haud paulo plus, quam nunc, sciremus de historia Chersonesi Tauricæ in tenebris, ut ita dicam, jacente ab a. 950, circa quem Constantinus Porphyrogeneta scripsit, usque ad colonias Genuensium in hos tractus sæc. XIII. deductas. Speremus certe, excussis per alias bibliothecas codd. Græcis medii ævi, lucem novam huic quoque historiæ parti oblatum iri: idque ut confidamus fore faciunt Ill. Comitis *Nicolai* de ROMANZOFF magnificentia, liberalisque ac generosus animus, quo incitatus cum reliquas disciplinas omnes fovet, tum maxime historiam patriæ locupletari cupit et ornari.

Pag. 108. D. C καὶ αὐτὴν τὴν μίαν ἐπιπολήν] Lege καθ' αὐτήν· nam ex præpositionibus nulla fere tam male a librariis est habita quam κατὰ, modoque ob sigli sive monocondylii, ut vocant Græci, similitudinem cum vocibus καὶ, κακὰ, κάτω, μετὰ confusa, modo cum vocabulo proxime sequenti coagmentata, secus atque oporteret.

Velut (afferam primo exempla confusæ καὶ et κατὰ) Actis Conc. Flor. IX. 132. B. ὀφείλει νοεῖσθαι καὶ τὸν νοῦν ἐκεῖνον, certo certius, legi debere κατὰ τὸν νοῦν ἐκεῖνον. Item Supplement. Commentarii S. Athanasii in Psalmm., a Montefalconio editis, II. 80. C. μὴ κατὰ νόμον ζῶντας, ἀλλὰ καὶ ἐθνικὴν καὶ βαρβαρικὴν ὠμότητα, lege, ἀλλὰ κατά. Porro in Actis S. Bonifacii 284. B. αὕτη δὲ τρίτον Κάνδιδα ἔπραξεν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἐπαρχότητα· emenda, καθ' ἐπαρχότητα, et verte, *ter Candida egerat Romæ ex prætura*, non *ex præfectura*, ut habet vetus versio Latina. Filiorum enim, qui Prætores erant, nomine opulens illa Aglais, de qua ibi, ludos ediderat, qui a prætoribus vel quæsto-
D ribus candidatis, sumtu ipsorum acti, inde Candida vocabantur. Moris autem fuisse ut matres filiis sumtus suppeditarent ad ejusmodi munerum editionem, Henr. Valesius demonstravit Prolegomen. ad Possini edit. Passionis SS. Perpetuæ et Felicitatis 10. A. Contra apud Manuël. Calecam De essentia et operatione II. 21. D. τοὺς παρ' αὐτοῖς κεκαθαρμένους κατὰ τὸ τούτων ἐνεργειῶν ἀποτελέσματα ἀκτίστους καὶ ἄκτιστα ἀποτελεῖσθαι· dubium non est quin legendum sit, καὶ τὰ τῶν τούτων· et in Prolegomenis Hexaplorum Origenis I. 101. C. μαθὼν τὴν αὐτῶν διάλεκτον, κατὰ στοιχεῖα ἑρμηνείαν ἑαυτῷ ἡρμήνευσεν, lege et distingue, τὴν αὐτ. διάλεκτον καὶ τὰ στοιχεῖα, ἑρμηνείαν κ. τ. λ. ut sit sensus, non ut redditur in edit. Montefalc. *eorum* [Hebræorum] *linguam edoctus, secundum elementa, id est ad litteram, interpretationem edidit*, sed potius, *eorum linguam et litteras edoctus, interpretationem sibi effecit*, et quæ sequuntur: est enim phrasis sumta e S. Epiphanio De LXX interprett. I. 89. D. Unde similiter corrigendum Chronicon Paschale 255. B. his ipsis verbis, τὴν αὐτῶν διάλεκτον, κατὰ στοιχεῖα· lege, καὶ τὰ στ. Apud Theophanem porro Chronograph. 144. D. Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ τὰ

Confusio vocum 1.) κατὰ et καί.

Acta S. Bonifacii illustrata.

2.) κατὰ et κακά.

κατὰ τὸν ἅγιον Ἀρέθαν — ἐπεράχθη ὑπὸ τ͂ Ὁμηριτῶν, scribendum videtur, τὰ κατὰ τὸν A
ἅγιον Ἀ.

3.) κ͂ et κάτω. Confusionis vocum κατὰ et κάτω pauciora exempla invenio apud auctores Græcos medii ævi, velut in Pachymere Histor. I. 341. E. ἐν τῷ τῷ ἁγίῳ Αὐξεντίῳ βουνῷ κάτω που τοὺς πρόποδας σκηνουμένῳ· ubi legendum videtur, κατά που.

4.) κ͂ et μετὰ. Multo plura confusionis vocum κατὰ et μετὰ, ob siglorum κ͂ et μ͂ in Codicibus inde a sæculo duodecimo summam similitudinem. Velut in S. Ephraïmo De perfection. hominis III. 299. B. inter ærumnas Noæ cum tot animalibus in angustam arcam compacti : τίς δὲ εἴποι τὰς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ταλαιπωρίας· scribe, κατὰ τὸν κατακλυσμόν· præsertim, si sequentia respicias : Assemanus tamen vertit eodem errore, *miserias post diluvium*. Simile mendum hæret in textu Pseudosynodi Palamiticæ Act. Conc. edit. Paris. XI. 344. A. φανερῶται δὲ, ὁ κατὰ τὴν οὐσίαν — ἀλλὰ μετὰ [l. κατὰ] τὴν χάριν· quæ eadem prava lectio in Combefisianam quoque edit. manavit : versio B
tamen Latina recte, *sed secundum gratiam*. Item apud Gregentium Tephrensem Disputat. cum Herbano Judæo 37. b. B. ὑπάρχησε στῆναι μετὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, manifestum est legendum esse στῆναι κατά· versio Latina recte, *contra archiepiscopum in disputatione stare*. Contrarium accidit in Nectarii Patriarchæ Responsione ad Claudium 181. A. τοῦ πρότερον, κατὰ [l. μετὰ] Ἑβραϊκὸν λαὸν, τὸ εὐαγγελικὸν διέδραμε κήρυγμα; οὐχὶ πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας; versio Latina recte, *post Hebraïcum populum :* apudque Alexandrum rhetorem De figuris sententiar. ac elocut. 61. C. leg. ὥστε μεθ' ἑτέρων, non ὥστε καθ' ἑτέρων· Laurentiique Normanni versio, *ut per plures, alias universus sententiæ ambitus absolvatur*, sic est immutanda, *ut cum aliis plenam sententiam efferant*.

Κατὰ perperam 1.) cum voce sequente conjuncta. Pravæ coalitionis præpositionis κατὰ cum voce subsequente insigne exemplum in Œcumenii Enarratt. in Acta Apost. I. 104. D. ἡ δὲ ἐν διαφωνία τοῦ ὀνόματος ἐνταῦθα — ἢ κατάσφαλμα, ὡς εἰκὸς, γραφικὸν γέγονεν, ἢ κατὰ διωνυμίαν εἴρηκεν· ubi nemo non C
videt, scribendum esse κατὰ σφάλμα.

2.) separata. Contra in S. Athanasii Orat. contra gentt. I. 16. D. male cusum est, κατ' ἀλλήλους γὰρ ταῖς οὐσίαις τὰς πράξεις εἶναι χρή· estque ex duabus primis vocc. una, καταλλήλους, conflanda. Id addidi summorum virorum Schæferi et Bastii notis ad Greg. Corinth. 69. C. 285. B. 342. C. 405. C. 638. B. 825. B. ubi κατὰ vel perperam scripta, vel inique expulsa ex oratione est : quod si referre velis, quoties significatus ejus argutiores parum percepti sint a viris doctis, secusque redditi, et aliena ea res videri possit ab instituto nostro, et latissime patere, ad plurimosque pertinere.

ἑορτὴν ἐπιτελέσας, ἐν ᾗ μνήμην — Δημητρίου — παρέλαβεν ἡ συνήθεια] Hoc est a. d. vii. Kal. Novembr. ut docemur cum aliunde, tum ex narratione inedita inq. Cod. Bibl. Reg. servata De miraculis S. Demetrii, composita sæc. vii medio, et a Le Quien Orient. Christ. II. 42. C. aliisque compluribus Joanni archiepiscopo Thessalonicæ tributa. Est D
ea narratio tam referta variis minutisque rebus ad Thessalonicenses spectantibus (a quibus S. Demetrius summa religione colebatur), ut minus panegyricum esse Sancti, quam Thessalonicensis civitatis annales diligenter perscriptos dicas. Quapropter constituisse se ut totam ederet Combefisius testatur ad Joann. Cameniatam, Scriprt. post Theoph. 314. C. Nos, quæ fato præventus præstare ille non potuit, exequi fortasse conabimur volumine aliquo subsequente : quo prodibunt Vitæ Sanctorum, egregie idoneæ ad illustranda tempora Historiæ Byzantinæ ea, quæ maxime muta sunt a litteris. In præsenti satis habuimus, delegisse ex narratione illa miraculum unum, unde dies, qua S. Demetrio Thessalonicenses faciebant, potest intelligi : item situs et nomina ecclesiarum suburbanarum, et quantopere agri circumjecti sæculo sexto vergente incursionibus Sclavinorum fuerint obnoxii :

Fol. 87 recto. — Τοῦ καλλινίκου καὶ φιλοπόλιδος τούτου μάρτυρος Δημητρίου ἦγεν ἑορτὴν ἡ χώρα πᾶσα, καθὼς εἰώθει, τῇ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς εἰκάδι

— Triumphatoris hujus et civitati dediti martyris Demetrii diem festum agebat regio omnis, ut consueverat, die xxvi. mensis

A mensis Octobris. Ita cum omnes lætarentur in Spiritu, quod implesset Dominus preces servorum ipsius, dignosque duxisset eos gratia Martyris, late fusa pace, ita ut vox de barbaris omnino nusquam tunc exaudiretur, die festivitatis altero, subito media nocte ex dispositione coronati victoris (sic enim dicere persuasit mihi eventus rei), igni correptum est sanctum ejus ciborium argenteum, de quo sæpe superius memoravimus. Id cum per totam urbem brevi percrebuisset, omnes maximeque ætate juniores eo concurrerunt, qui ob
B virium integritatem nullo negotio pellere somnum possunt. Ii cum tot evaderent, ut præ multitudine sanctissimum delubrum obstrueretur, argentum omne igni liquefactum per pavimentum fusum erat, aquæ ritu: idque undique velut fluminibus inundabat magnus amphorarum numerus. A quibus denique Dei providentia flammæ superatum periculum est. Non tantum enim anxietate omnes in desperationem mersit ciborii incendium, quantum metus, ne flamma lacunar ecclesiæ attingeret, corda spectantium emacerabat. Id nimirum cum acci-
C disset (timor enim, quo erant perterriti, subiit illos, ut demonstratum est, ob ferream eque fastigio ciborii suspensam catenam, unde pendebat multis illustris luminibus argenteus tunc pharus: per quem, ritu convolvuli, emicans ignis attingere fornicem, et calathos, quos vocant, amburere cœpit): tum vero nonnulli, aërio cursu agiliter per trabes volantes, vasis compluribus aqua plenis Deo obsecundante flammam compescuerunt.

II. Post hæc, cum ingens illa vis homi-
D num non discederet, sed intus maneret, nec qui abigerent aut propter noctis intempestum facessere hinc hortarentur, persuadere id multitudini possent, formido subiit nonnullis e curatoribus augusti templi, ne qui ignoti, cum ob multitudinem hominum congregatorum, tum ob ipsam noctem, surripere tentarent argentum, non modo id quod incendio deflagraverat, verum etiam quodquod suspensum erat ad festum cohonestandum. Ita aliquis vir spectabilis, qui militia honesta scrinii Dacici, quod aiunt, fungebatur, sub dispositione virorum illustrium præfectorum per Illyricum, secum reputans, modum esse

ὀκτὼ ἡμέρᾳ. Καὶ δὴ πάντων εὐφραινομένων πνευματικῶς, ὡς πληρώσαντος τοῦ Κυρίου τὴν εὐχὴν τῶν δούλων αὐτοῦ, καὶ ἀξιώσαντος αὐτοὺς τῆς χάριτος τοῦ μάρτυρος, ἐν εἰρήνῃ πλατείᾳ, καὶ βαρβαρικῆς ὀμφῆς μηδόλως μηδαμοῦ τηνικαῦτα κατακουομένης, τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς, ἄφνω μέσης νυκτὸς κατ' οἰκονομίαν τοῦ ἀθλοφόρου (οὕτω γάρ με λέγειν τὸ πέρας τοῦ πράγματος ἔπεισεν), ἀνήφθη πυρὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ κιβώριον τὸ ἀργύρεον, περὶ οὗ πολλάκις ἀνωτέρω ἐμνημονεύσαμεν. Τούτου δὲ κατὰ πάσης τῆς πόλεως ἐν βραχεῖ καιρῷ διαχυθέντος, συνήχθη πᾶν τὸ νέον ὡς μάλιστα τῆς ἡλικίας, τὸ καὶ τὸν ὕπνον εὐχερῶς δι' εὐσθένειαν ἀποβάλλον. Ὡς δὲ τοσοῦτοι γεγόνασιν, ὡς ἀποβυσθῆναι τῷ πλήθει τὸ πανάγιον τέμενος, ὁ μὲν ἄργυρος λυθεὶς τῷ πυρὶ ἦν ἅπας ἐπὶ ἐδάφους, ὡς ὕδωρ· τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἀμφορέων περιέκλυζε τοῦτον ποταμηδόν. Ὑφ' ὧν καὶ προνοίᾳ Θεοῦ νενίκητο τὸ τῆς φλογὸς ἐπικίνδυνον. Οὐ τοσοῦτον γὰρ τῇ ἀθυμίᾳ πάντας εἰς ἀμηχανίαν ἐβάπτισεν ἡ τοῦ κιβωρίου πυρπόλησις, ὅσον ἡ προσδοκία, τοῦ φθάνειν τὴν φλόγα περὶ τὴν ὀροφὴν τοῦ ναοῦ, τὰς καρδίας τῶν θεωμένων ἐξέτηκεν. Οὗπερ καὶ γενομένου (φόβος γὰρ, ὃν ἐδεδοίκεισαν, ἐπῆλθεν αὐτοῖς, καθὼς γέγραπται, ἐκ τῆς κατὰ κορυφῆς τοῦ κιβωρίου κρεμαμένης ἁλύσεως σιδηρᾶς, ἐξ ἧς πολύφωτός τις ἀπῃωρεῖτο καὶ ἀργύρεος τηνικαῦτα κρατήρ· δι' οὗ, δίκην σμίλακος, τὸ πῦρ ἀνατεμηθὲν φθάσαι τὴν ὀροφὴν, καὶ τοὺς καλουμένους καλάθους ἤρξατο περιτρέφειν)· δὴ τότε τινὲς, ἀεροδρομήσαντες εὐκινήτως κατὰ τῶν δοκῶν, σὺν ἀγγείοις πλείοσιν ὑδατοφόροις Θεοῦ συνεργίᾳ περιεγένοντο τοῦ φλογμοῦ.

β'. Μετὰ γοῦν ταῦτα, τοῦ πλήθους τοῦ ὄχλου οὐ διεγχωροῦντος, ἀλλ' ἐπιμένοντος ἔνδον, καὶ τῶν ἀποσοβούντων ἢ καὶ ὑποχωρεῖν διὰ τὸ ἄωρον τῆς νυκτὸς κελευόντων, οὐκ ἰσχυόντων πεῖσαι τὴν πληθὺν, δέος ὑπεισῆλθέ τινας τῶν κηδομένων τοῦ πανσέπτου ναοῦ, μή τινες ἀγνῶτες, διά τε τὸ πλῆθος τοῦ ὄχλου, διά τε τὸ νύκτα τυγχάνειν, ἐπιχειρήσαιεν εἰς ἁρπαγὴν τοῦ ἀργύρου, οὐ τοῦ καταφλεχθέντος μόνον τῷ πυρὶ, ἀλλὰ καὶ παντὸς τοῦ κρεμαμένου πρὸς εὐκοσμίαν τῆς ἑορτῆς. Καὶ δὴ βουλευσάμενος εἷς ἀξιομνημόνευτος ἀνὴρ, καὶ τὴν ἔντιμον στρατείαν τοῦ Δακικοῦ καλουμένου σκρινίου τῶν ὑπερλαμπρῶν ὑπάρχων τοῦ Ἰλλυρικοῦ στρατευόμενος, ὡς οὐκ ἔστι τρόπος ὁ

Fol. 87 verso.

Ciborium nobile S. Demetrii Thessalonicæ.

Fol. 88 recto.

Fol. 88 verso.

δυνάμενος ἀλύπως καὶ ἀπροφασίστως ἐξωθῆσαι τὸν ὄχλον ἐκ τοῦ ναοῦ, εἰ μὴ προφασίσοιτό
Fol. 89 rect.
τις αἰφνιδίαν βαρβάρων ἐπιδρομήν, τοῦ ἀθλοφόρου τὴν ἐκείνου καρδίαν εἰς τοῦτο κινήσαντος, ἤρξατο βοᾶν· Βάρβαροι περὶ τὸ τεῖχος, ὦ ἄνδρες πολῖται, ἀπροσδοκήτως ἐφάνησαν· ἀλλὰ σὺν ὅπλοις ἅπαντες ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὁρμήσατε. Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος δῆθεν ἐβόα πλαττόμενος, τοῦ ἐξαγαγεῖν τοὺς ὄχλους ἐκ τοῦ ναοῦ, καὶ κατασφαλίσαι τοὺς πυλεῶνας· ὡς ἂν μεθ' ἡσυχίας ἡ συλλογὴ τοῦ χωνευθέντος ἀργύρου προσγένηται. Τὸ δὲ προμηθείᾳ καθειστήκει τοῦ πανενδόξου μάρτυρος, εἰς τὸ μὴ νυκτὸς ὑπ' ἀγνοίας κινδυνεῦσαι τὴν πόλιν. Ὁ γὰρ δῆμος ἅπας, τῆς ἀπροσδοκήτου ταύτης βοῆς κατακούσαντες, ἔδραμον εἰς οἴκους, καὶ ὁπλισθέντες ἐπὶ τὰ τείχη ἀνῄεσαν.

nullum, quo sine molestia indictaque causa ex ecclesia pelli turba posset, nisi quis subitam barbarorum incursionem prætexeret, coronato victore cor ejus ad id permovente, clamare cœpit : *Cives, barbari ad murum apparuerunt inopinato : quin cum armis omnes pro patria procurrite.* Hæc ille simulans, ut vulgus videlicet exciri ex ecclesia, vestibulaque occludi possent ; posteaque sedate conquisitio argenti fusi fieret. Atenim id providentia accidit gloriosissimi Martyris, ne inscientia nostra noctu periclitaretur civitas. Nam populus omnis, audita illa nec opinata voce, in domum quisque B suàm cucurrit, armisque sumtis muros conscendit.

Fol. 89 vers.
S. Matronæ ecclesia suburbana ad Thessalonicam.

γ'. Εἶτα καθορῶσιν ἐπὶ τὸ πεδίον τοῦ σεβασμίου ναοῦ τῆς Χριστοφόρου μάρτυρος Ματρώνης πληθὺν βαρβαρικήν, οὐκ ἄγαν μὲν πολλὴν (ἄχρι γὰρ πέντε χιλιάδων παρ' ἡμῶν ἐλογίσθησαν), σφοδρὰν δὲ τῇ ἰσχύϊ, διὰ τὸ ἐπιλέκτους τε ἅπαντας καὶ ἐμπειροπολέμους καθεστηκέναι. Οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἀθρόον πόλει τηλικαύτῃ προσέβαλλον, εἰ μὴ ῥώμῃ καὶ θάρσει τῶν πώποτε κατ' αὐτοὺς στρατευσαμένων διενηνοχότες ἐτύγχανον. Ὡς δὲ ἀνέκραξεν ἀπὸ τοῦ τείχους ἡ πόλις, αὐτοψεὶ τοὺς ἀντιπάλους εἰσβλέψασα (ὄρθρος γὰρ λοιπὸν ἦν, καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἐπέφωσκεν), οἱ πλεῖστοι κατελθόντες καὶ τὰς πύλας ἀνοίξαντες, ἔξω τὴν συμπλοκὴν πρὸς ἐκείνους, τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἀθλοφόρου αὐτοὺς ἐνισχύσαντος, ἐποιήσαντο,
Fol. 90 rect.
ἤδη λοιπὸν φθάσαντας τῇ μανίᾳ τῆς θηριωδίας αὐτῶν καὶ μέχρι τοῦ σεβασμίου τεμένους τῶν τριῶν ἁγίων μαρτύρων, Χιόνης, Εἰρήνης καὶ
Ecclesia SS. Chionæ, Irenæ et Agapes.
Ἀγάπης. Ὅπερ, ὡς ἴστε, βραχυτάτῳ διαστήματι τοῦ τῆς πόλεως τείχους ἀφέστηκε. Καὶ δὴ μέχρι πολλοῦ τῆς ἡμέρας συρρηγνυμένων ἀμφοτέρων ἀλλήλοις, καὶ τὰς διώξεις καὶ τὰς ὑφέσεις ἐπικινδυνώτερον οἱ τῆς πόλεως στρατοποιησάμενοι, διὰ τὸ παντὸς τοῦ τῶν Σκλαβίνων ἔθνους τὸ ἐπίλεκτον ἄνθος, ὡς εἴρηται, τοὺς ἀντιπαρατασσομένους καθεστηκέναι· τέλος, αὐτῆς τοῦ μάρτυρος τῆς ἐπιστασίας ἐπιφανείσης, ἀπεδιώχθη τὸ βάρβαρον αὐτῆς ἡμέρας τῶν τῇδε μερῶν, ὑποχωρῆσαι ὅπερ εἰσέβαλε. Καὶ τὰ μὲν τῆς τότε γεγενημένης ἀπροσδοκήτου καὶ
Fol. 90 vers.
θηριώδους ἐπιδρομῆς οὕτω συνετελέσθη.

III. Ibi conspiciunt in campo venerandi delubri martyris Christum gestantis Matronæ turbam barbarorum, non ita quidem magnam (ad quinque millia æstimabantur a nobis), viribus autem plurimum valentem, quod electi essent omnes et in bellis exercitati. Neque tam subito adorti essent tantam urbem, nisi robore et animo quotquot suorum un- C quam præliandi causa exierant superassent. Cives ut e muro clamorem sustulerant, adversariis perspicue visis (jam enim diluculum erat, et surgebat dies), plerique descendentes, reseratis portis, Christo et coronato victore illos roborante, foris prælium cum hostibus fecerunt, qui furore feritatis suæ jam usque ad augustum fanum trium sanctarum martyrum, Chionæ, Irenæ et Agapes, proruerant. Id, ut scitis, proxime abest a muro urbis. Ita cum ad multum diem D alteri alteris concurrerent, insectationesque ac recessus non sine discrimine facerent oppidani, ideo quod flos ex omni Sclavinorum gente delibatus, sicut dictum est, in adversa acie constiterat: denique, ipso Martyris numine se declarante, manus barbara eo ipso die repulsa est, revertique unde intraverat, coacta. Et quæ tunc obvenerat improvisa atque atrox invasio, in hunc modum finem cepit.

De *ciborio* sive umbraculo altaris altius educto columnisque quatuor innixo, copiosi sunt Ducangius Glossar. I. 653. D. Constantinop. Christ. 50. A. — 55. A. Descript.

A S. Sophiæ 573. D. et Reiskius Comment. ad Const. Porphyr. Cærimon. aul. Byz. II. 64. A. 78. B. De templo nobilissimo Thessaloniceosi S. Demetrii collegit loca idem Ducangius ad Ann. Comn. 252. D. Tempus autem, quo Sclavini Thessalonicam sic tentaverunt, incidere videtur in a. 584: vide J. Chr. von Engel *Geschichte des Ungrischen Reichs und seiner Nebenländer* I. 259. B. Paucisque annis post, ut prodit auctor unde hæc delibamus, Avarorum princeps, legatis ad Mauricium Imp. missis, τὸν τὸ τηνικαῦτα τῶν Ἀβάρων ἡγούμενον, φίλαττα πρέσβεις πρὸς τὸν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, καὶ τὰ σκῆπτρα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς κατέχοντα τότε Μαυρίκιον, fol. 97 *recto*, cum non posset inter eos quicquam convenire, omnem Sclavinorum gentem in Thessalonicam effudit. Nam erat tunc tota hæc natio in ditione ejus: ὑπεῖχεν γὰρ αὐτῷ τηνικαῦτα τὸ ἔθνος ἅπαν· quo confirmantur, quæ Engelus loco cit. I. 258. C. de Sclavinis post a. 573 Avarorum imperio subjectis acute disputat. Sequitur in Cod. longa narratio de B Thessalonica bis sub Mauricio Imp. acerrime oppugnata, semel tunc a Sclavinis, iterum ab ipsis Avaris: deque civitatis post varias summasque angustias improvisa liberatione. Quæ omnia ante a. 602, quo cæsus est Mauricius, gesta, ab oculatoque teste perscripta (qui ideo alius esse debet ac Joannes II archiepiscopus Thessalonicensis, circa a. 680 florens), ut supplementum Historiæ Theophylacti Simocattæ in aliquo subsequentium voluminum, ut diximus, si res nostræ siverint, proferemus. Thessalonica sub Mauricio Imp bis oppugnata.

Pag. 109. A. τὸ ἡμισφαίριον τῆς ὑπερῴας τῆς μεγάλης ἐκκλησίας] Plura de hemisphærio illo Ducangius Ad Pauli Silentiarii descriptionem S. Sophiæ 546. B. Terræ motum, de quo hic Leo, memorat Elmacinus Histor. Sarac. 252 C. Similem, ut hic sub Basilio, Agathias 145. C. sub Justiniano accidisse scribit. Alius sub Mauricio tantam Byzantinis formidinem intulit, auctore Theophylact. Simocatta Histor. 24. D. ὡς καὶ τοὺς ἱππομανοῦντας ὑπὸ τοῦ δέους ἀθρόον μετάλλεσθαι [l. μεθάλλεσθαι] πρὸς τὸ σῶφρον. C Quæ inepte vertit Jacobus Pontanus: *ut etiam qui equarum in morem libidinum furiis agitarentur, icti metu, repente ad pudicitiam sese darent.* Sunt enim οἱ ἱππομανοῦντες homines equestribus ludis sive Circo dediti, qui omnes ex gymnasio τῶν ἱππικῶν ἀγωνισμάτων, de quo Simocatta statim post 25. A. in ecclesias trepidantes se conjecerunt.

Pag. 109. B. ὁ ἐν τοῖς Εὐτροπίου] De Eutropii portu Banduri Imper. Orient. II. 738. A. et Petrus Gyllius De Bosporo Thracio I. 338. D.

Pag. 109. B. καὶ ὁ ἐν αὐτῷ μοναστὴς] Quem usum, ut Simeonis Stylitæ ritu viri religiosi super columnis ætatem degerent, ad sæculum XII. perdurasse auctor est Nicetas Choniat. 244. C. Isaacium Angelum convocasse τοὺς γυμνόποδας καὶ χαμεύνας τῶν μοναχῶν, καὶ ὅσοι κίοσι τῆς γῆς ὑπερήρθησαν. Mire Hieronymus Wolfius vertit, *veluti columnis supra humum efferuntur:* et emendat in notis 437. D: *fortasse* ὅσοι κίοσι, vel κίονες. Reddendum, *qui columnis supra terram se extulerant.* Ac jam ante Andreas Schottus apud Photium Monachi stylitæ sæc. XII.
D 831. A. hæc de S. Simeone Stylita, τοῦ ἐν τῷ κίονι στάσιν ἀθλήσαντος, *qui* [asceticæ] *stationis certamen in columna sustinuit*, errore pæne joculari sic reddiderat: *Sancti Simeonis, qui in seditione Cionensi occubuit.* Nec facile, ut hoc obiter dicam, ea in versione pagellam invenias, quin sit deformata erroribus, interpretisque seu imperitiam seu oscitantiam prodat. Velut 887. D. Sophronius, qui sæc. VII Hierosolymæ Patriarcha fuit, ad Honorium Imp. sæc. V mortuum scripsisse dicitur epistolam, ἡ ἀποσταλη ἐν Ῥώμῃ Ὀνωρίῳ τῷ ταύτης ἐπάρχοντι. Schottus: *Honorio Romano Imperatori missam.* Verte: *Honorio, hujus* [urbis Romæ] *antistiti*, Pontifici. Epistolæ quoque Photii, a Richardo Montacutio versæ atque editæ, non meliorem subierunt fortunam. Nam modo interpres, ut erat rudis rerum Byzantinarum, protospatharium ob non intellectum siglum πρωτοσπαθαρίῳ (vide supra 217. A.) *Aspatharium* vocat 69. A. et primum notarium vel primicerium (πριμικήριον) *a notariis* 361. B. modo tum religionum tum linguæ Græcæ admodum se ostendit imperitum. Sic 73. C. legitur, ridiculene dicam an scelerate: *retributio a cælis reposita est iis qui cum proposito mentiendi verba impia protulere.* Sed Errores in translatione Latina Bibliothecæ Photianæ.

locutio τοῖς ἐπὶ ψεύδει ῥῆμα πονηρὸν ὑφισαμένοις, quæ est allusio ad S. Matth. v. 11. A
sic erat reddenda : *iis qui malum verbum contra se mendaciter prolatum sustinent*, patiuntur, tolerant. Et 13. C. παρελθεῖν αἰτεῖσθαι τὸ ποτήριον τοῦ θανάτου, καὶ δόξαν αὐτῷ καλεῖν πάλιν, vertit, *deprecari ut transeat mortis poculum, et eandem rursus glorificationem dicere*, non animadverso participio nominativoque absoluto in altera parte locutionis, sic vertendæ : *depr. ut transeat mortis poculum, et illud idem (cum ita visum ipsi fuisset) rursus arcessere*. Sed infinitum esset sigillatim persequi, ubi oscitans interpres ille alucinatus est.

τήν τε Λογγιάδα καὶ τὴν Δεζῆν] Cedren. II. 683. C. habet κατὰ τὴν Ἀνάζαρβον καὶ τὴν Ποδανδόν· Scylitza ms. τὴν Ἀνάβαρζαν (vide supra 32. B.) καὶ τὸ Πανδαδόν. Δεζῆς sive Δεζῆς videtur locus quem Zonaras II. 201. A. Δεζίβιον, Cedren. II. 554. D. Δείζιον s. Δριζίον vocant. Pag. 109. C.

τὰ ῥυπάσματα] Ῥυπάσματα sunt sæpissime apud auctores Christianos *inquinamenta* Pag. 110. C.
seu *maculæ* animi, h. e. *peccata*. Usurpant ita Theophanes Nicænus Epist. doctrinali B
de patientia et longanimitat. 40. A. S. Basilius Epist. canonica II. ad Amphiloch. II. 773. C. Hesychius presbyter De temperant. et virtute I. 1001. A. Leo Imp. In exaltat. S. Crucis 268. 9. S. Gregorius Nyss. In principium jejun. III. 247. D. aliique multi.

ἐνιαυτοὺς ἕξ, πρὸς ἡμέραις τριάκοντα] Sic Cod. non siglis, sed plenis litteris. Male Pag. 110. D.
Cedr. II. 684. B. βασιλεύσας ἔτη ς', τοσούτους μῆνας· nam Tzimisces die XI. Decembr. a. 969 nocte media Imperator salutatus (vide supra 225. A.), obiit die x Januarii a. 976. Elmacinus Hist. Sar. 243. D. perperam scribit, eum mense Martio vita functum.

CAROLI

CAROLI BENED. HASE

IN LIBRUM

D. NICEPHORI AUGUSTI

DE VELITATIONE BELLICA

NOTÆ PHILOLOGICÆ ET HISTORICÆ.

Pag. 117. A. A Περὶ παραδρομῆς πολέμου] Cum ex universo libello, tum maxime ex cap. VI. patet, παραδρομὴν proprie esse, quando adversarios iter facientes a latere comitaris, exploratoribus et præcursoribus circum fusis, ut pro facultate et hostes a vastationibus arceas, et rei bene gerendæ occasionem, si se offerat, ne amittas. Eadem bellandi ratio, adversariis considentibus, vocatur παραμονὴ, 141. D. 142. A. et παραμένειν 141. C. D. 144. A. D. 145. B. D. Ad exprimendam vocem παραδρομὴ cum verba *consectatio*, *assectatio*, *observatio*, *jaculatio equestris* (de qua C. Plinium Secundum librum scripsisse scimus), neutiquam satisfacerent, postremo vocem *velitatio* elegi, quæ vim rei, quantum quidem latine intelligo, paulo minus male reddere videbatur. Lambecius Comment. de Bibl. Cæs. VII. 432. nimis generatim vertit *De re militari*, Fabricius Biblioth. Græc. VI. 347. *de eventibus bellicis et excursione*. Quantopere fluctuarim in voce vertenda, vel ex diversis interpretationibus meis patet 117. A. 125. B. 127. B. 152. A. 157. C. — Παραδρομὴ quomodo latine vertendum

B

Pag. 118. D. ὁ Μελεϊνὸς ἐπίκλησις] Hunc Constantinum Meleïnum ducem Cappadociæ a. 960 sive 961. operam præbuisse Leoni Phocæ in expeditione contra Chambdanum videmus ex fragmento Chronici inediti, quod dedi supra 199. C. Variatur in scriptura Μαλεϊνὸς, Μαλέϊν., Μελεϊνὸς et Μελέϊνος.

Pag. 120. A. καὶ ἀκριτικῶν θεμάτων] Ἄκραι sunt limites imperii, 122. A. 123. C. ergo ἀκριτικὰ θέματα provinciæ in extremis finibus sitæ, *limitaneæ*, 157. B. Unde homines qui limites habitant ἀκρῖται vocantur 122. D.

Pag. 120. B. ἐφιστῶντες] Ejusmodi formas in άω cum auctor noster tum alii hujus ætatis multo magis frequentant quam verba in μι. Sic διϊστᾷ 122. B. ἐφιστῶν 121. B. D. ἐφιστῶν 146. A. 152. C. καθιστᾷν 122. D.

χῶραι quid. οἱ χῶραι] Hoc est, *plebs pagana*, habitatores vicorum quos χωρία vocat 127. B. A Pag. 121. B.
χωρίτας 126. B. 133. C. 158. B. οἰκήτορας τῶν χωρίων 132. B. 140. A. τοὺς τῶν χωρίων πολίτας 160. C. Est enim χωρίον apud Græcos medii ævi recentesque *vicus, pagus*, ut vel ex Tacticis Nicephori liquet 152. D. 159. C. Ducangius Glossar. II. 1774. D. Quod non animadvertit Reiskius Constantin. Porphyrog. Cærim. aul. Byzant. I. 258. A. τὰ χωρία *regiones* interpretatus.

τῶν ἐκσπηλατόρων] Ἐκσπηλάτορες, seu, ut secundum etymologiam scribendum fuisset, ἐξπιλάτορες, expressi in versione servato nomine *expilatores* : possis tamen quoque vertere *exinanitores*. Nam quod faciebant οἱ ἐκσπηλάτορες, ut multitudinem paganam, greges, omnia denique ex agris in loca munita compellerent, voce propria vocatur *exinanire*. Hirtius Bell. African. cap. 20. Neque aliter Reiskius exponit vocem ἐκσπηλεύειν Constant. Porphyrog. Cærimon. Byzant. I. 258. D. Substantivum ἐκσπηλάτωρ habes præter hunc locum 127. B. verbum ἐκσπηλεύειν s. ἐξπιλεύειν 139. A. 157. D. B Pag. 121. B.

προσπαιωφορής] Omissa est in Lexicis hæc vox. Pag. 122. C.

ἅπαξ δὲ ἐπὶ τοῦ κυροῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ] De hoc prælio Leonis Phocæ contra Chambdanum vide Leonem Diaconum supra 13. A. et notas meas 199. D. Pag. 123. B.

κατακοπιῶντες] Conjeci in margine, κατάκοποι ὄντες. Sic 132. A. τὸν λαὸν αὐτοῦ κατάκοπον ὄντα· et κατακόποις 140. B. De voce κατάκοπος, ab aliis quoque usurpata, vide Lexicographos. Pag. 124. A.

ἀπαρέπλισαι] Vocabulum nondum receptum in Lexica, a παρεπλίζω, *exarmo*, quod notum est. Vide infra C. πεζαπαρέτης. Pag. 124. C.

τὰ λεγόμενα μονόκουρσα] Μονόκουρσα, ut patet ex serie orationis, sunt, quando hostium equites soli, absque peditatu, incursionem faciunt. Est enim κοῦρσος seu κοῦρσον impressio subitaria. Quod non intellexit interpres Achmetis Onirocr. 261. A. ἐλεύσεται ἐχθρὸς δίκην κούρσου, ridicule vertens, *instar animalculi vitibus infesti, quod cercum vocant.* C Pag. 125. B.

Κοῦρσος perperam versum.

τοὺς τραπεζίτας ἀποστέλλειν] De trapezitis, quorum jam supra mentio facta est 121. D. vide Ducangium Glossario II. 1535. B. Pag. 126. D.

τοὺς παρασυρτάριους] De his vide Ducang. Gloss. 1494. A. sunt qui equos dextrarios ducunt. Sic παρασύρεσθαι Constant. Porphyrogen. Cærim. Byz. I. 266. D. 267. A. et τὰ παράσυρτα ἱππάρια ibid. I. 279. D. De equis συρτοῖς Ducang. ad Alexiad. 227. C. Pag. 127. C.

τοὺς πεζαπαρέτας] Verti *agasones*, ut vult Ducangius Gloss. 1121. C : sed suspicor verum vocis sensum esse *equis destituti*, vel, *equis detritis* (quos πτωχὰ ἱππάρια vocat Constant. Porphyrog. Cærim. Byz. I. 280. C.) *vecti* : ut ejus contrarium sit καλοϊππαρέτης, 125. D. 139. B. Παριππαρέτης s. παραϊππαρέτης legitur item 139. B. 147. A. Pag. 127. C.

Φοῦλκον globus militum, ad tutandum τὸ σκόρπισμα. τὰ φοῦλκα] Φοῦλκον est militum globus, in subsidiis locatus ad tutandum τὸ σκόρπισμα (131. C.), hoc est eos qui diripiendi aut insequendi causa solutis ordinibus D discurrunt. Sic 131. D. 144. A. 149. C. 152. B. C. 153. A. D. 154. A. 161. A. C. Interdum præsidio est jumentis pascentibus 135. D. Idem vocatur φυλακή 148. C. Pag. 128. A.

ὀχλαγωγίαν] Videtur significare *fremitum castrorum*, ut voce T. Livii utar XXX. 30. Confer 129. D. et 142. A. Pag. 128. C.

ἔπιγια] Vox adhuc neque in Glossaria recepta, neque in Lexica. Pag. 129. D.

οὓς δὴ σάκα ὀνομάζουσι.] De voce σάκα vide Ducangium Glossar. II. 1319. B. ubi tota hæc comprehensio tanquam ex auctore anonymo descripta est. Ex locis autem ibi allatis nostrisque 146. B. 147. B. 166. C. D. intelliges, sic nominari turmam equitum, exercitus incedentis agmen claudentem, ita tamen, ut rato intervallo a novissimo agmine absit. Apud Continuat. Theophan. 298. A. videtur esse *agmen subsidiarium*. Contrarium τοῦ σάκα est agmen antesignanorum, a Saracenis Tarseusibus *veredum*, βέρεδον, vocatum, 136. C. et 137. A. Pag. 130. C.

Μίνσατι] Hujus vocis paulo rarioris antepenultimam Codd. nostri acuunt ubique, ut Pag. 130. C.

A hic et 132. A. 136. D. 146. A. 147. A. 149. A. 152. A. 161, A. cui et analogia suffragari videtur (conf. Wagner *Lehre von dem Accent* 129. B.) et patrocinantur Codd. editionesque S. Epiphanii Adv. hær. I. 1076. D. 1106. A. S. Macarii Homil. XXVII. De calamitat. animæ 385. A. Incertique De Persica captivit. 329. B. Contra penultimam acuit Schneiderus vir summus in Lexic. II. 73. C. ex fabula in Tyrwhitti Diss. de Babrio p. 12. eodemque modo scribit Ammonius De SS. monachis Sinaïtis 109. C. Certe adverbium μακρόθεν pænacuitur vel in nostro Cod. 128. D. 131. C. Utrum μακρόθεν an μακροθὲν scribendum.

Pag. 137. D. ἵππους τραχεῖς] Sive potius ταχεῖς. Infra quoque 147. A. ἵππους ταχεῖς.

Pag. 139. B. τοὺς πελταπαράτας καὶ ὀνταμιτράτους] De πελταπαράτας dixi 266. C. Vocem ὀνταμιτράτοι exponit Ducangius Gloss. II. 1523. B.

Pag. 155. D. περιπολούντων] Conjeci πυρπολούντων· conf. 157. D. χειρίζειν ἐν αὐτῇ, καὶ πυρπολεῖν· item 159. C.

Pag. 156. B. B τὸ κάστρον Μιδαΐας] De hoc oppido, prope Iconium, occidentem versus, sito, Le Quien Orient. Christ. I. 1085. C. Scribitur Μίδαιον, Μιδαΐα, ας, et τὰ Μίδαια, plurali neutro.

Pag. 162. B. Ἀδατῶν] Fortasse oppidum Adadorum, τὰ Ἄδαδα, in Pisidia prope Seleuciam, ortum versus, Le Quien Orient. Christ. I. 1035. B. Tametsi inspecto locorum situ potius dicas esse τὴν Ἄδανιν s. τὰ Ἄδανα, notissimam Ciliciæ Tracheæ civitatem, Tarsi vicinam, ad Sarum flumen.

CAROLI BENED. HASE

IN

JOANNIS EPIPHANIENSIS FRAGMENTUM

NOTÆ PHILOLOGICÆ ET HISTORICÆ.

Τὰ μὲν ὅσα Ῥωμαῖοί τε] Cum hoc fragmento Joannis Epiphaniensis confer Evagrium A Pag. 171. A.
Hist. eccl. ed. Cantabrig. 434. B. et, ut dixi supra, Theophylactum Simocatt. 73-77.

γέγραπται Ἀγαθίᾳ] Fortasse Joannes exprimere hic voluit Appianum, cujus simile Pag. 171. A.
est exordium Hist. lib. VII. l. 228. ed. Schweigh.

προέστηκε μὲν Γρηγορίῳ] Gregorium hunc Antiochiæ patriarcham, peculiari capite Pag. 172. B.
dignum existimatum Evagrio Hist. eccl. 432. A. Theophylactus quoque Simocatta laudat Hist. 68. A. 111. B. 122. D. ut virum in theologia probatum prudentemque in rebus civilibus.

Τὰς μὲν οὖν αἰτίας] Fons imitationis Thucydides 17. A. Pag. 172. D.

καὶ Ζήμαρχον] De legatione Turcica Zemarchi vide Excerpta de legationib. in Pro- Pag. 173. A.
trept. Hist. Byzant. 151. D. Zemarchus profectus est Cpoli mense Augusto a. 569.

χρυσίου λίτρας πεντακοσίας] Theophylactus Simocatta Hist. 74. D. πρὸς ἐπὶ τούτοις, B Pag. 173. C.
μὴ τὸ ἐθέλειν Ῥωμαίους ἀν' ἔτος [f. ἀν' ἔτος] ἕκαστον πεντακοσίας λίτρας χρυσίου κατὰ τὸ εἰωθὸς κατατίθεσθαι. Ubi Jacobus Pontanus male, *in annos singulos quinquaginta libras auri consuetas persolvere.* Scriptum oportuit, *quingentas*, vel potius, *quingenas libras.* Qui Pontani error item Cusino fraudi fuit, non tam script. Byzantinos quam Latinas eorum interpretationes traducenti : vertit *Histoire de Cple* &c. III. 184. *qu'ils avoient refusé de payer les cinquante livres d'or que Justinien avoit promises.*

παρ...] Conjeci παρακμάσαντος, ex Theophylacto 75. A. Pag. 173. D.

Θηβηθῶν] Apud Simocattam 75. B. Θεβιθών· quod ibi Romani oppugnasse dicuntur Pag. 174. A.
non per dies decem, sed ἡμέρας πολλάς.

ἐξαπίνης] Quæ hic interciderunt de Daræ obsidione supple ex Evagrio lib. v. 10. Pag. 175. B.
ed. Vales. 430. A.

CAROLI

CAROLI BENED. HASE

IN

THEODOSII MONACHI EPISTOLAM

DE EXPUGNATIONE SYRACUSARUM

NOTÆ PHILOLOGICÆ ET HISTORICÆ.

Pag. 179. A. A Τὸ μὲν οὖν καθ' ἕκαστον] In Cod. Reg. 3032. præfixi sunt prima manu senarioli hi, ab ipso auctore, opinor, profecti :

Στίχοι Θεοδοσίου γραμματικοῦ.

Δέχου, πάτερ, τὸ πένθος ἔγγραφον, δέχου,
Ὃ δυστυχῶς ἔπλησεν ἐξ ἐναντίων.
Εὔχου, πάτερ, μοι, τῷ καθειργμένῳ τέκνῳ,
Ὅπως Θεός μοι χεῖρα δῷ προμηθίας.

Quæ latinis versibus sic reddita sunt apud Rocchum Pirrum Notit. Sicil. eccles.
B I. 617. A :

Fructus laborum sume meorum, pater :
Sunt quippe pleni questuum, et lacrymis madent.
Sume, pater, mandata, sume his litteris
Excidia, quæ in nos hostis invexit ferox.
Deum rogato, tendat ut amicas manus
Jamjam propinquo funeri caro huic tuo.

Pag. 180. A. ὡς τὰ λόγια] Hæc verba omisit interpres Latinus, quod forte parum intelligeret. Sunt enim apud Patres τὰ λόγια seu τὰ θεῖα λόγια *Sacrar. Scripturarum loca, testimonia.* Quod dici vix potest quàm sæpe interpretes non viderint. Velut Montefalconius, qui *Τὰ λόγια, Sacrar. Scripturar. testimonia.*
C hæcSimeonis Metaphrastæ Vita S. Athanasii I. CXLIV. D. ἐπληρώθη τὸ λόγιον τὸ φάσκον, sic reddidit : *quadrat illud quod dicitur.* Verte : *exitum habuit illud S. Script. oraculum.* Aut Joannes a S. Andrea Liturg. S. Marci Alexandr. 12. C. οἷς κατανόησιν τῶν θείων σου λογίων, *ut intelligamus sermones tuos divinos* : scribe, *div. tua oracula* : λόγια enim, *oracula,* majus quid et augustius menti objiciunt quam λόγοι, *sermones.*

De eadem signific. ut sint λόγια i. q. *Script. sacra*, vid. Hesych. II. 492. B. Suid. II. 453. C. Suic. Thes. eccles. II. 248. B. patresque fere omnes, Joannem, ut hoc utar, Philoponum sedecies sic usurpantem De cr. mundi 4. A. 5. B. 9. A. 11. A. 16. A. 18. A. 20. B. 21. A. 28. B. 80. A. 108. A. 119. A. 120. A. 126. C. 127. B. 171. A. Adde ipsum Montefalc. in S. Athan. Orat. I. contra Ariann. I. 441. C. certe non in hac voce lapsum : nam verba προφασίζονται τὰ θεῖα λόγια, *divina oracula obtendunt*, vertit, *divinis oraculis abutuntur.* Λόγια quoque a veteribus dicta fuisse oracula a Diis gentilibus edita,

notum est. Quanquam id similiter fugerit Richard. Montacutium, apud Euseb. Dem. A evang. 134. A. titulum operis περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, *De philosophia ex oraculis hausta*, sic reddentis, *De philosophia selectorum*.

Μάγγανον, manganum, machina bellica jaculatoria. τὰς — μαγγανεύσεις] Hanc vocem, quam item ignorat Thesaurus Stephanianus, sic verti, ut et figurate de dolis et proprie de tormentis bellicis possit accipi. Nam μάγγανον quoque et μαγγανεία apud auctt. sæc. IV. et deinceps passim non pro præstigiis et incantatione, sed pro machina bellica sumenda sunt. Ita Cornelius Epist. ad Fabium apud Euseb. Hist. eccles. 243. B. ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς εἰς τὸ μέσον ῥιφεὶς, *tanquam ex machina quadam in medium projectus*. Et ipse Eusebius ibid. 300. D. μαγγάνοις τισὶ, pro quo lin. 7 post, μηχαναῖς τισί· porro idem 338. A. Phileas Martyr Epist. ad Thmuitas apud eund. 303. A. et auctor Actt. SS. Phileæ et Philor. 158. A. et 171. A. Pag. 180. C.

Μαγγανεία, fort. ictus tormenti. Μαγγανεία quoque invenitur fere eod. sensu apud Theorianum Disputat. cum Catholico Armenior. 85. B. ὥσπερ εἰς φρούριον μαγγανείας τι καὶ βέλη ἀφιέντες. E priore B harum vocc. patet manare *manganum* Latinorum medii ævi : vid. Ducang. Glossar. Græc. I. 841. A. et Glossar. Latin. IV. 409. A.

Μαγγανικὸς, præstigiosus. His modo dictis adde adjectivum quo carent Lexica, μαγγανικὸς, si lectio certa, *præstigiosus*. Legitur apud S. Epiphan. Advers. hær. 69. D. μαγγανικαῖς μηχανίαις [sic] προσανέχων· vertit Petav. *magicis artibus addictus*.

λιθολυπίας] Neque hæc vox in Lexicis exstat. Pag. 180. C.

deque iis cursim] Hæc in Josaphati versione male distincta et versa sunt apud Murat. I. a. 259. C. *deque iis excursim aliqua dicamus foris : vastabat gladius* &c. Pag. 180. D.

τῆς τεκνοφαγίας] Urgebantur ideo fame Syracusani, ut Judæi in obsidione Hierosolymæ, qui, ut ait S. Hieron. Comment. in Hierem. IV. 20. 260. B. ed. Martian. *ventres suos sepulcra fecerunt liberorum*. Cæterum neque ἀνθρωποθυσία neque ἀνθρωποφαγία reperiuntur in Lexicis : hoc habet Porphyrius quoque De abstinent. 95. B. C 96. A. 177. B. aliique complures. Pag. 181. A.

Ἄλογον 1) irrationale. τῶν προσφθαρέντων ἀλόγων] *Quadrupedum* reddidi potius quam *equorum* : notum enim est, voc. ἄλογος, *irrationalis* (licet in Concil. Hierosol. contra Sever. III. 322. D. ψυχὴν ἄλογον versum sit *animam rationalem*) processu sæcc. primo de *animalibus* generatim, deinde specialiter de *equis* usurpari. Priorem sensum, apud veteres multos obvium, et huic loc. magis convenire arbitror, et apud PP. sequiorum quoque sæcc. non est infrequens. Sic ἀλόγων ἀλογώτερος S. Joan Chrys. Orat. I. in illud, *Ne timeas quando h. dit.* V. 118. 18. et Or. I. contra ebriet. V. 582. 28. quod ipsum ait θηρίων ἀλόγων ἀλογώτεροι Or. VI. Statuar. VI. 502. 10. Vel Homil. LVIII. in cap. XVIII. S. Matth. I. 631. A. ἵνα μὴ τῶν ἀλόγων φανῶμεν χείρους. Et Homil. XLI. in cap. XII. ejusd. I. 466. B. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἄλογοι σφαττόμενοι ἐλεοῦσι. Ex hoc generali sensu notum est dici Pag. 181. A.

Ἀλογευόμενοι quid. ἀλογευομένους, qui bruta turpiter ineant. Vide Suicer. Thes. eccl. I. 198. B. et Salmas. D De hellenistic. 114. B. Ut ideo hæc Conc. Ancyrani I. 278. B. sq. περὶ τῶν ἀλογευσαμένων ἢ ἀλογευομένων perperam prorsus sic vertantur : *de his qui irrationabiliter versati sunt sive versantur*.

2.) equus. De altera significat. voc. ἄλογον, *equus*, copiose dixit Ducangius Gloss. Gr. I. 55. A. et Salmas. ad Solin. I. 474. A. Præterea notanda formula Dionysii Halic. Judic. de

Ἄλογος αἴσθησις quid. Lysia V. 476. A. τὴν ἄλογον συνασκεῖν αἴσθησιν. Id Petr. Victorius Varr. lect. XIII. 6. ed. Junt. 145. D. putat ex Cic. reddi posse *tacitum sensum*, eumque Ilovius in versione huj. loci secutus est. Sed malim cum Junio ad h. l. vertere *sens. naturalem* seu *rationis expertem*, *le sentiment*, quod ibi τῷ λόγῳ, *le raisonnement*, opponitur. Eodem modo apud eund. Dionys. De compos. verb. V. 88. A. quatuor syllabæ, diverso modo breves, dicuntur ἄλογον ἔχουσαι αἴσθησιν τῆς παραλλαγῆς μέτρον, differentiam earum sub sensus potius quam sub ratiocinationis mensuram cadere. Quem loc. tantum abest ut intellexerint interprett. ut ἄλογον mutarint in ἀνάλογον· nec melius, opinor,

A assecuti sunt quid sit *βιάζομαι τὴν ἄλογον αἴσθησιν* Jud. de Lys. V. 477. A. Ac ne Jo. Christ. Ernestius quidem, acutus homo et doctus, Lexic. technol. Græcc. rhet. 14. A. hunc certe sensum voc. Ἄλογος, ut sit *quod sensu* naturali potius quam quod ratiocinatione *deprehenditur*, videtur perspexisse.

Pag. 181. C. ἐσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸ ὄνειον] Aliud quid legisse videtur vetus interpr. vertit : *asininæ carnes etiam in deliciis habitæ.*

Pag. 182. A. ἐν τῇ πό...] Hic, ut notavi in ora, imperfecte desinit Epistola, una cum Codice. Attingunt præterea hanc Syracusanorum cladem Nicetas Paphlago Vita S. Ignatii patriarch. V. 1008. E. et Cedrenus II. 585. C.

NOTARUM PHILOLOGICARUM ET HISTORICARUM
IN AUCTORES,
QUI HOC VOLUMINE CONTINENTUR,
FINIS.



INDEX EDITIONUM

AUCTORUM SIVE GENTILIUM SIVE CHRISTIANORUM,

QUIBUS

IN NOTIS SCRIBENDIS PRÆCIPUE SUMUS USI.

[Ejusmodi indices, quamvis a familiaribus quibusdam meis non nimium probatos, vix tamen abesse posse arbitror ab hoc genere scripturæ, in gratiam Lexicographorum partim suscepto: quodque sæpe nitatur auctoritatibus labentis Græciæ atque inclinatæ. Quas si quis ad trutinam revocare denuo velit, næ ille sine indice, qualis est hic conjectus (quo subsequentium etiam voll. lectores referre se poterunt), multum laboris et operæ volutandis libris frustra consumat necesse est. Præterea monemus, 1.) scriptores historiæ Byzantinæ sicubi laudentur (veluti Agathias, Anna Comnena, Cedrenus, Georgius Codinus, Nicetas Choniates, Theophylactus Simocatta, Zonaras, &c.), adeundas semper esse editiones Regias Corporis Byzantini; 2.) auctores ineditos, quibus usi simus, inveniri infra in Indice altero, sub voce Inedita. *]*

ANDREÆ, archiepiscopi Hierosolymitani, Sermo in salutationem S. Mariæ Deiparæ, in Bibliotheca Patrum græco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. *Fol.*

S. ANTIOCHI Pandectes Scripturæ divinæ, ad Eustachium præpositum, in Bibliotheca Patrum græco-latina, tom. I. Parisiis, 1624. *Fol.*

ANTONINI Imp. De vita sua libri XII, cum notis Guil. Xylandri et Merici Casauboni. Londini, 1643. 8.°

ARETHÆ, Cæsareæ episcopi, Explanationes in Apocalypsin, ex interpretatione Joannis Hentenii. Lutetiæ Parisiorum, 1631. *Fol.*

ARISTEÆ Historia LXX. interpretum, edit. Schardii. Basileæ, 1561. 8.°

ARISTOTELIS Opera omnia græce et latine, &c. Guillelmus Du-Vallius tertio recognovit, &c. Parisiis, 1654. *Fol.*

ARSENII Doctrina et exhortatio, in Combefisii Bibliothecæ græcorum Patrum Auctario novissimo. Parisiis, 1672. *Fol.*

ARTEMIDORI Daldiani Oneirocritica, cum Nic. Rigaltii notis. Lutetiæ, 1603. 4.°

ASTRAMPSYCHI Somniorum interpretatio, ad calcem Artemidori, edit. Rigaltii. Lutetiæ, 1603. 4.°

Vita S. Antonii, scripta a S. ATHANASIO, edita à Davide Hœschelio. Augustæ Vindelicorum, 1611. 4.°

ATHENÆUS De machinis, inter Mathematicos typis Regiis excusos. Parisiis, 1693. *Fol.*

ATHENAGORÆ Atheniensis, philosophi Christiani, Opera, ad calcem S. Justini Martyris. Lutet. Paris. 1615. *Fol.*

Vita S. BACCHI, edita a Combefisio in Christi martyrum lecta triade. Parisiis, 1666. 8.°

S. BARNABÆ Epistola catholica, cum notis Hugonis Menardi. Parisiis, 1645. 4.°

S. BASILII Magni Opera omnia quæ reperiri potuerunt. Parisiis, sumptibus Claudii Morelli, 1618. *Fol.*

S. BASILII, Seleuciæ in Isauria episcopi, Opera omnia, ad calcem S. Gregorii Thaumaturgi. Parisiis, 1621. *Fol.*

BIBLIA Septuaginta interpretum. Londini, 1653. 8.° juxta editionem Romanam.

CEBETIS Tabula; edidit Josephus Simpson. Oxonii, 1738. 8.°

CHARITONIS Aphrodisiensis De Chærea et Callirrhoë amatoriarum narrationum libri VIII. publicavit J. P. d'Orville; editio altera. Lipsiæ, 1783. 8.°

CHRYSIPPI, presbyteri Hierosolymitani, Homilia de S. Maria Deipara, in Bibliotheca Patrum græco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. *Fol.*

Ἰωάννου τοῦ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ *τὰ εὑρισκόμενα, δι' ἐπιμελείας καὶ ἀναλωμάτων Ἐῤῥίκου τοῦ Σαβιλίου.* Etonæ, in collegio Regali, 1612. *Fol.*

S. Joannis CHRYSOSTOMI Opera, ex edit. Frontonis Ducæi Burdigalensis. Parisiis, 1636. *Fol.*

S. Joannis CHRYSOSTOMI Homiliæ quatuor in Psalmos, et Interpretatio Danielis, interprete Joanne Cotelerio. Parisiis, 1661. 4.°

Ejusdem De educandis liberis liber : accedunt ejusdem Orationes aliæ quinque, in Christi nativitatem, in Sancta lumina, in recens Baptizatos, in Timores, et Post terræmotum : edita a Francisco Combefis. Parisiis, 1656. 8.°

CLEMENTIS Alexandrini Opera quæ extant, græce et latine. Lutetiæ Parisiorum, typis Regiis, 1641. *Fol.*

S. CLEMENTIS Romani Epistola ad Corinthios, cum notis Patricii Junii. Oxonii, 1633. 4.°

Ejusdem De peregrinationibus S. Petri epitome. Parisiis, apud Turnebum, 1656. 4.°

S. Justini philosophi et martyris Opera. Lutetiæ Parisiorum, typis regiis, apud Claudium Morellum, 1615. *Fol.*

Leontii Byzantini Sectarum historia, sive de sectis scholæ, græce et latine editæ a Leunclavio, cum legatione Manuelis Comneni ad Armenios. 1578. 8.°

Longi Pastoralium de Daphnide et Chloë libri iv. cum notis Gothofredi Jungermanni. Hanoviæ, 1605. A.

Luciani Opera, editione Joannis Frederici Reitzii. Amstelodami, 1743. 4.° *Ubique numerus tertius indicat versum s. lineam paginæ. Sed quando loco tertio littera majuscula conspicitur, quærendus est locus in editione* Benedicti *duobus tomis*, Salmurii, 1619. 8.°

Lycophronis Alexandra, editione H. G. Reichardi. Lipsiæ, 1787. 8.°

Macarii Ægyptii Homiliæ spirituales quinquaginta, editæ studio Zachariæ Palthenii. Francofurti, 1594. 8.°

Liturgia S. Marci Alexandrini, in Eusebii Renaudot Collectione liturgiarum Orientalium. Parisiis, 1715. 4.° *Interdum quoque usus sum edit.* Joannis a S. Andrea, Parisiis, 1583. 8.°

S. Marci eremitæ Opera quæ extant omnia, in Bibliotheca Patrum græco-latina, tom. I. Parisiis, 1624. *Fol.*

Menologium Græcorum, jussu Basilii Imp. græce olim editum, nunc primum græce et latine prodit studio et opera Annibalis Tit. S. Clementis presbyteri Card Albani. Urbini, 1727. *Fol.*

Methodii Convivium decem virginum, edit. Leonis Allatii. Romæ, 1656. 8.°

Nemesius De natura hominis, editione Nicasii Ellebodii. Antverpiæ, apud Plantinum, 1565. 8.°

Catena græcorum Patrum in Job, collectore Niceta, Heracleæ metropolita, græce nunc primum in lucem edita et latine versa, opera et studio Patricii Junii. Londini, 1637. *Fol.*

Nicetæ Paphlagonis Vitæ S. Hyacinthi et Eustathii, editæ a F. Combefis. Parisiis, 1666. 8.°

Vita S. patris nostri Ignatii archiepiscopi Cplitani, auctore Niceta cognomento Paphlagone, in tomo V. Actorum Concill. edit. Harduin. Parisiis, ex typographia Regia, 1714. *Fol. pag. 943-1010.*

Nicomachi Geraseni Arithmeticæ libri duo, apud Christianum Wechelum. Parisiis, 1538. 4.°

S. Nili Epistolæ, op. et studio Petri Possini. Parisiis, ex typographia Regia, 1657. 4.°

Ejusdem Capita de octo vitiis, in Combefisii Auctario Patrum novissimo. Parisiis, 1672. *Fol.*

Ejusdem Capita parænetica, in Bibliotheca Patrum græco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. *Fol.*

Vita S. Nili junioris, s. Rossanensis Calabri, cum versione Joann. Matthæi Caryophili. Romæ, 1624. 4.°

Nonnus medicus De omnium particularium morborum curatione, edit. Hieremiæ Martii. Argentorati, 1568. 8.°

Olympiodori Commentarii in Ecclesiasten et in Canticum Canticorum, in Bibliotheca Patrum græco-latina, tom. II. Parisiis, 1724. *Fol.*

Onosandri Strategicus, ex editione Nicolai Rigaltii. Lutetiæ, 1599. 4.°

Origenes in Jeremiam, editus sub nomine Cyrilli a P. Corderio. Antverpiæ, 1648. 8.°

Samonæ, archiepiscopi Gazæ, cum Achmede Saraceno disceptatio, in Ducæi Auctario Bibliothecæ Patrum, tom. II. Parisiis, 1624. *Fol.*

Schneiders Kritisches Griechisch-Deutsches Wörterbuch. Zweite Auflage. Jena und Leipzig, 1805. 4.°

Severiani, Gabalorum episcopi, Oratio in S. Crucem, edita a Combefisio ad calcem S. Chrysostomi De educandis liberis. Parisiis, 1656. 8.°

Ejusdem Orationes sex in creationem mundi, in tomo VII. operum S. Joannis Chrysostomi. Etonæ, 1612. *Fol.*

Sexti Empirici Opera, a Fabricio edita. Lipsiæ, 1718. *Fol.*

Simeonis Metaphrastæ Vitæ SS. Joannis et Lucæ, editæ Oxoniæ, 1597. 12.°

Stephani Byzantini Gentilia per epitomen, De urbibus inscripta, quæ restituit, supplevit ac latina versione illustravit Abrahamus Berkelius. Lugduni Batavorum, 1694. *Fol.*

Strabonis libri xvii. editione Almeloveeni. Amstelædami, 1707. *Fol.*

Suidæ Lexicon ex editione Kusteri. Cantabrigiæ, 1705. *Fol.*

Synesii Epistolæ, Thoma Naogeorgo interprete. Basileæ, per Joannem Oporinum, 1558. 8.°

Tatiani Assyrii Oratio ad Græcos, quod nihil eorum studiorum, quibus Græci gloriantur, apud ipsos natum, sed omnia a barbaris inventa sint: ad calcem S. Justini martyris. Lutet. Paris. 1615. *Fol.*

Thalassii abbatis Centuriæ de charitate et continentia, in Bibliotheca Patrum græcolatina, tom. II. Parisiis, 1624. *Fol.*

Themistoclis Epistolæ, interprete Joann. Matthæo Caryophilo. Romæ, 1626. 4.°

Theodoreti Opera &c.... edit. J. A. Nœsselt. Halæ Sax. 1771. 8.°

Theodoreti episcopi Cyri Historia ecclesiastica. Henricus Valesius græca emendavit, latine vertit et annotationibus illustravit. Parisiis, 1673. *Fol.*

Theodori Abucaræ Opuscula, ad calcem Hodegi Anastasii Sinaïtæ edita ab Jacobo Gretsero. Ingolstadii, 1606. 4.°

Theodorus Studita De inventione capitis S. Joannis Prodromi, *in calce libri Ducangiani* Traité historique du chef de S. Jean-Baptiste, et, par occasion, des autres reliques du même Saint. Paris, 1665. 4.°

Theodoti Epitome adhortationis Orientalis, ad calcem S. Clementis Alexandrini edit. Paris. 1641. *Fol.*

Τὰ Θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς, edita Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1543. 4.°

Theophanis Ceramei, archiepiscopi Tauromenitani, Homiliæ in Evangelia dominicalia et festa totius anni, græce et latine, studio Francisci Scorsi. Lutetiæ Parisiorum, 1644. *Fol.*

Theophanis archiepiscopi Nicæni Opera omnia, interprete Gonsalvo Ponce de Leon. Romæ, 1590. 8.°

Theophili patriarchæ Antiocheni Contra Christianæ religionis calumniatores ad Autolycum libri tres, ad calcem S. Justini martyris. Lutet. Paris. 1615. *Fol.*

Theophrastus De historia plantarum, edit. Stapel. Amstelodam. 1644. *Fol.*

Theophylacti archiepiscopi Bulgariæ Epistolæ, edit. Joannis Meursii, in Opp. Joann. Meursii ex recensione Joann. Lami vol. VIII. Florentiæ, 1746. *Fol.*

Theoriani Orthodoxi Disputatio cum Catholico Armeniorum, edita cum latina versione Jo. Leunclavii. Basil. 1578. 8.°

INDEX

RERUM, NOMINUM ET VERBORUM,

CUM SINGULORUM TUM JUNCTORUM,

MAXIME MEMORABILIUM:

ITEM AUCTORUM PLERORUMQUE

QUI IN HOC TOMO ILLUSTRANTUR, NOTANTUR, EMENDANTUR AUT DEFENDUNTUR.

Notandum numeros Romanos minusculos, ut vocamus (x). xij. xiij.), paginas præfationis, Arabicos paginas ipsius editionis indicare. Voces asterisco signatæ in Schneideri viri immortalis Lexico [edit. Jen. 1805. in-4.°] non leguntur. Cruce (+) signavimus eas quæ a Schneidero pro dubiis habitæ nostrorum scriptorum quantulacunque auctoritate commendantur. Præterea monemus, 1.) veterum hominum prænomina potius quam cognomina quærenda esse : ita Joannem Alacam non sub *Alacas*, sed sub *Joannes Alacas*, Nicephorum Phocam sub *Nicephorus Phocas*, non sub *Phocas* : reliqua similiter. In nominibus recentiorum rationem diversam sequi coacti fuimus : quare quærendus *Morellus*, non *Fredericus Morellus* : *Wolfius*, non *Frid. Aug. Wolfius*. 2.) In substantivis casum rectum quære, in verbis thema, non tempus aut personam. Velut ἔδυν sub δύω, πεποίηκα sub ποιέω, ποιήσας sub ποιέω.

A

Aristo

B

C

Bardas

Crucis

D

E

F

G

H

I

K

L

Joannis

M

INΔ

N

O

P

R

S

Stephanus

T

U

V

W

X

Z

H

ὁ Θεῖος

Θ

Υ

Φ

Χ

FINIS.

PARISIIS,

IN TYPOGRAPHIA REGIA,

CURANTE ALEX. ANISSON DUPERON,

Legion. honor. Equite, libellor. supplic. Magistro, &c. &c.
Typographiæ Regiæ Directore.

M. DCCC. XIX.

ERRATA SIC EMENDANDA IN HOC VOLUMINE:

PAG. 2. B. lin. 6. *post verba* haud transire *omisi hæc :* sed palam proclamare, ut disciplinæ loco sint etiam posteris. 4. C, lin. 1. *τὶς δὲ γε· lege τίς δὲ γε.* 44. A. lin. 5. *χαρηξε· lege χάρηξε.* 80. D. *in versione Latina* confestim captis : *lege* evestigio captis. 96. B. lin. 12. Mœsiæ : *lege* Mœsia. 166. D. lin. 6. *vel scribe in græco μετ' αὐτῶν, vel verte,* post illos pugnam capessant. 172. B. lin. 9. *scribe* Γρηγορίῳ, *et in latino,* Gregorio. 191. B. lin. 10. ratiam : *lege* gratiam. 204. A. lin. 3. *scribe* Alepo : *certe hanc orthographiam, absque* H, *alibi secutus sum.* 209. D. in ora Ἐρμείω· *deest accentus in exemplaribus quibusdam.*

Reliqua, aut a me non animadversa, aut minoris fortasse momenti, pro sua quisque lector benevolentia emendet.